

LUDOVICI ANTONII
MURATORII
O P E R A O M N I A.

A N T I Q U I T A T E S
I T A L I C A E
M E D I I A E V I ,
S I V E
D I S S E R T A T I O N E S

De Moribus, Ritibus, Religione, Regimine, Magistratibus, Legibus, Studiis
Literarum, Artibus, Lingua, Militia, Nummis, Principibus, Libertate,
Servitute, Foederibus, aliisque faciem & mores Italici Populi referenti-
bus post declinationem Rom. Imp. ad Annum usque MD.

O M N I A I L L U S T R A N T U R E T C O N F I R M A N T U R

I N G E N T I C O P I A D I P L O M A T U M
E T C H A R T A R U M V E T E R U M ,

Nunc primum ex Archivis Italiae depromtarum,
A D D I T I S E T I A M

N U M M I S , C H R O N I C I S , A L I I S Q U E M O N U M E N T I S
N U N Q U A M A N T E A E D I T I S .

A U C T O R E

L U D O V I C O A N T O N I O M U R A T O R I O
S E R E N I S S I M I D U C I S M U T I N A E
B I B L I O T H E C A E P R A E F E C T O .

*Arretino Seminario & Collegio Ecclesiasticorum Castilionensi Episcopatibus
alteram hanc editionem curantibus.*

T O M U S O C T A V U S .




A R R E T I I M D C C C L X X V .

T y p i s M I C H A E L I S B E L L O T T I I m p r e s s . E p i s c o p . s u b s i g n o P E T R A R C A E .

S U P E R I O R I B U S P E R M I T T E N T I B U S .

DE HOSPITALIBUS
PEREGRINORUM,
INFIRMORUM,
INFANTIUM EXPOSITORUM &c.
DISSERTATIO
TRIGESIMASEPTIMA.

СЕЧАТЬСЯ НЕ
ДОБРОЖАДА
ДИВОМ ЯВИ
ДОЛГОНОЧИЕМ
ДОЛГИЕ ВРЕД
ДОЛЖНОСТИЮ



DISSE

RAT

O

TRIGESIMASEPTIMA.



Uoties in rudium Seculorum Historia nobis occurrit, & saepissime certe occurrit, Christianae liberalitatis mentio in sacra Templa, in Episcopos, & Canonicorum coetus, atque in Monasteria tum Sanctimonialium, tum Monachorum: non continuo putandum est, ex tanta ac tam pia opum profusione nihil superfluisse, quod in turbam Pauperum atque egenorum effunderetur. Immo non minus studium Christi Fidelibus erat, ut hi quoque alerentur, recrearentur, & omnia Misericordiae officia implerentur in eorum solatium. Notum erat, ac passim depraedicabatur, quam solicite, quam enixe in tot sacrarum Literarum locis Deus commendet & inculcat Misericordiam in Pauperes, & quam

A splendida praemia misericordibus pollicearunt. Eadem quoque altis vocibus Sancti Patres ingeminabant; & quicumque zelo Legis & Caritatis igne ardebat, Populum ac praesertim divites, ad hujusmodi officia sollicitabat. Quamobrem vel ferreis illis Seculis tanta erat in Pauperes Christianorum munificentia, ut certe tempora nostra, quamquam pietate ac morum temperantia prae illis eminere videantur, quod tamen est ad Misericordiam in Pauperes, conferre cum iis aequa non possis. Et in hocce quidem argumentum multa ego congeSSI, edito jam Libro de *Caritate Christiana*. Sed res poscit, ut & heic nonnulla proferam, quae ad proprius dignoscendam hac in parte illorum Seculorum faciem non inopportuna censui. Primo igitur statuendum est, illarum opum, quae a piis Christianis sive in vita donabantur Ecclesiis, Episcopis, & Clericorum Colle-

Collegiis, sive legabantur post mortem, participes quoque olim suissi Pauperes. In eum quippe finem sacris locis oblationes siebant, ut non solum ornamenta Templo, & Ministeris alimenta suppeditarentur, sed ut Pauperum Populus ex eodem, quantum fieri posset, zerario reficeretur. Innumera sunt in hanc rem Conclliorum & Patrum decreta, quae quia eruditissimus vir Ludovicus Thomasinus Part. 3. Lib. 3. de Beneficiis, jampridem delibavit, ideo commemorare heic supervacaneum foret. Unum tantummodo repetere juvat, nempe Anno Christi DCCCXVI. a Ludovico Pio Imperatore constitutum suisse, quae pars reddituum Ecclesiasticorum Pauperibus conferenda esset, ne hominum avaritia absorberet, quod egentium quoque subsidio omnino debebatur. Ejus verba sunt Lib. primo Capitularium Cap. 80. apud Baluzium: *Statutum est, ut quidquid tempore imperii nostri a fidelibus Ecclesiae sponte conlatum fuerit, in diutoribus locis duas partes in usus Pauperum, tertiam in stipendia cedere Clericorum aut Monachorum.* In minoribus vero locis aequae inter Clerum & Pauperes fere dividendum. Non eadem certe ubique obtinuit distributio Ecclesiasticorum proventuum: attamen ex Canonum instituto non levis pars impendenda semper erat in Pauperes. Praeterea quotidianis Fidelium eleemosynis inopiae egentium subveniebatur, uti nostris quoque temporibus misericordes faciunt. Sed alterum, quod raro nunc praestatur, frequens olim fuit Christianae Caritatis exemplum: nempe erant, qui integrum hereditatem suam, aut ejus portionem non modicam, divendendam, ac in egenos

A continuo distribuendam jubebant. Plurimi piissimae istius consuetudinis exempla praesto forent; sed omnium loco proferam duas Chartas, unde eorum temporum pietas luculentius effulgeat. Primam mihi suppeditavit Archivum nobilissimi Brixiani Monasterii Monialium Sanctae Juliae, ubi exemplum ex authenticō desumptum adhuc legitur, Anno MCGXCIX. coram Judicibus Brixianis authenticatum. Ut ex ea liquet, anno DCCLIX. Tertio Regni Desiderii Langobardorum Regis, & Primo Adelgisi ejus filii, venundatum est dimidium hereditatis Gilulfī Civis Laudensis ab Hippolyto Laudense Episcopo, ut *Christi Pauperibus de præsenti distribuatur, quatenus sine aliquā offensione ipsa ejus eleemosyna ad requiem vel refrigerium Animæ ejus quam citius occurrere possit.* Scilicet impensis quam nostris temporibus tunc Populo, Christi Legem sequenti, inculcabatur, Eleemosynas quoque in Pauperes effusas, efficacissimum esse auxilium atque suffragium Animabus Fidelium e corpore jam solutis. Nunc a nonnullis unice depraedatur in eam rem salutaris Sacrificii & Orationum utilitas: tunc vero Pauperum etiam caussa suis patronis, & secundo quidem successu, abundabat. Fuerit autem, necesse est, summa ingens pecuniae egentibus tunc erogata, quando auri Solidos novos protestatos, ac coloratos, pensantes numero tria millia ollingentos quinquaginta finitos preium ea venditio peperit. Ut autem hoc etiam moneam, habes Episcopum Hippolymum catalogo Laudensem Episcoporum adjungendum, quem ignoravit Ughellius,

Hippolytus Episcopus Laudensis medietatem Curtis Alphiani
a Gisulfo reliquam, ut ejus pretium in Pauperes distri-
buatur, vendit Ganderis Rectori Monasterii San-
ctae Mariae Brixiensis, Anno Christi 759.

IN nomine Domini nostri Iesu Christi. Manifeste profiteor ego Epolitus hu-
melis Episcopus sancte Catholice Lau-
densis Ecclesie, quoniam ante hos an-
nos Gisulphus Rorator per cartulam
suam dispositionis statuerat, ut medietate
ex omnibus rebus ejus, quicquid per
singula loca habuerat, post ipsius obi-
tum..... fieri deberent per manus Pon-
tifici Laudensi, qui in tempore esset;
& statuerat, ut ipsis rebus, qui ve-
nundatis fieri..... ejus Sadoara ad-
vixerit, usufructuario nomine in ejus es-
sent potestatem. Nunc autem suggesterent,
hac plurimum postulante ipsa Sadoara,
pietate precellentissimii Domni Desiderii
Regis, ut ex ipsis res venundare de-
beremus, id est medietatem de Curte in
loco, qui dicitur Alphiano, sine quali-
cumque tarditate, & pretium ipsum ac-
ceperemus, & juxta institutionem jocali
ejus quondam Gisulfi, Christi Paupe-
ribus de presenti distribueremus, qua-
tinus sine aliqua offensione ipsa ejus
elemosina ad requiem vel refrigerium
anime ejus cum citius occurrere pos-
sit: ideoque manifeste profiteor ego qui
supra Epolitus Episcopus juxta institu-
tionem eidem Gisulfi, adstante & po-
stulante supradicta Sadoara, in presen-
tia Venerabilium Sacerdotum, atque Il-
lustrium Judicum, vel etiam germanis
suprascripte Sadocare, nec non & Cleri-
corum nobilium, qui subscripturi vel
confirmaturi sunt, accepisse & accepi-
& te Ganderis Rectori Monasterii San-
cte Dei Genetricis Marie sito intra Ci-
vitatem Brixia ex sacculo predicti Mona-
sterii, auri Solidos novos protestatos

A ac coloratos pensantes numero tria
milia octingentos quinquaginta fini-
tum pretium pro medietate ex omni-
bus rebus illis predicti Gisulfi,
quas habere videatur in jam fato fundo
Alphiano, anteposito testera, que intra
ipsam domum colilem posta sunt, &
quinquaginta juges terra, quas Arioald
germanis suprascripte Sadoara emere de-
bet de illa petia terre, que dicitur de
Campo prope Reconam, omnia & in
omnibus tam terras ad ipso peculiare
pertinentes, quam etiam de Casas mas-
saritias una cum edificiis de Casis mas-
saritias seu clausis, cum campus &c. i-
dest da parte de Occidente & medietate
de Porto in Fluvio Olio ad ipsa Curte
pertinente, qualiter ad jam dicto Gisul-
fo possessa est, & ipse in die ovitus
sui reliquid &c. ego prefatus Epolitus
Episcopus in suprascripto Monasterio pro
jam dictis tria millia octingentos quin-
quaginta Solidos, secundum a nobis,
vel Theupald, & Magipert, seu A-
rioald, Theupert, & Benigno res ipsas
appreciatas sunt, contradedimus & ve-
nundamus, ita ut amodo in iura &
potestate jam fati Monasterii predicta
medietas ex suprascriptis rebus in fundo
Alphiano da parte Occidente ex omni-
bus & in integrum omni in tempore,
qualiter superius continetur, adnexa per-
maneat &c. Quam igitur manifestatio-
nis paginam Audonem Notarium rescri-
bere conrogavemus, in qua subter nos
manibus nostris propriis subscripsemus,
& his quorum superius memoriam feci-
mus, trademus subscrivendum.

*Facta Cartola manifestationis tempore
Domnorum nostrorum Desiderii &
Adilchis Excellentissimis Regibus, An-
no Regni eorum Christo protegente Ter-
tio & Primo, Septima decima die
Mensis Septembris, Indictione Tertia
decima.*

Actum Tito feliciter.

*Epolitus..... per D:i gratia
Episcopus, Sadoara Deo dicata suppli-
cante feci, & protestatus pro venunda-
tione te sola, quod ei Vir suus post ejus
ovitum concessit, testes manus mea con-
scripti cum Sacerdotes fideles, ex pretio
recepit III. millia DCCCL. & contuli
distribui pro anima Gisulfi Roratoris.*

*Signum manus Sadoare Religiose fe-
mine, qui hanc Cartula per postulatio-
ne suprascripti Principis suprascripto Pon-
tifice fieri conrogavit.*

*In Christi nomine. Benedictus V. N.
Archidiaconus rogatus ad Sadoara ex
iussione venerabili Domno Ipolito Epi-
scopo subscripti &c. Signum manus Con-
cesso germano suprascripte Sadoare con-
sentienti Ariald V. M. huic Cartole
manifestationis, rogatus ad Epolito E-*

A pisco, & Sadoara germana mea con-
sensiens subscripti.

*Ego Alchis huic Cartule manifista-
tionis rogatus ad Epolitus & Sadoara
Socera mea consensi, qui me presente
confirmaverunt, & suprascriptos Solidos
ipse Episcopus accepit &c.*

*Ego qui supra Ando Notarius roga-
sus Scripior hujus Cartule, quam post
rovorata & tradita complevi & dedi.*

*Alterum laudabilis hujus liberali-
tatis exemplum occurrit in pergamen-
na ante annos fere sexcentos ex au-
to grapho scripta, quam olim lege-
bam in Archivo Canonicorum Re-
gularium Lateranensium Sancti Bar-
tholomaei Pistoriensis. Nimirum si-
milis venditio facta est a Guillerado
sanctae Pistoriensis Ecclesiae Episcopo
de rebus Ifferadi Presbyteri, qui ad
solitariam pertransiuit vitam, ut pre-
tium inde contractum in Pauperes
effunderetur. Nuper memoratus U-
ghellius Tomo 3. Ital. Sacr. Wiltre-
tradum appellat Episcopum hunc, &
sane corrupte, nam Guilleradus aut
Willeradus ei nomen fuit.*

Venditio rerum Ifferadi Presbyteri facta Ildeperto, qui & Ildo,
Abbati Monasterii Sancti Bartholomaei Pistoriensis a Guille-
rado Episcopo ejusdem Civitatis, Anno 812.

*N nomine Patris & Filii & Spiriti
tus Sancti. Karolus serenissimus Au-
gustus a Deo electus & coronatus, ma-
gnus & pacificus Romanorum guvernans
Imperium, qui & misericordia Dei omni-
potentis Rex Francorum, & Lango-
bardorum in Italia, postquam Papia
Civitate ingressus est, Anno Trigesimo
Nono, die XX. Mense Novembris, In-
dictione VI. feliciter. Manifesti sumus
nos Guillerad sancte Pistoriensis Ec-
clesiae Episcopus, Zacheus Presbiter
filius quondam Alchisi, & Tassimanno*

D filio bone memorie Inroni, eo quod ante
hos annos Ifferad Presbiter, qui ad
solitaria pertransiuit vita, filio quon-
dam Gaiprandi, in nos per suum Ju-
dicatum tradedit, instituit & judica-
vit, quid aut quomodo nos ex ejus
substantia deveamus venundare pretio
tollendi pro Anima ejus distribuen-
dum omnia, ita quod aut qualis nobis
ipse Ifferad tradedit per Cartula Judi-
cati sui conscripta per manus Ansprand
Subdiaconus & Notarius, in nos con-
firmavit. Ideoque nos jam dicti Guille-
radus

rad Episcopus, Zacheus Presbiter, & Tassimano secundum ejus decretum, de sua substantia vendidimus atque tradidimus tibi Ildeper, qui Ildo clamatur, venerabilis Abbas Monasterii Sancti Bartholomaei, tres Case & portionis massaricie in loco qui dicitur Bassiano, qui regitur una ex ipso per Marungula, alia per Aurinnundulo, tertia per Bonello, & sunt Case & rebus ipse in finibus Senense, ut diximus, tam predictae Case & portiones cum omnibus pertinentiis & adjacentiis de rebus ipsis Ifferadi Presbiteri ad ipse Case in quibuscumque loco justo ordine attinentibus tam in montibus, quam in vallibus ac padulibus, fontis, rivi, aquis, aquarumque ductibus, cum finibus & terminibus & accessionibus suis, cultis rebus & incultis, cum omnibus inferioribus & superioribus suis ad rebus ipsis pertinentibus, movilibus & immovilibus, seu qui se moventibus, qualiter superius locutus, omnia in integrum tibi, qui supra, Ildo Abbas a parte Sancti Monasterii tui venditionis titulo tradidimus: pretio vero pro omnia supra scripta venditio ad te suscepimus argenti Solidos viginti per novinos denarios premium finitum, & declaratum in tali ordine, ut si de dicta supra scripta venditio nostra quicumque homo veniet adversus te Ildo Abbas vel adversus tuis successoribus, vel contra pars predictae Monasterii vestri Sancti Bartholomei cum qualivet contrafactione aut contradictione cum..... ventilatione causas agendis, & nos vel posteribus heredibus aut successoribus nostris vobis ab ipsis supra scriptos contradictores supra scripta venditio nostra non potuerimus defensare, tunc nihil alia patiamur exinde molesti nec columniam nisi tantum partis vestre reddere deveamus alio tanto pretio, quantum ut superius legitur ad te Ildo Abbas suscepimus. Nam

- A si quecumque aliis omo sine nostra factione vel traditione quandoque tempore adversus vos de supra scripta venditio nostra litigaverint aut causaverint, tunc tu jam nominatus Ildo Abbas vel tuis successoris, qualiter per melius potueritis, vobis per vos ipsis supra scripte Case & rebus deveatis defensare, omnino exinde causas agendi, responsum reddendi, fine ponendi, potestati vos esse deveatis. Nam nos supra scripti vendoribus, neque nostris posteris, heredibus aut successoribus exinde auctori nec defensatori, neque restauratoris aut premium redditoris querere non deveatis, quia & nos vobis nec a parte ipsius sacri Monasterii Sancti Bartholomaei da tali homine, qui forsitan vobis supra scripta venditio nostra sine aliqua traditione aut factione nostra condicerit, auctoris nec defensatoris nec restauratoris nec premium redditoris non promittimus, quoniam in is omnibus, ut superius Textum menutius designat, tibi supra scripte Case & rebus vendidimus, & sub tali titulo ad te pretio ipso suscepimus, quod pro Anime remedium ipsius Ifferadi juxta ejus dispositum dispensavimus, & in hoc tramine, ut superius circumscriptum est, hanc Cartulam Gauspert Notarius scrivere rogavimus.
- B Atum Pistoria, Regnum & Indictione supra scripta feliciter.
- C
- D

Ego Guilleradus Episcopus in hunc scriptum a nos facta manu mea subscripsi.

E Ego Zacheus Presbiter in hunc scripto ad nos factum manu mea subscripsi.

F Ego Tassimano in hanc Cartulam a nos facta manus mea subscripsi.

G Ego Ansprandus rogatus ad Guilleradus Episcopus & Zachio Presbiter & Tassimano testis subscripsi.

H Signum manus Fusi filio quondam Bautoni teste.

Signū manus † Pranduloni germano ejus teste.

Et signum manus † Rechiprand filio quondam Deorelli teste,

Ego qui supra Gauspert Scriptor post traditionem complevi & dedi.

Ego Gualbertus Notarius & Judex sacri Palatii Scriptor, authenticum illud vidi & legi, ut in hoc exemplar scriptum est, & quod inibi scriptum inveni, fideliter exemplavi.

Hicce adde percelebrem ac ubique usitatum iis temporibus beneficentiae ritum in Pauperes, nempe varia genera Piorum Locorum sive domuum erectionem, ubi variis egentium necessitatibus singulari Caritate ac munificentia occurrebatur. Erant pro Aegrotantibus, erant pro Hospitibus sive Peregrinis, erant pro Infantibus expositis, pro Orphanis, pro Invalidis, ac Senibus, & reliquo Egentium vulgo: ita ut unumquodque Pauperum genus haberet, unde sibi praesidium facile conquireret. Post datam a Constantino Magno pacem Ecclesiae jam invalescere coeperunt ejusmodi Christianae Caritatis domicilia atque aeraria; pluraque exempla suppetunt in Ecclesiastica Historia. Mihi satis erit commemorare Legem 46. *Sancimus, si quis &c.* Codice Justinianeo de Episcop. & Cleric. ubi Justinus Augustus curae Deo amabilium Episcoporum commendat facere aedificationes sanctissimorum Ecclesiarum, & Hospitalium (ubi Peregrini recipiuntur, quae Xenodochia quoque appellabantur) & Gerontocomiorum (ubi Senes aluntur) aut Orphanotrophiorum (ubi Orphanis alimentum confertur) aut Ptochotrophiorum (ubi Pauperes testum & vitium inveniunt) aut Nosocomiorum (ubi Aegri nutriuntur atque curantur) constructionem, aut Captivorum

A *redemptionem, aut alias quamlibet actionem piam.* Infra quoque praeter *Orphanotrophos Brophotropbi* nominantur, hoc est Orphanorum & Infantium curatores in piis locis. Propterea certabant in Italia Christiani, ut hujusmodi perpetuae Caritatis officinas in Urbibus, in pagis erigerent. Nullum fere Monasterium pingue erat, cui adnexa non foret Hospitalis domus, in quam divertebant Peregrini & Pauperes pascendi. Immo in Concilio Aquilano Primo & Secundo id pro lege constitutum fuit. Episcopi etiam & Canonici paria Christianae liberalitatis officia praestabant. Tunc autem peregrinantium longe major copia erat quam nostris temporibus. Walafridus Strabo Lib. 2. Cap. 47. de Vita Sancti Galli, praelertim nationem Scotorum commemorat, quibus consuetudo peregrinandi jam paene in naturam conversa est. Tunc etiam alia officia Caritatis ac liberalitatis in Pauperes longe majora quam nunc, & uberiora erant: quod certe dicere pudet, tacerre tamen non juvat. Hinc enim & majus Ecclesiasticis viris, eoque majus Secularibus, erat decus, & spes grandior Regni coelestis. Saeculo Christianae Aerae Decimo Mediolanensem Ecclesiam tetterimum Schisma afflixit, Pontificatus causâ certantibus Manasse atque Adelmanno. De iis Arnulphus in Histor. Mediolanens. Lib. primo, Cap. 4. haec habet: *Arderico Episcopo ad superna vocato, eruperunt duo adversarii Ambrosianae dignitatis ambitione succensi: Manasses videlicet Arelatensis Episcopus, & Adelmanus Presbyter Mediolanensis &c.* Cumque diu contendenter, ille ex datione Regis, scilicet Burgundiae (hoc est, Hugonis Italiae Regis;) hic ex fazione Plebis, & de Mediolanio (fortasse Cleri

Cleri de Mediolano) quinquennio contra se invicem perinaciter altercati sunt, satis partibus ex alterutro. Quorum execrabilis jurgio jacturam praegrandem sustinuit Ecclesia, praecipue in thesauris & cymiliis omnibus, quibus incomparabiliter affuebat. Quid in Adelmanno

A laudandum foret, quum diem * unum obiit, vix occurrebat; attamen quod pius in Pauperes fuisset, hoc illi ingentis Elogii loco fuit. Accipe ejus Epitaphium, nondum editum, quod Mediolani e MSto Codice Francisci Castelli olim descripsi.

HIC TUMULATUR ADALMANNUS PRÆSULQUE BEATUS,

CLARIOR IN TANTA QUI FUIT URBE POTENS.

HUJUS ORIGO FUIT CELSO DE SANGUINE DUCTA,

PAUPERIBUS LARGUS EXTITIT ATQUE PIUS.

HUC GRESSUM REFERENS MODICUM TU SISTE VIATOR,

DIC FAMULO REQUIEM, CRIMINA PELLE, DEUS.

OBIIT AUTEM ANNO INCARNATIONIS DOMINICÆ

DCCCCLVI. MENSE DEC. INDICT. XV.

Clarissimus Papebrochius in Aëtis Sanctorum Tom. 7. Maji, Exegetum dedit de Episcopis Mediolanensis, atque ibi post Ughellum dubitavit, an Adelmannus unquam fuerit ordinatus Archiepiscopus. Tum censem, ipsum Anno Christi DCCCCLI. aut e vivis abiisse, aut Episcopatu se abdicasse; quippe eo Anno, ut is opinatur, Walpertus Cathedram Mediolanensem confundit. Nunc ex ejus Epitaphio habemus, ipsum Praefulvis titulo ornatum; & nisi Castellus de suo addiderit Notas Chronologicas, eumdem quoque discimus, finem vivendi fecisse Anno DCCCC-LVI. Ita ergo olim inopum, aegrorum, ac hospitum cura in honore erat, ut hanc potissimum gloriam sibi vindicarent Romani Pontifices, certique Episcopi, quibus & Christiana virtus & sui munericura praecipue cordi erant. Vide in Annalibus Ecclesiasticis Cardinalis Baronii, & in Antonii Bosii Româ Subterranea complurium Romanorum Ponti-

B ficum Epitaphia. Usitator eorum laus subsidium Pauperum. Immo & in hoc ipso officio cum aliis certasse videoas ipsa interdum Virginum Deo sacrarum Coenobia. In Dissertatione LXVI. de Monaster. Monial. producam Chartam Pistoriensem, in qua Monasterium Sanctimonialium Sancti Petri fundatur una cum Senodochio ad egenos vel pauperes recipiendum, & eleemosynam tribuendum, & gubernandum per hebdomadam unam Pauperes vel Peregrinas animas. Nunc alteram addo Chartam Lucensem, Anno DCC-XC conscriptam, ac testem Monasterii sacrarum Virginum Lucae fundati una cum Xenodochio, in quo Pauperes duodecim una die per singulas hebdomadas suscipi ac pasci debeant, & hebdomada ante Pascha Balneum ibi calefiat, ut totâ ipsâ hebdomadâ ipsi Pauperes laventur. Ita verò se habent in vetustissimo apographo illae tabulae, ex Archivo Archiepiscopali ejus Urbis depromtae.

Xeno-

(*) Lego suum.

Xenodochii & Monasterii Monialium Sancti Vitalis Lucensis amplificatio, seu erectio, & dotatio facta a Jacobo Diacono, Anno 790.

IN Christi nomine. Regnante domino nostro Carolum Rex Francorum & Langobardorum, & domino nostro Pipino idem Rex filio ejus, anno regni eorum Sextodecimo & Nonno, IV. Nonas Aprilis, Indictione Tertiadecima. Manifestum est mibi Jacobo Diacono filio bone memorie Teutperri, quia ante os plurimos annos quondam Sichipertus construxit Ecclesiam in onore Dei & beati Sancti Vitalis Christi Martiris, in proprio territorio suo loco Placule, prope muro hujus Lucane Civitatis, & per dotis titulum in eadem Ecclesia & Monasterio contulit aliquit ex rebus suis, & ipsam prefatam Ecclesiam Sancti Vitalis cum rebus ibidem datis constituit esse in potestate Sicheradi Clerici filii sui, avendum, regendum, Peregrinos consolandum, & ordinationem faciendum, & per singulas ebdomadas quinque Pauperes passere constituit pro remedio suorum. Et dum ipsa Ecclesia a Gentibus incensa & desolata fuisset, tum ipse Sicheradius Clericus per Cartulam me, qui supra, Jacobum Diaconum in predicta Dei Ecclesia Sancti Vitalis, & in omnibus rebus ad eam pertinentibus, reverendorem & gubernatorem ordinavit, quamvis ipsa incensa esset Basilica; ita ut in mea esset potestatem, in omnibus secundum Decum ordinandum, & ipsos Pauperes pascendum. Postea vero ego, qui supra, Jacobus Diaconus, prestante Dei misericordia in proprio territorio meo a fundamentis edificavi Ecclesiam in onore Domini nostri Iesu Christi & Sanctorum Apostolorum Jacobi & Filippi, hic prope muro istius Civitatis in jam dicto loco Placule. Modò verò in Dei

A omnipotentis nomine offero, do, & vobis sepe dicte Ecclesie Sancti Jacobi & Sancti Filippi, pro remedio anime mee, fundamentum ipsum, ubi ipsa Dei Ecclesia posita est, unacum omnibus edificiis circa ipsa Dei Ecclesia, quem ibidem a me facta sunt, exceptio fundamentum, & terra mea illa, qui mihi obvinet ab Ermerada, qualiter da via percurrit usque ad ipsum Balneum meum, quem mihi reservo, ubi sit ipsum Xenodochio Sancti Vitalis ipsos Pauperes recipiendum & pascendum, qualiter ipsi quondam Sichipertus Clericus decrevit pro ipso dote, tam ipse fabrice una cum fundamenta & Curte, qualiter mihi per Cartulas obvenerunt in integrum. Simulque offero ibidem clausura de terra & vinea mea in Ferchalino qui fuit bone memorie Perprandi, cum ipsa casa, que ibi esse videtur, una cum ipso palmento, & cum omnibus, qualiter mihi per Cartulam venit in integrum. Et duas Casas meas massaricias in loco Tusse cum rebus & hominibus & notriminas, mobile vel immobile, qualiter mihi sunt pertenentes in integrum. Similiter & offero ibidem Case, & rem meam in Quaratiuna, & Case & rem mea in Colline cum fabricis & omnibus rebus ad eas pertinentibus in integrum. Ita vero faciente divina misericordia ipsam prefatam Ecclesiam Sanctorum Apostolorum Jacobi & Filippi constituuo in perpetuum esset Monacharum Dei Monasterio secundum Decum, & sanctam Regulam ibidem vivendum. Et omnes res ipsas & homines de ipsa congregacione Monacharum Abbatissae, que fuerit, sit potestatem in omnibus; nisi tantum volo, ut dum prestante Christo, ego

ego qui supra Jacobus Diaconus atvixer-
is, vel quem ego jam in ipsum Mona-
sterium..... ipsum Monasterio cum
rebus suis in nostra sit potestate regendo
& gubernando secundum Deum recto or-
dine, & ordinationem ibidem faciendum
in omnibus mibi, qui supra, Jacobo re-
servo potestatem, qualiter voluero. Et
ipse Abbatissa, que ibidem in tempore
fuerit, pro sua & ipsius Monasterii
protectionem per singulos annos reddere
debeat in Ecclesia Sancti Petri in Ro-
manam ad luminaria in decem Solidos
auro oleum, sicut jam ante os tempus
ego per Cartulam decrevi, & qualiter
per ipsam Cartulam ego constitui, quam
in Ecclesia Sancti Petri in Roma obtu-
li, in eo ordine firmiter persistat.

Tantum quidem & volo, ut singulis
annis in Natale Sanctorum suprascripto-
rum Jacobi & Filippi, Episcopus huius
Civitatis ad celebrandas Missas cum Sa-
cerdotibus ibidem venire licentiam aveat.
Et Abbatissa, qui tunc fuerit, eidem
Episcopo pro benedictionem dare debeat
uno rappito bono, nam amplius ei nul-
lum imponatur. Et ipsa congregatio Mo-
nacharum, que Deo jubente ibidem facte
fuerit, licentiam aveat de inter se una
cum consensu Episcopi hujus Civitatis
sibi Abbatissa elegendi, qualem in bo-
nis artibus meliorem prospexerit; &
qualem hominem ipse Congregatio vel
Abbatissa at Episcopum quesierit, qui
causa hujus Monasterii peragere & pro-
curare possat, eis pro mercede sue anime
dare debeat, qui ei secundum Deum vi-
sus fuerit; & Presbiterum, quam ipse
Abbatissa & congregatio Monacharum
in ipso Senodochio Sancti Vitalis, quem
ego Christo prestante in proprio territu-
rio meo dinuo a fundamentis construere
cupie, ordinare post meo decessu voluerit
cum consensu Episcopi, eum ordinare
debeam. Et taliter constituo, ut per
singulos annos Abbatissa hujus Monaste-

A vii vel congregatio Monacharum ex omni
substantia predicti Monasterii, que ibi
data est, vel in antea Deo prestante
data ficerit, sive substantia suprascripta
Sancti Vitalis de omni labore & vino
& oleo, sive de notriminas, ligna, seo
& de orto, vel queque abuerit, ex om-
nibus ipsam Decimam eidem Presbitero
in ipso Senodochio consistente; & illos
B quinque Pauperes, quos Sichepertus
pascere depotavit, & septen Paupe-
res supra, ut sint insimul Pauperes
duodecim, quos una die per singulas
ebdomadas in ipso Senodocio Sancti
Vitalis suscipere, & a mensa pasce-
re debeat ipse Presbiter, qui ibi or-
dinatus fuerit, secundum possibilita-
te sua, ut melius potuerit. Et sem-
per in ebdomada ante Pascha Pre-
sbiter de ipsum Senodocio ipsum
Balneum calere facias, ut tota ipsa
ebdomadâ ipsi Pauperes laventur.
Et si forsitan ibi congregatio Ancilla-
rum Dei facta non fuerit, & sub regi-
mine Regule & Abbatisse vivere de-
bat, & post meum decessu, vel illius
hominis, quem ibidem jam ordinavi vel
ordinavero, ipsum Monasterium desitu-
tum remanserit, volo & taliter consti-
tuo, ut suprascripta Ecclesia cum omni-
bus rebus at eam pertenentibus deveniat
in potestatem beati Sancti Petri in Ro-
ma, vel Pontifici, qui in tempore Papa.
ordinatus fuerit, in omnibus ordinandum
& gubernandum, qualiter ei secundum
Deum recte paruerit. Nisi tantum ipsum
Senodocio Sancti Vitalis secundum textu-
dotis suo jure permaneat. Quidem &
volo, ut queque de aliis Casis & rebus
meis, tam de mobile quam & inmo-
bile, que presenti aveo, vel in antea
abuero, a me injudicata vel non data
remanserit, sit pro anima mea in pote-
statem predicti Monasterii mei Sancti
Jacobi & Filippi in prefinito. Nam si
Domino placuerit, & omnia, qualiter
a me

et me superius constitutum est, factum fuerit, omni tempore inviolabiliter in sua potestatem in perpetuum Cenovitarum Dei Monasterio persistat in eo ordine permanere, sicut ego disposui. Et si quicunque homo temeraria presumptionem in suprascripto Monasterio vel in rebus & hominibus ibidem pertinentibus quamlibet invasionem aut superbiam aut oppressionem facere, aut exinde aliquis subtraere aut minuire presumseris, non mereor illam beatam vocem audire, quam justi audituri sunt, sed in die tremendi judicii aveat parte cum his, qui at sinistram fuerit, & cum eis demergatur in supplicium eternum, qui preparatus est Diabulo & Angelis ejus. Facientibus ibi bona reddit Deus mercedem eterna. Et si Episcopo hujus Civitatis neglegentiam posuerit faciendo, sicut ego superius decrevi non posse disrumpi, sed semper in predicto ordine in sua permaneat firmitate, & nulli liceat nolle quo semel volui. Et pro confirmatione duas Cartulas dotalium uno tenore conscript..... & Magniprandum Clericum scrivere rogavi.

Actum in suprascripto Monasterio. Unam obtulit in Archivo Ecclesie Sancti Martini Domo Episcopati: alia dedi in loco Monasterio conservandam.

Ego Jacobus Diaconus in hanc dotem a me facta manu mea subscripti.

Ego Deusdedit Arcidiaconus rogatus & Jacobus Diaconus in hanc dotem me teste subscripti.

Ego Rachiprandus Presbiter rogetus & Jacobo Diacono in hanc dotalis Cartulam me teste subscripti.

Ego Magniprandus Clericus post tradicta complevi & dedi.

Sed praesertim iis Misericordiae muneribus Monachi fungebantur, quibus Hospitalitas & cura Pauperum enixius commendabatur a sacris Canonibus, aut ab eorum sanctis Insti-

tutoribus. Vix Sanctus Anselmus circiter Annum DCCLII. celebri Monasterio Nonantulano fundamenta posuit in agro Mutinensi, ut in ejus Vita apud Mabillonum habetur Seculo quarto part. primâ, Actor. Sanctorum Ordinis Sancti Benedicti, quum Hospitium ad suscipiendos hospites & peregrinos magno cum studio illicite aedificavit: de quibus illi die nonnulla cura maxima & solicitude fuit, ut nullus inde sine refectionis misericordia abire posset. Subdit ejusdem Vitae Scriptor post alia multa: Hinc inter cetera plura bona, quae egit, Hospitalitatem diligens, omniumque Pauperum curam solcite gerens, Hospitia atque Xenodochia perplura constituere curavit. Tum memorat ab eo conditum Hospitalale prope Monasterium fere quatuor millia, scilicet in loco nunc appellato il Passo di Santo Ambrosio ad Scultennam in Via Claudia, quam Aemiliam contra morem Majorum nostrorum nonnulli appellant, ad suscipiendos Debiles & Feminas, qui ad Monasterium venire non poterant. Duo itidem Xenodochia in agro Vicentino excitavit, ubi quotidie pauperes & debiles, & singulis Mensium Kalendas Pauperes ducenti pascebantur. Ita Fulradus Abbas Sancti Dionysii Parisiensis, ut ex Annalibus Benedictini liquet ad Annum DCCLXXVII. res suas omnes Basilicae Sancti Dionysii postremis tabulis reliquit, ut cedant in alimoniam servorum Dei, & susceptionem Hospitium, & in elemosynam synodorum Pauperum seu matriculariorum, Viduarum, & Orphanorum. Fuerunt autem Matricularii pauperes, qui in matricula Ecclesiae descripti erant, ut ex ejusdem Ecclesiae redditibus alerentur. Aut matriculari, sive domum adjacentem Ecclesiis inhabitabant, in qua vicitus eis

eis conferebatur. Qua de re legendum Du-Cangius in Glossario Latino. Sexcenta alia hujusmodi exempla praetereo, satius dicens ostendere, Laicos aut reliquos Ecclesiasticos piā aemulatione duces, Misericordiae suae in Pauperes lora laxasse, constructis innumeris Pauperum domiciliis. Quod quamquam in omnibus aut plerisque Italiae Urbibus actum fuerit, attamen commodius mihi erit palam facere in una Lucensi Urbe, quae in conservandis antiquis monumentis Ecclesiae suae ceteris Italica fortasse palmam praeripuit. Itaque primo mihi occurrit in Archivo Archiepiscopii Civitatis illius vetu-

A stissimum antigraphum in pergamente, ex quo constat, circiter Annum DCCXVIII. Liutprando Rege regnante, Templum Sancti Silvestri una cum Xenodochio & Balneo erectum dotatumque fuisse a nonnullis pii Civibus Lucensibus, constituto ibi Presbytero, seu Abbe sacri loci Custode, ad peregrinos recipiendum, pauperes, viduas, & orphanos consolandum. Tempus conscriptae primum Chartae desideratur. Verum id levι negotio intelligas ex duabus aliis Chartis, quae priori adtexebantur, & quarum postrema mihi visa est archetypum. Ideoque ipsas etiam subjugere placuit.

Teuthpaldus, Dommulus, aliique pii Cives Lucenses sacram Aedem sub Sancti Silvestri nomine una cum Xenodochio in Urbe Lucensi aedificant, circiter Annum 718.

IN nomine Domini Dei nostri Iesu Christi. Cenigne nobis auxilium est, dum hic peregrinamur carnali officium gerimus, tesaurizare nobis super terram utilia sunt, ut caro nostra mortalis, anima immortalis. Unde nos Teuthpald cum germanis meis, & Dommulum, Leonaci cum germano meo, seo & Appald, Wilifid, Maurinom, Teudericu, Nandulum, Geminianum Clivicum, Gundisalum, recorentes nos omnis ad aula misericordie pro..... nostris, quam in hoc seculo gessimus atque gerimus, pro hac uerem D:i, & redemtione anime nostrae, Ecclesiastam ha fundementis, fabricis, vestibulis, constituemus in honorem beatissimi Dei Confessoris Sancti Silvestri, in Porta beati Sancti Petri, ubi nos vel si indigni Sinedochium facere visi sumus in terra, qui novis ex nostra portionem a Teodori filio quondam Leotari advinct, in qua fundamento prefata Ecclesia sita est, idcir-

C co donamus..... Ecclesie beati Sancti Silvestri fundamento ipso una cum Casa, que Sinedochio constituemus cum Covic vel oto seo omnem intrinsecus, sed & Balneo, qui novis vicarie & ex comparationem advinet a Domino venerabili Talisperiano..... nus una cum fundamentum, ubi ipse Balneum situs est, quamque & per unumque nostrum terra prope Civitate a designato nomine, idest Ego Teuthpal cum germanus meus offerui ini vi terra modiorum..... Dommulum terra modiorum tris in Placulo inter adfinis terra Duci; in Leonaci cum germano suo terra modiorum quatuor super casa Borunciuli in Macritula, & duas modios terra Maurinus in Albingo..... Annuald terra modiorum tris in loco ubi Teuthpald dederit super silice; Wilifid terra modiorum tris prope Casa Waltari; Nandulo terra modiorum duo infra Lituro, & tertio modi locum ante Casa Bucciuli; Geminianus

E terra

terra & vinea offeruit Solidos quadragenta; Teudoraci pro terra & vinea Solidos quadragenta, ut exinde terra & vinea con.....; Gudiscalco terra mediorum duo, tris scafitorum prope terram Trioni & scafilum prope terrula Liu-tuald; & pro vinea per unumquemque nostrum dedimus Solidos decem, excepto Maurinus, qui dedit duo modia vinea in Savelliano, & Geminianus & Teudoraci, qui dederunt predictos Solidos pro vinea & terra & otruaginta Solidos in auro pro dotis titulo. Et ita addidet animus nostrus, ut ad gubernandum in potestatens Custodis illius Gundoni Presbiteri, quem iniui cum comune sensilio Presbiterum ordinavimus, inventariatur esse Peregrinus recipiendum, Pauperis, Vidua, & Orfanis consolandum, mandatum juxta regale ordine faciendum, & pro nostris facinoribus Dominum deprecandum, in omnibus & per omnia opem uisus Sinedoci, secundem priscorum Patrum traditionem juxta uisus sententie in omnibus adimplere diceas. Et hoc addimus, ut si ipse Abbas Cufus de bac luce creptus est, quem iniui Priorem & gubernatorem due partes ex novis una cum Monaci ipsi eligerent, tertia pars ex nostris iniui..... ipsum Abbatem ordinandum predictum officium D: i peragendum. Nam nulli nostrorum offerantium exinde in aliquo subtrahator, aut ha novis minuetur, nec ulla iniui potestatem aveamus neque in ipso balneum invasionem faciendam, nec in nulla res, quas iniui ha novis offerum est, nisi in omnibus, ut prediximus, in potestatem Sancti Silvestri inveniatur esse, & absque omnem..... contra ipsam Ecclesiam agere voluerit banc vis removator exinde violentiam, & defensor non querentis, quod in aliquo a nos perteneat, contra quam dotalii seu monusculi nostre cortule, quam nos & eredis nostris adversus ipsam

A sanctam Dei Ecclesiam, vel quod inibi ha novis offertum est, aliquando spendoribus esse venturi post facta viro dotis cartula Dei compulsione corriktus.

Ego Waltari..... Sancti Silvestri offero in integrum possidendum clausura in Colliario cum vinea & olivas seu virgarium plus minus mediorum dece, cum omnia quidquid infra ipsa clausura est cum cultum vel incultum in integrum..... pro peccatis Sacerdos, qui iniui ordinatus est, aut futurus esset, borare diveas.

Signum manus Teutpald V. D. Donatoris.

Signum manus Teutpert fratri ejus consentientis.

Signum manus Dommuli conservatoris.

Signum manus Leonaci V. D. autoris & conservatoris.

Signum manus Petronaci..... consentientis.

Signum manus Aunuald V. D. idem conservatoris &c.

Signum manus Waltarini, qui hoc offeruit.

Dolof exiguis indignus Presbiter rogatus ad Waltarene ubi cartule donationis in Ecclesia Sancti Silvestri vel ejusque Senodci sicut superius legitur testi subscripti.

Ripert V. L. ubi Chartulo rogatus a Waltarene a bie Chartule donationis facta in Ecclesia Sancti Silvestri vel ejusque Senodci sicut superius legitur testi subscripti.

E Floriprandus Notarius ex autentico quantum cognoscere potius fideliter exemplavi absque fraude.

In nomine Domini Jesu Christi. Dum Deo juvante Ecclesia beati Sancti Silvestri sita fuisset ad Porta beati Sancti Petri, & per Cristianus hominis condita, & per dotis & donis tetulo confirmata, amor superne virtutis meum animum accommodaret pro meis facinoribus.

ribus offero ego Geminianus Deo & tibi sepe dicte Ecclesie beati Sancti Silvestri, idest in primis quatuor modiorum terra ad Argili super via ad Aqualonga, modiorum duas ad Tempanianu, modiorum duo de terra da Cunichis, ad Arcu modiorum duo de summo Campo da Santo Martino, Caldaria una Ornile cum catena sumaria, bac istum predicta Ecclesia quite jure ivi defendas, & nullus de hereditate meus hoc ipsum manusculum exinde subtragi possit, & Sacerdos initu consistentis pro meis facinoribus Christum Dominum deprecari diveas.

In nomine Domini Dei & Salvatoris nostri Iesu Christi, regnante domino nostro Liutprand (*) viro excellentissimo Rege Anno Octavo, per Indictionem III. feliciter. Censta, me Aufrid V. D. banc die vendedisse & vendedi, tradidisset & tradedi vobis Aunuald, Teutpald, Leonaci, Petrenaci, Teutpert, Domnuli, Wilifrid, Nandulo, Geminiano Clerico, Teuderaci, ortu meum, quem avere videas ante Sancto Silvestre, qui latere tene prope Curte vel orte Sancti Silvestri rectu casa Domnicci, vel de filio Jovanni, & in integro ipso orto vobis tradedi possedendum, ut ab hodierna die abeat, teneatis, & in vestra sit potestate de ipso orto fa-

A cere quod volueritis. Unde accepisset & suscepisti a vobis Aunuald, Teutpald, Teutpert, Petronaci, Leonaci, Domnuli, Wilifrid, Nanduli, Geminiano Clerico, & Teuderaci, premium placitum & definito capitulo auri Soledas quinquaginta, de quibus previdi vobis Cartula venditionis facere, ut ab hodierna die aveatis, possedeatis, & in vestra potestate, & sicut non credo, ut si ego aut eredis meus vos molestaverimus, aut da qualivet bonum vobis defensare non petuero, spondeo vobis componere dupla condicionem; quam viro venditionis Cartula Gairemundo V. D. scribere regavi.

Actum Luca, Mense Martio, per Indictionem suprascripta feliciter.

Signum manus Aufrid vendicuri & repromissuri.

Altera Charta succedat iisdem temporibus conscripta, cuius tantummodo exemplum, vetustum tamen, supervest. Ex illa habemus, Anno DCCXXI. dotatum suis nuper exstrutum Templum & Monasterium Sancti Michaëlis extra Lucensem Urbem, ut Sacerdos, qui ibi constitutus fuerit, officium peragat, Viduam, Orphanum, & Pauperem consoletur, Egenum & Peregrinum recipiat. Ea integræ pergamenæ textum.

Pertualdus Civis Lucensis aedem Sancti Michaëlis & Monasterium constituit ac doitat, praescriptâ eleemosynâ in Pauperes, Anno 721.

IN nomine Domini Dei nostri Iesu Christi. Regnante domino nostro Liutprand Viro excellentissimo Rege, Anno filiosissimo Regni ejus Nonno per Indictionem Quarta feliciter. Omnum Ecclesiastum conditor Christus &c. Unde ego Pertualdo considerans adque pertrahans animum meum, dum erumpere non mea necessitate, sed Dei compulsione

E correctus ubi longinquo Urbe Viduam, Pupillam, & Orfanum protegere pro illo desiderium complectar, liminibus Beati Petri Apostolorum Principis Romane Urbis devotum juxta placitum D-o ad propria remeatus, queque illuc Deo devotus sum, ipso juvantem, ut virtus permiserit, opem perfici. Idcirco ego Pertualdo offero Deo, & tibi Ecclesie bea-

(*) idest Anno Christi DCCXX.

ti Archangeli Michaëli, quen a fundamen-
tis, fabricis, vestibulis in honore
Christi Domini nostri constitui prope do-
micellulæ meæ, ubi cum manire videor,
quæ & ad ejus Monasterium, idest
Curie curia fundamento, ubi ipse Eccles-
ia vel Monasterio sita sunt, per loca
designata finis Fossato &c. terra perte-
nente modiloco unum, ubi sibi Abbas
vel Monachi inibi consistentis ortum vel
pigmentario haurire debeat una cum ter-
ra prope Civitate ad Valle modiorum
quatuor, Campo ad Quinto modiorum
quinque, Decimas, vineas, & olivas,
quemque haurire videor ad Sancto Pan-
cratio, & decimas de vineas & oli-
vas, quam haurire videor de proprio lo-
co, qui dicitur Muriatico super Sancto
Petro, similiterque Decimas de omnem
laborem meam, tam vinum, quam gra-
num dedit vel mibi Dominus dederit,
inibi persolvere debeam ad illas vero vi-
nea, quam nominatum decrevi, adimpli-
re debeas ad gregis equorum, armento-
rum, ovium seu porcorum, omnia qui
nati fuerent a Kalendas Januarias In-
dictione IV. in ipso sancto loco idem
decimas dare debeas, & terra ad Avi-
na, qui mibi a Regia potestate concessa
est in integrum. De casis vero in pri-
mis in Monaciatico Casa, qui regitur
per Sintarine &c. pro anime mee reme-
diuum per dotis tetulo offerre visus sum,
ab hoc die tradò in integrum posseden-
dum; ita ut Sacerdos, qui inibi consti-
tutus est, aut fuerit, pro meis facinori-
bus Dominum deprecari debeat, Officium
peragendum, Viduam, Orfanum, &
Pauperem consolandum, Eginum, &
Peregrinum recipiendum, juxta Dei
preceptum, omnium opem ferre non
desinat. Et si quis de filiis meis in
ipso sancto loco Deo servire volueret re-
gulariter agere, nulla ei sit contradic-
tio, quid si minime ex legitimo prolis meas
inibi volueret Deo servire, & Abbas

A qui inibi constitutus fucret, de hac luce
migraveret, quem ipsum Congregationem
sive Abbatem & Priorem eligere ipse
in loco, & nihil inibi meis heredibus
potestatem habeas invasionem faciendi,
neque exinde aliquid subtrahendi, nisi
si a qualibet homine ipsa Ecclesia vel
Monasterio contra justitia polysatus fue-
ret a meus proprius heredit habeas de-
fensionem, nam non menuctus contra
quæ dotali seu monosculi mei paginam
numquam me heredes meus adversus ip-
sum sanctum virtute aliquando spondi-
mus esset venturus, sed omnia sicut so-
pra legitur inviolabiliter conservare.
Quam dotali & monosculi mei Car-
tula etro Nepoti meo dictante
genitore suo Petroni scribere commonui.

Cum Luca.

Signum manus Pertualdum auctori &
conservatori.

Signum manus Filipert filio ejus con-
sentientis.

Signum manus Ansualdum testis.

Signum manus Radipert V. D. testis.

Ego Rachiprandus Clericus exemplar
fideliter exemplavi.

Ego Ermimari Clericus hunc exem-
plar de exemplari fideliter exemplavi.

Tertiam Chartam, eamque authen-
ticam, exhibeo ex eodem Lucensis
Archiepiscopii Archivo depromtam,
quæ tamen vetustatis injurias sensit,
ac proinde multis cum lacunis pro-
dibit. Complectitur & ipsa Xeno-
dochii fundationem factam Anno
DCCLVII. sub Perideo Episcopo
Lucense, ut ibi Pauperes atque Pere-
grini modernis & futuris temporibus per
omnem hebdomadam pascantur. Hinc
autem certo habes, ante diem V.
Novembris Anni DCCLVI. Deside-
rio Langobardici Regni habenas non
suisse conlatas: quod animadvertis
velim, uti & formulam intrante Men-
se, quæ post Annū Christi Mille-
simū

simum frequentissima in membranis | A | quam censuerit Clariss. Du-Cangius.
occurrit, sed longe vetustior est, | B | Sunt haec verba illius Chartae.

Sicheradus Presbyter, Fileradus, & Alapertus Cives Lucenses
aedem sacram una cum Xenodochio prope moenia Ci-
vitatis Lucensis constituunt, Anno 757.

IN nomine Domini nostri. Regnante B
Domino nostro Desiderio Rege,
Anno Regni ejus Deo propitio Primo,
Quinto die intrante Mense Novembrio,
Indictione XI. feliciter. In Christi no-
mine manifesti sumus nus Sicheradus
vir venerabilis Presbiter..... quia
propter Dei amorem..... fundamintis
vestiboli, ut virtus admisit in propriis
territuris nostra Ecclesia in honore.....
ani, Sancti Pauli, Sancti An..... a-
bire vixi sumus hic prope muro Civitate
ista Lucense, ubi omnem spem nostram
posuimus, ubi & dum pa..... ipsas
Dei ad noster Pereteus Episco-
pus reconditus & intromissus fuisset,
auxiliante ipso Redemptore nostro, in iuri
Senodobium instituere videmur, oca-
mus iividem..... in parvis de res no-
stra, qua..... offerre..... aci-
piat..... in primis omnium nus qui
supra Sicheradus, Fileradus, & Ala-
pert offerre videmur Deo, & tibi jam
dicta Ecclesia, qui ad nus..... effet
casa illas, qui est selario, qui novis
hic prope jam dicta Ecclesia ad.....
abuimus, & cum fundaminto ubi ipsa
posita est, cum Curte seo granario vel
omnis fabricis cum suis edificiis cum pe-
tras..... vel arboribus vel omnia
qu..... novis hic in jam dicto loco
ad ipso Pacifico ubuinet in integrum.
Et ego jam nominatus germanis Siche-
radus.... tiola in jam dicta.... esia
offerre videor in primis tres in Casti-
liorum terra mea in loco Ropga. qui
est ad latere de terra Pertuli simul,
& casa mea illa in loco Flabiana, ubi

Machinald Massario residere visus est,
cum omnia ad ipsa casa pertinente in
integrum & parte mea de..... ad
Ronco, qui est ad latere de terra Per-
ferti in integrum. Similiter & ego Fi-
leradus de mea substantia in suprascrip-
ta Dei Ecclesia offerre videor Terra
ad Padule, qui mibi da Filipert abuin-
et, & uno modiloco inter terra &
vinea in Faxo cum omnia legnamen-
tuendi derelivi..... in suprascriptio lo-
co Facxo, quantum ad ipsa vinea a u-
tilitas fueret & uno modiloco terra ad
Arno prope..... parte mea de casa in
Buelli cum..... silva & terra, qui
mibi da Germani in sorte abuinet, &
servo uno simul, & redditio de casa in
Terpiniana, qui mibi per dona Domno-
rum Regum abui; & ubi Aduald re-
sidet, in integrum simul & dare videor
in jam dicta Ecclesia jumenta una Vac-
ca, una Vitellata, uno Bove, & inter
capras, pecoras, & porcus capitias vi-
ginti, seo vero omnis, que an nus tum
ego cum heredis meus in iuri dare deve-
remus. Con..... simul & ego Ala-
pert in predicta Dei Ecclesia offere videor
casa mea illa in loco Subgruminio,
ubi Magnulo Massario resedet cum ipso
Magnulo, & cum omnis res ad ipsa
Casa pertinentes in integrum; & tertia
parte de oliveto meo in Versiliz in in-
tegrum, & terra prope Civitate ista....
in loco Viniale, & uno petio de terra
illa, quam mibi da Aripal abuinet in
integrum; & parte mea de Silva in
loco, qui dicitur ad Cerro in integrum.
Ita omnia sicut supra, nus propter Dei
amore

amore in predicta Dei Ecclesia tradere videmur, sic tamen protigenem Christo taliter banc Dei Ecclesia ac Sinedocio instituere videmur, ut abeant; nullusque ex nos neque heredis nostris inihi nulla invasionem nec menuationem facere diceas nec per nullo ingenio nullusque de nos ipsa Dei Ecclesia vel res eidem pertinentes alivi extraneare possant, nisi quis de nos Deo serviente inihi introire aut esse volueret, potestatem habeas inihi introire & habitare, & omnia in predicta Dei Ecclesia servientem adque Deo placentem esse diceamus, nam ut de nulla ividem molestationem vel devisionem facientem. De filii vero masculini aut de heredes nostros taliter decrevimus, ut post nostro deceesso, qui ihi introire voluerit cum rebus suis ad avitandum tantum unum de heredis seo de filii nostros per caput habeant licentiam introire, & taliter in omnibus conservandum sicut Deo apta sunt, & qualiter & de nostris personas superius hic esse decrevimus, ordinatione vero faciendo tam nos quam & post nostro deceesso, qui hic de heridis nostris fuerent nos insimul secundum Dei placentem communiter & uno consilio facere in predicta Dei Sinedocio diceamus: nam nullus extraneus nec ad nullus publicis devulantur, nisi in omnibus..... nostrorum vel de heredes nostros qualiter supra decrevimus, & taliter aduc banc pagina dotalium instituere adque firmare previdimus; & quis ex nos aut de heredibus nostris contra banc pagina in alico agi presumserit, & menime tec omnia capitula conservaveret, qualiter superius legitur, qui ad nos inscritum est, componat pars partes ad illam quis de nos tec omnia conservaveret, pena auro Solidos numero mille, & amittat predicta Dei Ecclesia, vel omnis res eidem pertinentem, & iterum dote ista istavile permaneat, & inihi Pauperos

A adque Peregrinos modernos & futuris temporibus per omnis ebdoma... pascatur, consultatione acepiant, quia propter Dei timorem taliter esse instituimus. Et banc pagina dotalium ad..... David iscrivere rogavimus, ubi & confirmationem propria manus nostra signum sancte Crucis fecimus.

Actum Luca.

* Signum manus Sicheradi viri venerabilis Presbiteri, qui banc pagina dotalium fieri rogavit.

* Signum manus Fileradi, qui banc pagina.....

Ego Alapert in anch pagina ad nos facta, sicut supra legitur, manus mea propria subscripti &c.

C In praecedenti Charta nullum est verbum Monasterii, sed tantum Aedis sacrae, & Hospitalis domus. Et quidem in more etiam fuit, Xenodochia adjungere ipsis Clericorum Templis aut aediculis; sive Oratoria sine Xenodochio construere, & nichilominus Rectoribus aut Custodibus earumdem sacrarum Aedium eleemosynam praescribere in Pauperes erogandam. Qui vero ejusmodi Ecclesiis atque Xenodochiis praeficiebantur, plerumque ex Diaconorum ordine desumi consueverunt; Ministri quippe, seu Oeconomi, erant redditum egenis distribuendorum: quae etiam cura Diaconis in primitiva Ecclesia delata est. Quamobrem quoties, apud Anastasium in Vitis Pontificum Romanorum, & apud Johannem Diaconum in Vitis Antistitum Neapolitanorum, & apud alios Diaconiae mentio occurrit, aut Diaconum Ecclesiae alicui praefuisse reperis, continuo intellige id genus Ecclesiastis, unde Pauperes, aut Peregrini, Orphani, Viduae, & Senes, Christianae liberalitatis fructus recipiebant. Ex hisce Caritatis Christianae officinis saltem vigintiquatuor

quatuor Regina Urbium Roma olim numerabat. Du-Cangius in Appendix ad Glossar. Latin. Tomo 2. Glossar. Graeci, ex Diurni Romani Cap. 7. Titul. 17. haec verba adfert: *Sed Dispensator, qui pro tempore fuerit in eadem venerabili Diaconia, pro remissione peccatorum nostrorum, omnes Diaconites, & Pauperes Christi, qui ibidem convenient, Kyrie eleison exclamare student. Vocem Diaconites interpretatur Du-Cangius Pauperes, qui in Diaconiis*

A alebantur. Minus recte, ut opinor. Non aliud fuere Diaconitae nisi Ministri Diaconiae, qui videlicet sub Diacono alimenta atque eleemosynas pauperibus distribuebant. Accipe quid habeat Romana Inscriptio in Basilica Sanctae Mariae in Colmedin posita, apud Turrigium Part. 2. pag. 537. de Crypt. Vatican. & apud Crescimbenium in Historia ejusdem Diaconiae.

B

HEC. TIBI. PRECLARA. VIR
 GO. CÆLESTIS. REGINA. SCA. SV
 PEREXALTAT. ET. GLORIOSA. DO
 MINA. MEA. DEI GENETRIX MARIA.
 DE. TVA. TIBI. OFFERO. DONA. EGO.
 HVMILLIMVS. SERVVLVS. TVVS.
 EVSTHATIVS. INMERITVS. DVX.
 QVEM. TIBI. DESERVIRE. ET. HVIC.
 SANCTÆ. TVÆ. DIACONIÆ. DISPENSA
 TOREM. EFFICI. JVSSISTI. TRADENS.
 DE. PROPRIIS. MEIS. FACVLTATI
 BV. IN. VSVS. ISTIVS. SCÆ. DIAC. PRO.
 SVSTENTATIONE. XPI. PAVPERVM.
 ET. OMNIVM. HIC. DESERVIENTI
 VM. DIACONITARVM. OB. MEORVM.
 VENIAM. DELICTORVM. &c.

In Charta Lucensi Anni DCCXXIX. quam dedi in Dissertatione IV. de Offic. Dom. Reg. germani quidam Diaconiam in susceptione Peregrinorum fieri exoptant. Supra etiam vidimus in Charta Luçensi Anni DCCXC. Jacobum Diaconum in Ecclesia Sancti Vitalis, cui Xenodochium appositum e-

C rat, constitutum fuisse Rectorem & gubernatorem. Ejusmodi Rectores, Diaconiae alicui Romae potissimum præpositi, Cardinales Diaconi appellabantur, uti in Dissertatione LXI. de Cardinal. adnotabo. In aliis tamen Urbibus nihil referebat, Diaconus ne, an Presbyter ejusmodi Oratoriis five

Xeno-

Xenodochiis praeficeretur. Suppeditat mihi Lucense Archivum in hanc rem luculentum testem, Chartam videlicet Anni DCCLXIV. in qua Ansaldus quidam Aedem sacram in ipsa Lucensi Urbe a se constructam fateatur, ut omni tempore per unamquamque hebdomadam in domo praediæ Ecclesiae ad mensam duodecim Pauperes & Pegeyini excipientur. Tum Rattradae Sarclimoniali post obitum suum jus patronatus tribuit, hoc est, jus regendi, gubernandi, usufruandi, & ordinationem de Presbytero vel de Diacono faciendi in ipsa Ecclesia. Sacratum vero dicit Oratorium illud per bonae memoriae Peredeum Episcopum; quae verba indicare videntur, iam sublatum e vivis Episcopum hunc. Ughellius in Lucensium Episcoporum catalogo Tom. prim. Ital. Sacr. Peredeum Episcopum ignoravit. Tum in Appendice ad Tomum quintum, Antistitem ipsum commemorans, viventem fecit Anno Christi DCCLXXX.

Ansaldus Teupaldi filius, Civis Lucensis, Oratorium Sanctæ Mariae in ipsa Civitate condit & dotat, constitutâ in Pauperes elemosynâ per singulas hebdomadas, Anno 764.

In Dei nomine. Regnante Domno nostro Desiderio Rege, Anno Regni ejus Septimo, & filio ejus idem Domno nostro Adelchis Rege, Anno Regni ejus Quinto, XVII. Kalendas Februarias, per Indictiones Secunda. Manifestum est mibi Ansald filio bone memorie Teupald, quia pro remedium anime mee ante hos annos a fundamentis fabrici construxi Ecclesiam in honore Dei, & beate Sancte Marie semper Virginis in fundamento de casa habitacionis nostræ hic infra Civitate ista Lucense in mea propria portione, & per bone memorie Perceo Episcopo facienda est ipsa

A Et sane ex formula bonae memoriae, uti & in Antiquitatibus Estensibus jamdudum monui, deducendus minime est Perelei Episcopi obitus. Jam illum vidimus in supra allata Chartha Anni DCCLVII. Episcopum Lucensem. In Archivo ejusdem Archiepiscopii is itidem occurrit Anno VI. Desiderii, & IV. Adelchis Regum (hoc est Anno vulgaris Epochæ DCCLXII.) die VIII. Decembris, Indictione I. Ad haec reperitur idem Praeful vivens in membranis Anni DCCLXV. & DCCLXVI. Denique visuntur ibidem postremæ ejus tabulae scriptae Anno IV. Caroli Francorum & Langobardorum Regis, die XVI. Martii. Indictione I. hoc est Anno DCCLXXVIII. Quibus positis facile intelligimus, ipsius vitam protrahi potuisse usque ad Annum DCCLXXX. ab Ughellio memoratum; aut saltem iplum nequam e vivis recessisse, quando conscripta fuit Charta, quam nunc produco.

Deī Ecclesia. Nunc vero per presentem Cartolam judicati, seu dotaliam, despensare prevides de omnibus iphs rebus meis in tali tenore, ut dum ego advixero, omnis res mea in mea sit posstate iterum judicare, vindicare, donare, & in omnibus despensare, qualiter voluero; post decessu meo quidquid & omnis rebus meis non vindata, aut non denata, vel quolibet ordine adhuc non judicata remanserit a me, volo, ut omnia, sive casa habitacionis mee cum funda.... ipsa Dei Ecclesia, superposito est Curte.... Oitis, terris, vineis &c. omnia in integra, ut dixi, quidquid a me iherera

rum injudicatum remanserit, sit in potestate suprascripte Ecclesie, & Monasterio Sancte Marie &c. in tali tenore, ut si Rattrada Dei Ancilla, parenta mea, & filia quondam..... super decessu meo..... in ejus sit potestate ipsa Dei Ecclesia, & Monasterio Sancte Marie, & omnia suprascripta, quas superius..... & de ipsa Dei Ecclesia..... regendi, gubernandi, usufruandi, & ordinationem de Presbitero vel de Diaconam faciendi in ipsa Ecclesia, qualiter me..... De terras vero, vel ancillas seu aldiones meos, tali tenore decerno; ut omnes in mea sint potestate in omnibus faciendi quid volvero. Similiter & si jam dicta Rattrada Dei Ancilla super decessu meo vixerit, omnes servos, ancillas, seu aldiones meos, qui adhuc a me non judicati remanserint, simul..... Ipsi homines absolvendi.....: De ordinatione vero eidem Ecclesie sic insertum, ut Presbiter, aut Diaconas, qui a me, vel ab ipsa Rattrada post meo decessu ividem fuerit Rector, ordinare omni tempore in ipso Dei Monasterio, si super nos vixerit, per unaqueque ebdomada in casa prediche Ecclesie infra hanc Civitatem ad mensa duodecim Pauperes & Peregrini..... & qualiter hoc adimpleverit, aut officium & luminaria..... vel eleemosynam..... in mea sint potestate..... (Reliqua desiderantur.)

Alibi in hoc ipso Opere geminas alias ejusdem argumenti Chartas adseram, ex quarum primâ Anno DCC-LIX. conscriptâ deducitur, construam suisce a Gregorio filio Mauricii Aedem sacram sub vocabulo Sancti Donati in loco Asulari, ibique Rectorem constitutum Presbyterum, sicut tamen usque ulla femina ibidem habitare debeat, & per singulas hebdoma-

A das quatuor Peregrinos omni tempore die uno pascere debeat. In altera Charta scripta Anno DCCLXV. Rixsolfus unus minoribus Presbyteris (consentiente, ut is ait, mibi Domino patre meo Regnoso Abbe) Oratorio Sanctae Mariae, & Sancti Donati, a suo parente constructo, multa largitur, & Presbyterum Rectorem ibi statuit, qui per omnem septimanam tribus diebus viginti quatuor Pauperibus prandium exhibeat: prandium vero tale sit: scaphilum (mensura frumentaria) grani, unde fiat panis coctus, & duo congia vini, & duo congia palmentarii ex faba & panico mixto, bene spissio, & condito de uncto aut de oleo. Et quandoquidem Carolus Magnus, uti in Lege 63. Langobard. Part. II. Tomi I. Rer. Italicar. pag. 101. habetur, decrevit, ut Episcopi & Abbates per Xenodochia & Monasteria eorum, Hospitale, ubi antiquitus fuerit, faciant, & summopere curant, ut nullatenus praetermittatur; aliasque idem Augustus Leges promulgavit pro restaurandis Xenodochiis, Pauperibusque rite reficiendis, quas Lotharius I. Imperator, ejusque filius Ludovicus II. confirmarunt: propterea Ambrosius Lucensis Episcopus Anno DCCCXLVII. Xenodochium Sancti Columbani, situm prope moenia Civitatis, instauravit ad salutem animarum Domorum nostrorum Hlobbarii Imperatoris & Hludowici Regum, memorans etiam sacram iussionem Imperiale hac de re, simulque constituit, ut semper tribus diebus per singulas hebdomadas ibidem duodecim Pauperes pascerentur. En Chartam ipsam ex autographo existente in praelaudato Archiepiscopii Lucensis Archivo, desumtam.

Institutio Rectoris Ecclesiae & Xenodochii Sancti Columbani, facta
ab Ambrosio Episcopo Lucensi, Anno 847.

IN Dei nomine. R^gnante Domno nostro Hlothario Imperatore Augusto, Anno Christo proprio Imperii ejus, postquam in Italia ingressus est, Vigesimo Quinto, Pridie Nonas Majas, Indictione X. In Christi nomine ego Ambrosius gratia Dei humilis Episcopus hujus sancte Lucane Ecclesie. Manifesta causa est mihi, quia dum sacra iussio Imperialis nos agnoscetem de quibusdam Senodochiis restaurandam, ac in Dei laudibus elevandas elemosinas distribuendum, unde ad salutem animarum Dominorum nostrorum Hlotharii Imperatoris, & Hludowici Regum.... proficiatur salutem augmentum, ideo.... una cum consensum Sacerdotum meorum de Ecclesia Sancti Columbani, quod est Sinodochio, sita prope muras istius Civitatis Lucense, pertenens Ecclesie Episcopatui nostro Sancti Martini, ut magis ac magis in Dei omnipotentis laudibus proficiat, propterea te Alipertum Presbiterum nostrum, filio quondam Aliprandi in prefatam Dei Ecclesiam Sancti Columbani, & in omnibus casis & rebus ejus, ubicumque ad eam pertinenterib[us], Rectorem ac gubernatorem.... & constituo omnibus diebus vite tue abendi, regendi, gubernandi, meliorandi, usumfructuandi, officium Dei per tuam dispositionem die noctuque in eadem Ecclesia recto moderamine efficiendi, & semper ter diebus pro singulas ebdomadas ibidem duodecim Pauperes pascere debeas, sicuti statuta institutionem antecessorum meorum preordinatum est mos diligentissime adimplendum, ad susceptionem & refectionem Pauperum, pro salutem & redemptionem animarum predictorum Dominorum nostrorum, sic

A tamen, ut dum Gumperta Dei Ancilla, quondam Ropprandi Presbiteri, ad vivere meruerit, in prefatam Sinodochio Sancti Columbani residere, & ubi in resedebat, ibidem Deo serbiendum, & ipsos Pauperes ibi recipiendum & gubernandum, sicut consuetudo docet eos pascendi: & rebus ejdem Ecclesie, dum advixerit, gubernandi & suerdi. B Post vero ejus decesso in aliis omnibus, ut supra legitur, adimplere & obserbare debeas. Nam si ego vel quiscumque successores meos contra hanc ordinationem aliquid agere aut disrumpere quiescerimus, dum ita adimplesum & conserbatum fuerit, sicut supra legitur, & sic non permiserimus quieto ordine permanere, sicut statutum est; promitto me ego cum successore meo componere tibi Alipertum Presbiterum argenium Solidos ducentos, & presens ordinationem firmam & stabilem permaneat; quam Petrum Clericum Notarium scribere rogavi.

Actum Luca.

Ego Ambrosius Episcopus in hanc bordinatibo ad me facta subscripti.

Signum ✠ manus Gbirperi filio bone memorie Wistriperti testis.

Ego Teufredi Notarius rogatus ad Ambrosius Episcopuss me teste subscripti.

Ego Flaipertu Clerico rogatus ad Ambrosio Episcopus me teste subscripti.

Ego Teudimundus rogatus ad Ambrosio Episcopus me teste subscripti.

Ego Uppertus Diaconus rogatus ad Ambrosio Episcopuss me teste subscripti.

Ego Cristianus Presbiter subscripti.

Ego Tendilascius Archidiaconus subscripti.

Ego Danibel Archipresbiter subscripti.

Ego Godiprandus Presbiter subscripti.

Ego

Ego Rapprandus Presbiter subscripti.
Ego Lanfridus Presbiter subscripti.
Ego A. ipertus Presbiter subscripti.

Praecipue vero Majoribus nostris
mos olim fuit, Hospitales hasce ae-
des in Peregrinorum commodum at-
que subsidium condere ubi fluvii sine
ponte, & juga montium a viatori-
bus superanda erant. Ac propterea
Ludovicus II. Augustus in Capitula-
ri spectante ad Annum Christi DCCC-
LV. atque a me primū edito Part.
II. Tomi I. Rerum Italicarum in Ad-
ditamentis ad Leges Langobardorum,
Legatos & ipse, seu Missos per I-
taliae Regnum direxit, Abbatibus in
eam rem praesertim delectis, man-
dans, ut Monastria Monachorum &
Puellarum visitarent, atque inter ce-
tera inquiens: *Senodochia autem sicuti
quae sunt neglecta, ad pristinum statum
revocent.* Hospitales vero Pauperum tam
in Montanis, quam & ubicumque fu-
sse noscuntur, plenicer & diligentि curā
restaurarentur. Cur in montibus constru-
cta fuerint pia isthaec domicilia, nul-
lo negotio intelliges. Nam quum fer-
reis illis temporibus rariores, quam
nunc, in altis montibus numeraren-

A tur domus; & contra ibi inhospiti
saltus ac sylvae abundarent: infelices
Peregrini nullum hospitium illic na-
sti in via, coacti fuissent sub dio,
ferisque expositi noctem ducere, ac
non leve discrimin vitae subire. Rur-
sus ad flumina pontibus destituta, si
quando ex pluvia, nivibusque solutis
intumesceret Fluvius, consistendum e-
rat viatoribus, atque idcirco Chri-
stiana Misericordia suadebat, ut in
loco diffīcili praesidium illis parare-
tur. Quamobrem ibi potissimum con-
sulebant Majores nostri Pauperum,
immo etiam reliquorum itinerantium
necessitati, sive constructis ibidem
Monasteriis cum Xenodochio, sive so-
lis Xenodochiis una cum Oratorio
dotatis ad hospites reficiendos. Istius
pii moris exemplum preebebit nobis
Ludovicus Pius Augustus, qui Ho-
spitale domicilium ad Peregrinorum re-
ceptionem excitavit, & uberrimis redi-
tibus dotavit in Monte Cinisio. Id
constabit ex Lotharii illius Filii Di-
plomate, quod non sine mendis nunc
profero, acceptum curā Excellentiss.
D Comitis Ludovici Caiffotti, primi
Praefidis Taurinensis Senatus.

Monasterii Appanis traditio facta a Lothario I. Augusto Novaliciensi
Coenobio, ejusque Abbatii Hildrado, pro Hospitali Montescinis,
quod idem Augustus e Monachorum Novaliciensium
jure distraxit. Anno Ch. 825.

IN nomine Domini Jesu Christi Dei
eterni. Lotharius Augustus invi-
tissimi Domini Imperatoris Ludovici
Filius. Constat enim nulli mortalium
propriis meritis aliquid boni in hac mi-
serae mortalitatis peregrinatione consequi
posse; sed cum liquido cunctis pateat,
omnia rerum temporalium a Deo bona
gratis nobis esse donata, dignum est,
ut ita pie prudenterque tractentur atque

E disponantur, ut per ea perennem ani-
mae nostrae salutem valeamus Deo pro-
prio nancisci. Igitur comperiat curato-
rum fidelium Sanctae Dei Ecclesiae,
seu nostrorum strenuitas, quia dum ad
Domini & genitoris nostri Ludovici Se-
renissimi atque religiosissimi Augusti sa-
cro locum votum in Montecinisio quad-
dam Hospitalie in honore Domini Dei
ac Salvatoris nostri Jesu Christi, seu

Et beatissimae semper Virginis Mariae ad Peregrinorum receptionem, eo jubeante, fuerit constructum, voluit tantâ illud rerum propriarum substantiâ locupletare, per quam sufficeret diurnus pauperum Christi concursus tolerari. Sed cum eundem locum talium rerum copiâ, quas essent ipsa propinquitate aptiora, vellet honorare, volente Domino & genitore nostro Ludovico gloriissimo Imperatore, sub Monasterio nostrae proprietatis, quod vocatur Novelicum, de nostro patrimonio Regalia facta in praefatum locum per nostrae auctoritatis Praeceptum confirmavimus. Sed ut hoc sanctum ac venerabile Monasterium, in bonore beatissimi Principis Apostolorum Petri fundatum, nullam missarum rerum pateretur jacturam, sed potiore gratularetur dignae recumponationis munere, Monasterium quoddam, quod Appanis nuncupatur, id ipsum in ejusdem Principis Apostolorum honore constructum & proprii jurisdictione ad hoc supendum ibi reddidimus, considerantes, ut sub unius Abbatis regimine utraque Monasteria regulariter Deo militarent. His ita gestis, placuit nostrae Imperiali excellentiae precibus venerabilis viri Ildradi horum Monasteriorum Patris faventes, ut memoratum Monasterium, cuius vocabulum est Appanis, Priori Monasterio suo Novelicio, cum omnibus rebus atque appendiciis suis, juste sibi pertinentibus, per nostrae auctoritatis Praeceptum confirmaremus; quod & nos ita fecisse omnium fidelium nostrorum cognoscat sagacitas. Praecipientes ergo statuimus, atque per hoc nostrum Cæsareum Praeceptum confirmamus ad Novelicum Monasterium, Rectoresque ejus, qui fuerint per tempora, in recompensatione supra memoratum Hospitale sub jure Monasterii Novelicii & nostra proprietate, concedimus ad praedictam necessitatem Monasterium, quod vocatur

A Appanis, cum omnibus, quas ad illud rite pertinere noscuntur; ut amodo & deinceps in jure ipsius Monasterii saepe nominati, Rectorumque ejus, perpetua stabilitate in Dei nomine maneat, ipsiisque Dei famulis utrobique dictim degentibus preficiat in augmentum, qualiter pro communi salute Dei misericordiam jucundo animo valeant exorare. Ut autem hoc nostrae confirmationis Praeceptum ab omnibus credatur, & melius per futura tempora conservetur, manu propria, & annuli nostri sigillo subter illud decrevimus esse muniendum.

Signum..... Lotharii gloriissimi Augusti.

Locus Sigilli & cerei deperditi.

Ghuitardus ad vicem Vitgarii scripsi.

Datum XVI. Kalendas Martias, Anno, Christo propitio, Imperii Domini Ludovici serenissimi Imperatoris Undecimo, Regni Lotharii gloriissimi Augusti..... Inditio Tertia.

D Altum Murinco ex Palatio Regio in Dei nomine feliciter. Amen.

E Uti Sanctus Bernardus Menthonen-sis in Monte Jovis (nunc il gran San Bernardo) ad transeuntium commoditatem, Augustae Praetoriae circiter Annum DCCCCLXXX. Xenodochium tam egenis quam opulentis fabricavit, ita & in aliis hujusmodi locis idem a Christiana Misericordia præstitum. Quem pium ritum aemulantur nunc Turcae ipsi, hujusmodi aedificia excitantes in peregrinantium, sive iter facientium sublidium, quibus nulla alia diversoria forent. Possem exempla hujus ritus ex universa Italia colligere. Sed juvat in una hac regione, quam incolo, eadem ostendere. In agro Mutinensi ad fluvium Scul-tennam

tennam (quo nomine is adhuc a montium habitatoribus donatur, quum planitiei incolae Panarium appellant) Sanctus Anselmus Nonantulani Monasterii fundator, ut supra vidimus, Hospitalem domum sub nomine Sancti Ambrosii excitavit, cuius nulla nunc vestigia supersunt. Ad fluvium Gabellum, nunc Secchia, in agro Regensi constitutum antiquitus fuit Xenodochium Herberiae perquam opulentum, quod adhuc viget. Rursus apud nos via est, quae Saxolo ad Garfagnanam ac Tusciam per interpositum Apenninum dicit. Illic in jugo a vetustis temporibus excitata fuit una cum Templo domus hospitalitati sacra, quam *Hospitale Sancti Peregrini* adhuc nuncupant, redditibus tamen cunctis, atque eleemosynis ex iniquitate temporum in Rectoris Laici utilitatem nunc cedentibus, non autem in Pauperum alimentum, quibus a pietate Fidelium fuerunt destinati & adhuc destinantur. *Fraxinorensis* quoque Monasterium in iisdem montibus additum fuit a Mathilde magna Comitissa ejusque matre Beatrice, ibi-

A que par est credere, hospitalitatem in usu fuisse. Praeterea ab agro Regensi alia via est, quae per Cerretum & Ligonchium, trajecto Apennino, in Garfagnanam descendit ad Silanum. Utrinque pone jugum montis exstructa olim fuere Xenodochia, quibus adhuc est nomen *Hospitaletti*, ibique Caritas exercetur. Sunt & alia in Mutinensium montibus loca, quae non munus, sed nomen hoc retinent, appellata nempe *Hospitaletti*. Ita Bononiensibus est via, quae per Apenninum dicit in Pistoriensem agrum, ibique etiam durat *Hospitaletti* vocabulum, illud fortasse, cui celeberrima Comitissa Mathildis multos fundos in beneficium Peregrinorum contulit. Videant eruditii Bononienses, num ad ipsum pertineat Charta, informis tamen, ab Henrico IV. Augusto, non tanquam Imperatore, sed tanquam ejusdem Mathildis herede, ut is contendebat, subscripta, & signo Crucis manu ipsius Imperatoris exarato firmata, quam olim Pistorii in Archivo Monachorum Vallis Umbrosae legere mihi contigit.

Decretum immunitatis concessum Hospitali posito juxta Renum
in Curte Marchionis, ab Henrico Rege V.
Imperatore IV. Anno 1118.

IN nomine Domini Dei eterni. Henricus Dei gratia Romanorum Imperator Augustus, Imperiali clementia precibus Terzi venerabilis Presbyteri commotus, Preceptum, quod appellant Bannum, emisit super domo venerabili, hoc est, Ospitali, que constructa est juxta Renum in Curte Marchionis, ut in omnibus rebus, quas Comitissa Matildis eidem venerabili domui largita erat, vel in futurum ei possint adquiri, ab omni injuria permaneant intesa atque inviolata. Nec vero quisquam ho-

minum publicarum factionum exaltorum aliquod ab ea petere vel percipere audiat, nisi illi Imperator ipse nominatim jubeat. Quod si qua forte persona publica seu privata contra presentis tenorem aliquod injuriae jam dictae Domui intulerit, vel aliquid ab ea publice functionis nomine tentaverit exigere, centrum Librarum auri optimi pene sit obnoxius, cuius dimidium quidem nostris scriniis, dimidium vero jam dicte venerabili domui persolvat.

Actum

A_{ctum} in loco Bonbiano, Anno ab Incarnatione Domini nostri Iesu Christi Millesimo Centesimo Octavo Decimo, XI. Kalendas Julii, Indictione XI. feliciter. Intervenerunt testes Corvolus de Ferignano, & Serafinellus filius ejus, & Ugizone filio Raineri, & Ubertus de Bibiano, & Ubertinus nepos ejus, & Ubertinus de Siviliana, & Brunetus, & Jocus de eodem loco, & Melus de Castiliene, & Sasolo, & Gislinzone de Gato, & alii quamplures ibi interuerunt.



A Ego Gernerius Iudex affui & subscripti.

Ego Girardus Iudex & Notarius intersui, & per iussionem suprascripti Henrici Imperatoris, qui istum singulum Crucis fecit, scripti.

Commemorat Henricus antecedentem Chartam Mathildis Comitissae, qua pro eadem Hospitali aede Bannum Imperiale emissum fuerat. Hanc autem, uti & praecedentem, quia in praelaudato Archivo Pistoriensis Abbatiae Sancti Michaëlis in Furcula Monachorum Vallis Umbrosae inveni, apponere heic statui.

Mathildis Comitissae & Ducissae Tusciae donatio facta Hospitali Sancti Michaëlis Archangeli de Bumbiano, Anno 1098.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab Incarnatione ejusdem Mille-simo Nonagesimo Octavo. Regnante Imperator Henricus V. Idus Augusti, Indictione VI. Sancto autem Ospitale, quod est constructum ad onorem Dei & beati Mich. elis Ar. angeli, sicut in loco Bumbiano, ubi dicitur Plano de la Curte prope Reno, Ego Domna Matilda Ducatrice pro timore Domini, & remedium anime mee, vel abluentis peccati mei, que commisi, & pro anime Bonifacii Marchione genitori meo, & Beatrice matris mee, concedo seu offero vobis Donato Presbytero, & Girardo Monacho a parte predicto Ospitale, seu in vestris successoribus, ad jure eidem Ospitali idem locum & plano, ubi edificatum est, con juges quadraginta & octo de terra bona laboratoria, idest mansibus quatuor in circuitu predicti Ospitalis; & de alia Silva Bonbiano babeant ministratori Ospitali hius pa-

C scendi gregis, & lignis, & seno faciendi, quantum oportum fuerit ad prefato Ospitale, in jam dictis rebus qualiter superioris legitur. Concedo & offero ego predicta Domina Matilda eadem ratione, ut Ospitale fiant sub jugum Sancti Petri, cuius est proprietas, hoc videlicet observandum, ut nullus Boloniensis Episcopus tollat bonis de Ospitale: & si tollerit, revertat in meam potestate. Qui autem jam dictas res, qualiter superioris legitur, cum superioribus & inferioribus atque con ingressibus & accessionibus & affinibus suis in integrum, taliter a presenti die & hora per hanc paginam offensionis mee in vobis predictis Donato Presbyter, & Girardo Monacho, vestrisque successoribus a parte..... Ospitale maneatur, & persistat potestatem, ad habendum, tenendum absque omni contradictione meam, meorumque successorum. Et insuper spondeo atque promitto ego predicta

Matil-

Masilda rebis nominato Donato Pre-
sbyter & Girardo Monacho a parte O-
spitale supralcriptiss rebus omni tempore
ab omni homine defensare justa legem,
daspna litis omnia substituere: quod si
ad defensandum minime fecero, aut con-
tra hanc cferationem per quodcumque vis
ingenium agere aut causare presumpsero,
vel si agentibus consentientes fuero, tunc
promitto componere Libras quinquaginta
denariorum Lucensium, & post penam
solutam hanc paginam cffessionis mee
omni tempore in sua maneat firmitatem.

A tum in Piatu Fesco fliciser, in
presencia Bernardo Episcopo feliciter.

Signum  manus ego predi-

ta Matilda, que hoc fieri regavi, &
insuper jubeo atque precipio & iusionem
facio, ut nullus homo audeat fiodare,
neque furtum facere, aut ullam offensio-
nem facere ad jam dicto Ospitale. Et
quicumque hoc non observaverit, sciat se
compositurum Libras quinquaginta nomi-
ne pene.

Signum manibus      Alberto Comite, & Ragineius filius
quondam Bulgarelli, & Corbolo, &
Alberto filio Maginsfredi, & Sasolo da
Bibianello, & Uberto de Stangno, qui
rogati sunt testes.

 Namque Ardirico Judice teste.

 Ego Gosberio Notarius subscripsi
post tradita complevit.

Vide etiam Epistolam septuagesi-
mam quartam Codicis Carolini, in
qua Hadrianus I. Papa Carolo Ma-
gno Francorum & Langobardorum
Regi commendat Monasterium Sancti
Hilarii Confessoris Christi in Calligata,
una cum Hospitalibus, qui per colles Al-
pium sibi sunt pro susceptione Peregrino-
rum, ut in omnibus pro Monachorum Deo

A servientium laudibus atque susceptione Pe-
regrinorum, justitiam illis conservare di-
gnetur, & invasionem, quam Gundibrandus Dux Civitatis Florentinae in
codem Monasterio ingerit, emendare ju-
beat. Uti verò innui in Libro de Ca-
ritate erga Proximum, barbaricis Saecu-
lis minime in usu fuisse videntur pu-
blica Hospitia, qualia hodie apud nos
exstant, sive Diversoria, ubi coena-
rent & cubarent suâ pecuniâ Pere-
grini. Caruerunt iis antiquiores Grae-
ci & Romani primis ab Urbe con-
dita Seculis. Hospitia tunc apud amicos quaerebantur. Eâ de caussâ in-
stitutae tesserae Hospitalitatis. Veteres
enim, ut ait vetus Thebaidis Scho-
liaastes, quoniam non poterant omnes suos
hospites noscere, tessera illis dabant,
quam illi ad hospitia reversi ostendebant
praeposito hospiti. De hisce Tesseris
Thomasinium vide plura scribentem.
Deinde paullatim Romae, ac aliis
in locis institutae fuerunt publicae
Cauponae, sive Tabernae meritoriae,
fordidae plerumque, in quibus iter
agentes & hospites excipiebantur. Ea-
rum meminit Plautus, meminerunt
& alii, inter quos praecipue recen-
sendus Julius Maternus Firmicus Lib.
4. cap. 15. Astronomic. ubi de Ve-
nerisstellâ haec ait: Si in dejectis lo-
cis fuerit inventa, faciet Hospites, Po-
pinarios, Tabernarios &c. Haec ille
Seculo Christianae Aerae Quarto, sub
nomine Hospitalum designans Caupones,
unde postea Italica vox Oste eâ signi-
ficatione emersit. Verùm subsequen-
tibus Seculis pauca publicorum Ho-
spitiorum extra Urbes vestigia inven-
rias: quod indicio esse possit, tunc
rara ea saltem fuisse. Idque nobis e-
tiam persuadeant verba Caroli Ma-
gni in Capitulari Anni DCCCHI. Cap.
27. Tom. prim. Baluzii. Praecipimus,
ait, ut in omni Regno nostro neque Di-
ves

ves neque Pauper Peregrinis Hospitia de-
negare audeant: idest sive Peregrinis pro-
pter Deum ambulantibus per terram, si-
ve cuilibet iteranti. Propter amorem Dei,
¶ propter salutem animae suae, teatum
¶ focum & aquam nemo illi deneget.
Alibi in eisdem Capitularibus Ho-
spitalitas enixe commendatur. Non
ait Carolus, hospitium Pauperibus
tantummodo concedendum. Ait cui-
libet iteranti, idest itineranti tam di-
viti quam pauperi. Si Hospitia, quae
nunc Osterie appellamus, in usu fuis-
sent, illic divites saltem sibi quae-
sissent requiem & cibum. Idem Ca-
rolus Magnus in Lege Langobard.
undecima mandat, ut nemo praesumat
ad nos venienti Mansionem (idest Ho-
spitium) vetare. Et quae necessaria sunt,
sicut vicino suo, ei vendat. Quam Le-
gem ita explicat & confirmat Pippi-
nus Italiae Rex ejus filius Lege sex-
tadecima inter Langobardicas: *De E-
piscopis, Abbatibus, & Comitibus; seu
Vassis Dominicis, vel reliquis hominibus,*
qui ad Palatium veniunt, vel inde va-
dunt, vel ubicumque pergunt per Re-
gnum nostrum, ut quando hybernum tem-
pus fuerit, nullus audeat Mansionem ve-
nire ad ipsos iterantes, in tantum quod
ipsi iterantes injuste nullas causas (nunc
Eose) tollant. Sed & Ludovicus II.
Augustus Anno Christi DCCCLV. in
Capitulari Ticinensi a me edito Part.
II. Tomi I. Rer. Italicar. pag. 158.
constituit, ut a Fidelibus seu Vassis
Caesareis iter habentibus non mole-
stentur incoleae, aut eorum domos per vim
invadant, vel propria diripiant absque
collato pretio. Sed neque indigenae per
solita loca teatum, focum, aquam, &
paleam hospitibus denegare, aut sua ca-
rius quam vicinis audeant vendere. Ita
in Diplomate Caroli Calvi Regis Fran-
corum Anno DCCCXLVII. in Ap-
pendice Tomi secundi Annal. Bene-

A dictin. pro Monachis Sancti Amandi
praecipitur, ut ad Hospitale Pauperum
Decimae conferantur, atque ibi hospita-
litas regulariter ad laudem Dei exhibea-
tur tam Divitibus quam Pauperibus.

In Urbibus vero aliquibus non de-
siisse Cauponas atque Tabernas for-
taffis subodorare tibi videaris ex iis,
quae Agnellus circiter Annum Chri-
sti DCCCXL. in Vitis Ravennatum
Pontificum describens bellum civile,
ait: *Clausa sunt Balnea: oppilaverunt
Caupones Tabernas &c.* Sed prius sta-
tuendum foret, quid Tabernae nomi-
ne significarit Agnellus. Ibi certe vi-
num, immo & alia comedabilia ve-
nabant. Incertum vero, an & illic
hospitium praeberetur. In Concilio

C Turonensi Tertio, Anno DCCCXIII.
Canon. 21. statuitur, ne Presbyteri
Tabernas ingrediantur comedendi, biben-
dive causâ. Ammianus Marcellinus

Lib. 28. Cap. 4. Histor. de Ampe-
lio Praefecto Praetorio loquens, ad
Annum Christi CCCLXIX. ait: Sta-
tuerat, ne Taberna vinaria ante horam
quartam aperiretur, neve ad usque praes-
titutum dies spatium lixae coliam pro-
ponerent carnem, vel honestus quidam
mandens wideretur in publico. Erant &
Tabernae caseariae, atque aliae, in qui-
bus obsonia, aut aliae merces ven-
ales erant. Inde sibi victum peregrini
comparabant, hospitium vero in pri-
vatorum aedibus, eorum videlicet,
qui inde lucrum facere cupiebant, ac
non difficile, ut puto, genti nobili
aut bene nummatae occurabant, si
quando amicis, aut Tessellis destitu-
ti, hospitium quaerere cogebantur.
Anonymous Salernitanus in Paralipo-
menis a me editis Part. II. Tomi II.
Rer. Italicar. pag. 221. Amalphita-
nos mercatores Tarentum, quae tunc
Civitas opulentissima erat, profectos
Anno DGCCXL. exhibit, ut Sico-
nol-

nolfum Principem de carcere educerent. Dum finis, inquit, dici data suis-
set, illi hac illac gradiebantur, quasi
Mauri, & ejusmodi emittebant voces,
quatenus aliquis eis daret mansionem.
Carcerum custodes hisce vocibus per-
moti eos invitarunt: Scopis mundatam
domum habemus. Venite, & hac nocte
heic manete, & quod liber munus exin-
de date. Tunc Amalphitani pecuniâ
eis numeratâ dixere: Ad forum per-
gite, dapesque nobis emite, necnon prac-
cipna vira. Non ergo ibi publica Ho-
spitia, sed penes privatas personas
rectum quaerebatur, atque e foro vi-
num, panis, & obsonia petebantur.
In Gallia quoque servatum hunc mo-
rem, publicaque ibi Hospitia deside-
rata fuisse, ex Capitulari Theodulfi
Episcopi Aurelianensis, qui eisdem
fere temporibus floruit, haurire mihi
videor. Admonendi sunt (ita ille
Cap. 25.) fideles, ut Hospitalitatem di-
ligant, & nulli hospitium praebere de-
trectent. Et si cui fortè hospitium praes-
ticerint, nullam ab eo mercedem acci-
piant: nisi fortè ille, qui a te recipi-
tur, sponte sua aliquid det. Ergo eti-
pud quoslibet commodam habentes
domum, Hospitium quaerebatur. Pe-
regrinus autem aut gratis recipieba-
tur, aut pretium constitutum persol-
vebat. Quod postremum e subsequen-
tibus Theodulfi verbis ediscimus,
quum subdit: Nam ille modus Hospi-
talitatis non solum inhumanus, sed etiam
crudelis est, quo numquam hospes in do-
mum ante recipitur, nisi prius dandi ho-
spiti merces compensetur. Accipe etiam,
quae eodem Seculo scripsérunt Walte-
rius Episcopus Aurelianensis in Ca-
pitulis a Cellotio editis, Cap. 8. ubi
Hospitalitatem commendat: Quod si quis Presbyter, ait, pro paupertate
Hospitalitatem dicit viantibus exhibere
non posse: saltem in domo sua cum li-

A benter recipiat; salvamentum, focum,
aquam, stramen ad lectum ei praefet; &
ad emendum quae ei necessaria sunt,
ei querere adjurvet. Nunc ergo aliquis
percontetur, quei fieri potuit, ut tot
inter Peregrinos improbi saepe non
fuerint, qui hospitibus suis pro mer-
cede Hospitalitatis intulerint vim, &
aliquid e domesticis rebus surripe-
rint. Justa interrogatio: cui Ricsulfus
Episcopus Sueßionensis Anno DCCC-
LXXXIX. in Constitutione ad Pre-
sbyteros hisce verbis respondebat Cap.
12. Et quoniam contingere solet, ut su-
ceptae personae, illis, a quibus susci-
piuntur, damnum aliquod inferant: si
quos tales suscipitis, de quorum persona
dubitatis, in remota eos domo collocate,
ne locum inveniant aut ipsi peccandi,
aut vobis dispendium inferendi. Haec
autem satis sunt, ut intelligamus,
obnoxiam multis incommodis fuisse
Hospitalitatem, qua tamen privare
bonos, ne eâ mali abuterentur, nun-
quam Christiana Lex aequum censuit,
praesertim temporibus iis, quibus aut
nihil publici diversorii, aut Xenodo-
chiorum raritas passim occurrebat, &
periculum suberat, quemadmodum Ri-
culfus idem ibi monet, ne si aliquis
pauperum hospitium postulaverit, & im-
petrare non meruerit, extra domum ja-
cens, vel a bestiis comedatur, vel fri-
gore aut aliquâ hyemis asperitate mo-
riatur.

E Porro certum est, Seculo XIII. im-
mo longe antea, in nulla ferme ex I-
talicis Urbibus desiderata fuisse itine-
rantium diversoria. Prae aliis testi-
bus praesto mihi est Auctor Chroni-
ci Parmensis editi Tomo IX. Rer.
Italicar. qui immanem Christi Fide-
lium motum describens ad Romanum
Jubilaeum Anno MCCC. haec habet:
Et singulis diebus videbatur, quod iret
unus exercitus generalis omnibus horis

per Stratam Claudiām intus & extra. Et omnes domus Stratæ Claudiæ in Civitate & extra, tam solita Hospitia & Tabernæ, quād aliae pro majori parte hospitabantur, & dabant cibum & potum pro denariis. Attamen (quod mirere) nonnullis adhuc in locis non solum in usu non erat, sed & interdictum fuit, aliquid comedibile in publicis Tabernis divendere. Leges Municipales Veronae promulgatas Anno MCCXXVIII. vide, editas a doctissimo Campagnola. Ibi Rubricâ 202. legitur: Prohibemus, quod nullus Tabernarius vel Tabernaria vendat ullo modo, vel vendi faciat per se, vel per suum familiū, neque per aliam personam stantem in sua domo pro eis, aliquid comedibile vel esui paratum &c. Infra verò subdit: Exceptis Tabernariis & Albergatoribus super stratis & in Villis, qui possint dare comedere foresteriis, & alienis cunctibus per stratas & albergantibus in suis domibus, non tam illis de suis terris. Itaque suspicari quisquam possit, in desuetudinem abiisse olim publica diversoria, siquidem statuamus, minime iis cœruisse Romanos, ex quo Barbaræ gentes in Italiam delapsæ ordinem omnem politiae everterunt, nemine in posterum audentे hospites exleges, & mercedem a tabernario facile auferentes, in suis aedibus recipere. Qued si petas, quei tunc fuerit consultum necessitatibus itinerantium: respondeo, multos ex iis apud amicos quæsiisse hospitium, reliquos sese commendasse aut privatis personis, quibus Hospitalitas tantopere laudata a Deo, a Conciliis, a Patribus, ac demum a Carolo Magno cordi erat; aut Xenodochia adiisse, quae in hanc rem bene multa olim aedificari consueverunt secundum normam Christianæ Caritatis. Haec erigere ac dota-

B re unum ex præcipuis Pietatis operibus tum maxime reputatum est. Quid habeat Auctor Vitæ Beati Petri Urseoli Ducis Venetiarum, ac deinde Monachi Christi Decimo, accipe. Profectus Venetas Guarinus Abbas expletis depreciationum vocibus, hospitium petiit, requirens a quodam indigenā, qui sibi fertur tale dedisse responsum: Cur a me petis hospitium, cum minime sim ausus, o domine, tibi vel alicui, hic ad Reliquias Beati Marci venienti, ego nec aliis concedere? At ille. Quare? Respondit: Dux patriæ hujus, qui susceptor est omnium Peregrinorum hic advenientium, constituit decreta, ne ab aliquo nostrorum hospiteretur quilibet Peregrinus, nisi ab ipso solo, vel de ejus licentia. Aedificatas namque habet maximas domos hospitium, simulque Xenodochium, in quibus Divites Panperque hospitantur, quibus etiam & necessarium præbet viclus stipendum. Vide in Tomo XVI. Rer. Italicar. Historiam Placentinam, ac mirare, quot olim Hospitalis Aedes numerarentur in una Urbe Placentina, ejusque agro. Haec mihi vera cauſa fuisse creditur, cur tot olim pia Hospitia a Christi Fidelibus fuerint instituta, videlicet diversiorum defectus. Si Turcae suis itinerantibus consulunt, cur non idem & majora præstiterint Christi veri Dei adoratores? Ita verò hac de cauſâ invaluit, Seculo potissimum Aerae Christianæ Nono, hic Hospitalitatis piae usus, ut pauca, ne dicam nulla, Monachorum essent, aut Canonicorum Collegia, quibus munus recipiendi Peregrinos non injungeretur, redditusque in idem opus affluerent. Inter Capitularia Caroli Calvi unum habetur, Anno DCCC-LXVIII. editam, in quo Missis Regiis mandatur, ut per Civitates & singula Monasteria tam Canonicorum quād

C

D

E

Mo.

Monachorum (ecce Monasterii nomen inditum Collegiis quoque Canonico-rum sub communi testo viventium) sive Sanctorialium, una cum Episcopo Parochiae (idest Dioecesis) uniuscun-jusque &c. victimam ac potum, & vesti-um, atque cetera necessaria ordinent; & Hospitalitatem supervenientium Hos-pitium, & receptionem Pauperum ibidem disponant, & ordinent. Nomine Hos-pitium Divites etiam designantur, qui Hospitio indigebant, dum in itinere essent. Ac propterea, ut est in Vitis Antistitutum Cenomanensem apud Ma-billonum, Bertichramnus Episcopus circiter Annum Christi DLXXXVI. Monasterium Sancti Germani condi-dit, & Hospitalite Pauperum atque No-bilium inibi esse instituit. Infra Cap. 12. repetitur constitutum ab eodem Epi-scopo Xenodochium, ut omnes adven-tantes tam Divites quam & Pauperes ibi refactionem haberent; & alimenta & cetera necessaria abundanter ibi acci-periment. Praeterea Lib. 3. Miscellaneor. Baluzii in Vita Aldrici Episcopi Ce-nomanensis, qui sub Ludovico Pio Augusto floruit, Cap. 44. construeta ab eo traduntur duo Hospitalia, unum ad receptionem Episcoporum, & Comi-sum, atque Abbatum, sive cunctorum ad-ventantium: alterum, in quo Pauperes, & Debiles, Cacci, ac Claudi, sive a-liarum debilitatum subnixi, & Indigen-

A tes multi reciperentur. Ad haec in su-burbiis Civitatum Hospitalis Aedes condere Majores nostri in more ha-buerunt. Ita consultum Peregrinis, quibus, si quando nocte intercepti ita fuissent, clausis jam Urbium por-tis, ut extra eas quiescere cogeren-tur, male successisset, quum publica, uti diximus, tunc diversoria deessent. B Quamobrem eorum securitati & quieti Christiana pietas cavit. In Char-ta Monasterii Padolironensis, exarata Anno MCXIX. commemoratur Hos-pitale, quod bonae memoriae Comitissa Matilda construxit in suburbano Man-tuae, situm juxta Portam, quae dicitur de Hospitali. Ex hisce piis Hospitiis unum saltem fuisse pariter in subur-biis Mutinae infra ostendam. Nunc alterum Mediolani in suburbio Portae Ticinensis olim positum mihi occur-rit. Illius cura commendata fuit a Sancto Galdino Mediolanensi Archie-piscopo Canonicis Sancti Eustorgii, quorum postea Templum ac aedes tra-dita fuere Fratribus Praedicatoribus Anno MCCXVII. teste Gualvaneo de la Flamma in Manipulo Florum, To-mo XI. Rer. Italicarum; qua de re si plura cupis, Puricellum adi in Dissertat. de Basilic. Nazarian. Acci-pe nunc tabulas testes, quas olim Me-diolani describebam.

C

D

Milonis Archiepiscopi Mediolanensis Bulla, qua Canonicis Sancti Eustorgii Hospitalis domus Portae Ticinensis, aliaque jura confirmat, Anno 1194.

Milio Dei gratia sanctae Mediola-nensis Ecclesiae Archiepisco-pus, dilecto Fratri Guidoni Praeposito & Fratribus Ecclesiae beati Eustorgii Mediolanensis, tam praesentibus quam substituendis in perpetuum. Tunc vere

E assumptum videmur officium administrare, cum de Ecclesiis & earum servientibus, nostro commissis regimini, sinceriori & ampliori cura & meditatione sollicita utiliter cogitamus, & eas totaliter sat-ginus ordinare, defendere, & sovere,

ut nihil nostrae sit in posterum negligenter imputandum, sed potius ex utili provisone nostra spiritualiter & temporaliter auctore Deo suscipiant incrementum, & quod canonice adeptae sunt, omni tempore sine difficultate qualibet perpetuo valeant possidere quiete. Auditivimus siquidem, & ex tenore Privilegiorum bonae memoriae Domini Rubaldi, & Domini Oberti, atque beatissimi Confessoris Galdini, praedecessorum nostrorum nobis manifeste innovuit, quod praedictus Dominus Rubaldus Hospitalis ad honorem Dei, & Pauperum sustentationem in Suburbio Portae Ticinensis constructum, & ejus ordinationem omnimodam, & memoratus Dominus Obertus superstitionis Ecclesiae vestrae dispositionem, regimen, dominium, & investituram Ecclesiae vestrae, vobis, vestrisque successoribus demando concesserint, & concedendo donaverint: & praedictus Beatus Galdinus tunc Mediolani Archiepiscopus illa eadem, necnon Ecclesiam Beati Petri, & Ecclesiam Sancti Stephani cum omnibus ad eas pertinentibus, tam in Decimationibus quam in aliis redditibus, proventibus, & possessionibus, & omnia alia ad Ecclesiam Beati Eustorgii pertinentia, Apostolicae Sedis, cuius fungebatur delegatione, & sanctae Mediolanensis Ecclesiae auctoritate, vobis, vestrisque successoribus confirmavit, libere & quiete habenda perpetuo, sicut in eorum Privilegiis continetur. Nolentes igitur, quod a tantis Patribus, a nobis omnimodis imitandis, statutum est, alicujus malignitate infringi vel mutari, honestis precibus & petitionibus vestris annuentes, & grato concurrentes affectu, Hospitalis praedictum, & ejusdem omnimodam ordinationem atque dispositionem, regimen, dominium, & investituram superstitionis Ecclesiae vestrae, & Ecclesiam beati Petri, & Ec-

- A ecclesiam sancti Stephani, cum omnibus ad eas pertinentibus, & omnia alia ad Ecclesiam beati Eustorgii pertinentia, ad instar Beati Galdini praedecessoris nostri, auctoritate sanctae Mediolanensis, cui licet indigni praesidemus, Ecclesiae, & nostrâ, iure perpetuo vobis, vestrisque successoribus concedimus, confirmamus, & praesentis scripti paginae communimus; statuentes, ut nulli omnino hominum Clerico vel Laico in nostra commoranti ditione liceat contra banc nostram confirmationem venire, vel eam ausu infringere temerario. Si quis vero id attemptaverit, & commonitus diligenter suam debita satisfactione non correxerit temeritatem, iram Dei omnipotentis & nostram, ac sus ordinis & officii periculum se noverit incursum.
- Ego Milo Mediolanensis Archiepiscopus subscripsi.
- Ego Philippus Mediolanensis Archipresbyter.
- Ego Obertus Mediolanensis Archidiaconus.
- Ego Wizardus Vicecomes Presbyter subscripsi.
- Ego Petrus Presbyter subscripsi.
- Ego Albertus Presbyter subscripsi.
- Ego Guiscardus Mediolanensis Ecclesiae Presbyter subscripsi.
- Ego Rolandus Mediolanensis Ecclesiae Diaconus & Cancellarius subscripsi.
- Ego Otto Diaconus subscripsi.
- Ego Otto Diaconus Vicedominus subscripsi.
- Ego Oldo Mediolanensis Ecclesiae Diaconus subscripsi.
- Ego Obertus Mediolanensis Ecclesiae Diaconus subscripsi.
- Ego Faxatus Subdiaconus subscripsi.
- Ego Lanterius Subdiaconus subscripsi.
- Ego Jacobus Cassina Subdiaconus subscripsi.
- Datum per manum Demni Rolandi Mediolanensis Cancellarii, Millesimo Centesimo.

tesimo Nonagesimo Quarto, XIII. die Martii, Pontificatus Domini Milonis Dei gratia Mediolanensis Archiepiscopi Anno Septimo.

Conferenda Charta haec rursus est cum iis, quae nuper laudatus Puricellius disputat de Anno ordinatio-
nis Milonis hujus Archiepiscopi in
Monument. Basilic. Ambrosian. num.
605. Neque illibenter hujusmodi pio-
rum locorum curam Monachi & Ca-
nonici suscipiebant, tum quod Ho-
spitalitatis & Caritatis Christianae
officiis fungebantur, tum etiam quod
quae e peregrinorum alimentis supe-
rerant, in proprium usum converte-
bant. Lupum Abbatem Ferrariensem
in Gallia Seculo Christi Nono haec
scribentem audi: *Cellam* (ita ille E-
pistolâ undecimâ ad Lotharium Re-
gem inquit) *Sancti Jedoci*, quam Ma-
gnus Carolus quondam Alcuino ad ele-
mosynam exhibendam Peregrinis com-
misserat, beatæ memoriae pater vester no-
bis è ratione concessit, ut quod elemo-
synæ superesset, in nostrum usum cede-
ret. Atque haec tenus de piis aedibus
in subsidium Peregrinorum constru-
erit.

Non tam facile vero, neque tam
saepe in veterum Seculorum Historia
ac monumentis reperias excitata a
Christianæ Caritate habitacula ad ex-
cipiendo pueros ab incertis parenti-
bus natos, aut ab inhumanis paren-
tibus expositos. Ut in Libro de Ca-
estate animadvertis, ex Lege Constan-
tini Magni quicumque infantem pro-
jectum colligebat atque alebat, jus
in illum ita sibi parabat, ut ipsum
relinere, sive filium, sive servum, omni
repetitionis inquietudine sublatâ, sibi li-
ceret. Justinianus autem Augustus I.
Sancimus C. de Infantibus expositi. hu-
jusmodi pueros a conditione Servo-
rum absolvit. Attamen apud Fran-

A cos prior consuetudo diu obtinuit,
mihique incertum est, quem morem
sequuti fuerint Itali, regnantibus Lan-
gobardis & Francis. Jam supra vi-
dimus memorata in Codice Justinia-
naeo *Brepotrophia*, hoc est, pias ae-
des, ubi Infantes alebantur ex Fide-
lium munificentia. An illuc defer-
rentur tenelli foetus a matribus pro-
jecti, nondum agnovi. In Capitula-
ribus Regum Francorum Lib. 2. Cap.
29. ex Juliano Antecessore Novella
7. Cap. prim. commemoratur, & ab
Orphanotrophio distinguitur *Brepotro-
phium*, idest locus venerabilis, in quo
Infantes aluntur. Mos iste alendi pau-
peres Infantes an ex Oriente in Ita-
liam primis Ecclesiae pacatae Seculis
invectus fuerit, quasve radices heic
egerit, veterum monumenta, quas
norim, non produnt. Quod ergo a-
nimadvertis, saltem Octavo E-
pochae vulgaris Seculo sanctæ huju-
scæ institutionis exemplum occurrit,
idque Mediolani, ubi Anno DCC-
LXXXVII. exstructum est piâ libera-
litate domicilium, in quo pueri ex-
positi exciperentur, a *Datbeo Archi-
presbytero sanctæ Mediolanensis Ecclesiae*. Vide Puricellum in Monumen-
tis Basilic. Ambrosian. qui num. 17.
tabulas refert Petri Archiepiscopi Me-
diolanensis, scriptas Anno Christi
DCCLXXXIX. non verò DCCXC.
quibus subscrabit *Datbeus Archipresby-
ter sanctæ Mediolanensis Ecclesiae*. Ille
idem est ac pii loci conditor, de quo
nunc mihi sermo. Fundationis Char-
tam descripsi e Codice Francisci Ca-
stellii, qui manu exaratus Anno MDL.
nunc adseratur in Bibliotheca Am-
brosiana Mediolani. Adnotat autem
ibi Castellus, hōcē duos versus in
musivo pavimenti *Sancti Salvatoris in
Xenodochio* adhuc legi, videlicet:

SANCTE MEMENTO DEVS, QVIA CONDIDIT ISTE DATHEVS
HANC AVLAM MISERIS AVXILIO PVERIS

Desiderantur in eadem Charta Anni A Pippini Regis, non ex incuria Li-
brarii, sed ut ab aliis Notariis fa-
ctum iisdem temporibus fuit, qui An-
nos tantum Caroli memorabant, ut

alibi ostendi. Accipe nunc, quomo-
do recipiendi, & quanto tempore nu-
triendi forent hujusmodi infantes, li-
beri tamen dimittendi.

Fundatio, seu dotatio Brephotrophii Sancti Salvatoris, facta a Datheo
Archipresbytero Mediolanensis Ecclesiae, Anno 787.

IN Christi nomine. Regnantibus Do-
minis nostris Karolo & Pipino ex-
cellentissimis Regibus, Anno Regni eo-
rum in Italia Tertio Decimo, VIII. Ca-
lendas Martias, Indictione X. Constat
sancto Exsenodochio, quod divina a-
djuvante clementia Datheus Archipres-
biter sanctae Mediolanensis Ecclesiae,
filius bona memoriae Domma-
toris Magercarii, intra hanc Medio-
lanii Civitatem juxta Ecclesiam Ma-
jorem intruere & consermare vide-
tur. Si desideriis subactis carnalibus ex
multis usque sordibus animae nostrae....
nitorem sedamus, expedibile valde est,
ut ex multis misericordiarum conatibus
animam a contagione pestisera abluamus,
est id genus peccati, quod suadente hoste
occidit innoxios, & contrario genus ju-
stitiae vincat, & vivat per clementiam,
quos consuetis negare crudelitas. Et quia
frequenter per luxuriam hominum genus
decipitur, & exinde malum homicidii
generatur, dum concipientes ex adulterio,
ne prodantur in publico, fetos te-
neros necant, & absque Baptismatis la-
vacio Parvulos ad Tartara miteunt,
quia nullum reperiunt locum, in quo
ferrare vivos valeant, & celare possint
adulterii stuprum; sed per cloacas &
sterquilinia, fluminaque projiciunt, at-
que per hoc roties exercentur homicidia

B in Orbe, quoties ex fornicatione concipi-
tur infans: id circa ego, qui supra Da-
theus Archipresbiter, tam pro mercede
anima meae, quam pro universorum Ci-
vium salute, dispono atque ordino, &
per praesentem Judicatum meum confir-
mo, ut sit Exsenodochium praediotorum
Parvulorum in domo mea, quam
emi de Andrea & Bono germanis, fi-
liis quondam Gausoni, cum universis
rebus, quae ex his per emptionem vel
donationem advenerunt, simul & por-
tionem Thomae Presbiteri germani praedi-
torum, quam emi de Thoma Notario,
qui in uno membro se tenere videntur,
qualiter Cartula emptionis meae legitur,
vel in antea Deo juvante addidero. Et
volo, ut sit ipsum Exsenodochium in
potestate & jura Sancti Ambrosii, seu
Pontificis, qui pro tempore fuerit. Et
volo, ut regatur per Archipresbiterum
sanctae Mediolanensis Ecclesiae, pro eo
quod ipsa domus Ecclesiae coheret, ut
ipse absque fatigacione ad Officium Ec-
clesiae occurvere possit. Ordo dispositionis
meae ita est.

E
Volo atque statuo, ut cum tales fe-
mina, quae instigante adversario ex a-
dultero conceperint & parturient, si in
Ecclesia provenerint, continuo per Prae-
positum colligantur, & collocentur in
praecatio Exsenodochio, atque nutrices
eis

eis provideantur mercede conductae, quae Parvulos lacte nutriant, & ad Baptismatis purificationem perducant. Et cum ablactari fuerint, illuc demorentur usque ad annos continuos septem. & artificio quocumque imbuantur sufficienter, habentes ex ipso Exsenodochio vittum & vestitum seu calceamentum. Et cum ad septem annorum aetatem expletam pervernerint, stent omnes liberi & absolti ab omni vinculo servitutis, cesso eis iure patronatus cundi vel habitandi, ubi voluerint. Quod si forte Archipresbiter noluerit hujus mercedis fieri particeps, & renuerit esse Praepositus, volo ut praefatus Pontifex de ipso ordine Presbiterorum seniorem, quallem meliorem praeviderit, ordinare dignetur, ut ipse hoc Exsenodochium gubernet & perficiat universa, sicut supra statui, per providentiam sacri Pontificis. Et ut communiter omnium nostrorum merces accrescat, ita sane ut tres partes sine hujusmodi accessione vel redditibus ipsius Exsenodochii Praepositus, qui pro tempore fuerit, in suo stipendio, in familiae gubernatione, vel infra paramentis tectis habeat, & in luminaribus Sanctae Dei Genitricis Mariae, quam ego Deo iuvante mihi aedificavero vel congregavero. Quarum vero portiones sine diminutione ex integro habeat, ut diximus, in vittu & vestimento supradictorum Parvolorum. Et si forsitan de tali procreatione Parvuli nati, aut jallati non fuerint, quibus ipsa quarta portio tribuatur; tunc ex omnibus dentur Egenis, Pauperibus, & Peregrinis. Et hoc vero statuo atque confirmo, ut in ipso Exsenodochio Presbyteri ex ordine Cardinali in sala, quam ego aedificavero, habeant hospitium per partem, si quis voluerit, cuius quanti ex his voluerint, ad manendum, quatenus ad Officium Ecclesiae noctu sine impedimento aliquo possint esse parati, nullam comi-

A nationem vel impertonem aliam ibi habentes, nisi pro Dei amore & ipsius Exsenodochii existentes adjutores vel defensores, in quantum valuerint, ut participes efficiantur nostrae mercedis. Custodes etiam predicti Exsenodochii maiores sint diebus vitae suae, quos ego, aut quem me vivente ordinavero sub cura cauta sollicitudinis Pontificis Sanctae Mediolanensis Ecclesiae. Post vero eorum decepsum in curam & potestatem jam fati Pontificis deveniat, ut superius institui, ordinandum; reservata autem mihi diebus vitae meae potestate inibi in omnibus imperandi & gubernandi, necnon in alio modo judicandum habbiturus. Adjuramus omnes Pontifices sanctae Ecclesiae Mediolanensis per inseparabilem Trinitatem, adventumque aeterni Regis, ut hanc dispositionem means inconvulsam, & sine aliqua trasmutatione conservent, & nullam suppositionem Exsenodochio faciant, nisi in quantum mea decrevit voluntas. Et si fecerint, retribuantur illis in judicio Judicis sempiterni. Quam enim Cartulam dispositionis vel Judicati mei, Anspergunt Subdiaconum sanctae Mediolanensis Ecclesiae rescribere rogavi, & subter propriis manibus confirmavi, testibusque obtuli roborandum.

Actum Mediolano, Die, Regno, & Indictione superscripta.

Ego Datheus Archipresbiter sanctae Mediolanensis Ecclesiae in hac Cartula dispositionis seu Judicati a me facta relegi & subscripsi.

Ego Petrus Diaconus sanctae Mediolanensis Ecclesiae in hac Cartula dispositionis seu Judicati rogatus a Datheo Archipresbitero testis subscripsi.

Fortis Diaconus sanctae Mediolanensis Ecclesiae in hac Cartula Judicatis rogatus a Datheo Archipresbitero testis subscripsi.

Natalis Presbiter sanctae Mediolanensis Ecclesiae in hac Cartula Judicati rogatus a Darbeo Archipresbitero testis subscripti.

Odelpertus Diaconus sanctae Mediolanensis Ecclesiae in hac Cartula Judicati rogatus a Darbeo Archipresbitero testis subscripti.

Ego Beatus Diaconus sanctae Mediolanensis Ecclesiae rogatus a Darbeo Archipresbitero testis in hac Cartula Judicati subscripti.

Ego qui supra Ansperius Subdiaconus Scriptor hujus Cartulae Judicati, quam post traditam complevi & dedi.

Haec Mediolani acta Seculo Christi Octavo, quo tempore apud Francos perseverabat mos antiquorum in liberis exponendis. Ii verò Collecti appellabantur, quod nimirum colligerentur a praetereuntibus. Servi fie-

A bant colligentis, nisi intra decem dies a parentibus aut cognatis agniti repeterentur. Vide Lib. 6. Tit. 144. Capitular. cum reliquis ibi a Baluzio adnotatis. Mos etiam tunc fuit, si expositus infans nondum sacro Baptismate lotus erat, sal in fasciis puerilibus includere: quo signo ministrandum Baptisma puerulo innuebatur. Sed & alter locus Mediolani olim existebat ad ipsos Infantes expositos excipiendos, nempe Hospitalis domus in Brolio posita non longe a Platea Urbis. Ibi, teste supra laudato Castello, affixa in muro tabula marmorea visebatur, continens decretum Sancti Galdini Mediolanensis Archiepiscopi, cui subscripti Algisius & Milo, ipsam Cathedram subinde consequuti. Potiorem partem inde excerptam accipe.

Pacta & Conventiones inter Magistrum, Decanos, & Fratres Hospitalis Brolii ad præsentiam Domini Galdini Archiepiscopi, & Apostolicae Sedis Legati, Anno 1168.

Nos Otto Praepositus de Crescenziago, Johannes Presbiter Ecclesiae Sancti Silvestri, Petrus Presbiter Ecclesiae Sancti Xisti, atque Anselmus de Orto, ex pracepto Domini Galdini sacrosanctae Mediolanensis Ecclesiae Archiepiscopi, & Apostolicae Sedis Legati; inter Fratres Hospitalis Pauperum, Decanos Consortii Pauperum, vi-
sà prius conventione inter eos factâ, & Privilegio Domini Oberti bonae memoriae Archiepiscopi, ita sancimus, ut deinceps usque in perpetuum omnia bona jam dicti Consorii, quae nunc habet, & in futurum habeat, simul atque Infantium, sint communia cum bonis omnibus dicti Hospitalis ad languentium Pauperum refectionem, & Pupillorum nutritionem: tali videlicet

D modo, ut Conversi dicti Hospitalis, qui nunc sunt, vel pro tempore fuerint, colligere debeant omnes aegrotantes Pauperes, quibus ad serviendum personarum & rerum subsidium deest, & expositos Infantes, quos per Urbem invenient, & ad Ospitale ducere, & sufficientem viatum & vestitum pro posse tribuere &c.

E Ego Galdinus sanctae Mediolanensis Ecclesiae Archiepiscopus, & Apostolicae Sedis Legatus hoc pactum seu conventionem confirmavi & subscripti.

Ego Milo Mediolanensis Archipresbiter subscripti.

Ego Algisius Mediolanensis Ecclesiae Cimiliarcha & Cancellarius subscripti.

Et ego Otto Crescenziacensis Praepositus banc conventionem cum praeditis sociis

sociis ex iussione Domini Galdini Mediolanensis Archiepiscopi & Apostolicae Sedis Legati composui & subscripti.

Ego Johannes Ecclesiae beati Silvestri immeritus Officialis praeconomatae conventioni interfui & subscripti.

A tum est hoc Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Centesimo Sexagesimo Octavo, XI. Kalendas Septembris, Indictione Prima.

Animadverte, Hospitalium domorum, ac Nosocomiorum Ministros, etiam si Monasticum institutum minime profiterentur, appellatos fuisse Fratres. Conversi quoque dicebantur; neque enim Sacerdotes ad ejusmodi munus eligi satis decere creditum fuit. Nosocomio quoque Mutinensi praefuisse mihi creditur Frater Guielmus, cuius mentio est in Inscriptione, quam allaturus sum in Dissertatione LXXV. De piis Laicor. Confraternit. In sententiâ itidem Anno MCLIII. pronuntiata ab Archiepiscopo Mediolanensi Oberto, atque jam a me evulgatâ in Dissertatione XXXIII. de Origine Italicar. voc. Fratres Hospitalis Sancti Michaëlis contendebant, Hospitale non esse de Parochia Ecclesiae Sancti Michaëlis; & se liberam habere potestatem requirendi Sacerdotem undecumque vellent, qui in celebrandis divinis Officiis eis serviret. Ex quo intelligimus, Hospitalium Curatores fuisse Laicos viros, eisque liberum extitisse eligere Sacerdotem, qui Sacraenta ibi cum Archiepiscopi venâ ministraret. Quod autem in Charta Mediolanensi nuper vidimus, collectos fuisse omnes aegrotantes Pauperes, nos tandem monet, ut sermonem ad eos quoque convertamus. Nam quae hactenus deduximus, nihil habent de pio erga Aegrotos Christianorum studio & Caritate. Praecipua nempe eorum temporum cura eò collineasse videtur,

Tom. VIII.

A ut Peregrinantur necessitatibus quotidianis occurrerent: quae autem subsidia Aegris pararint, nondum satis patuit. Immo in ipsa Mediolanensi Urbe Seculo Christi XI. quo scribebat Landulphus Senior (cujus Historia a me edita fuit in Tomo IV. Rer. Italicarum) nullam Nosocomiorum mentionem invenio. Quippe is describens Ecclesiae Ambrosianae ordinem Lib. 2. Cap. 25. haec habet: Praeterea Xenodochia, e quibus alia suscipiebant Clericos peregrinos, alia mulieres tantum pauperes, & peregrinas; alia infantulos, qui ante Ecclesiae januas a parentibus, qui eos nutritre ac fovere minime valebant, nimia paupertate attenuati, mittebantur, & mercede ac stipendis obstetricibus ordinatis pueriliter alebantur. Verum enim vero quum vel ipso Christianae Aere Seculo Quarto in Oriente Sanctus Basilius, ac deinde Sanctus Johannes Chrysostomus, tum Justinianus Augustus, aliquique pietate insignes viri, publicas exstruxerint aedes ad recipiendos pauperes Aegrotos; in Occidente verò Fabiola Romae, teste Sancto Hieronymo, eidem Valetudinarium constituerit: difficile ad credendum inducor, exaruisse tam subito sanctissimae hujus liberalitatis consuetudinem in Italia & Gallia. Immo veri videtur simile, continuatam fuisse, quando in supra laudato Capitulari Reg. Francor. Lib. 2. Cap. 29. Nosocomium quoque memoratur, idest locus venerabilis, in quo Aegroti homines curantur; & Chidelbertus Rex pliū hujusmodi domicilium Lugduni, ut infra dicam, exstruxerit. Praeterea quoties Xenodochii nomen occurrit in veterum Libris & Chartis (occurrit autem saepe) non continuo ex cogitandum, ea tantum loca significari, quibus adventantes peregrini ex-

F

cipe-

ciperentur; ea enim appellatio complectebatur omnia Caritatis domicilia, sive Pauperibus, sive Peregrinis, sive Aegrotantibus constituta, quemadmodum & nostris temporibus Hospitalium nomine singula Misericordiae loca designamus, in quibus vel peregrinis, vel egentibus, vel senibus, vel aegris alimenta & reliqua pietatis officia praestantur. Justinianum Augustum audi in l. quin dedititii §. sed scimus C. de Latina Liberte tollendo ita loquentem: *Si quis servum suum aegritudine periclitans a suo domo publice ejecerit, quem erat ei libera facultas, si non ipse ad ejus curam sufficeret, in Xenonem eum mittere &c.* Idem est Xenon atque Xenodochium, sive Hospitalis domus; & Xenones constitutos ad aegrotantium curam nunc videmus. Ita in Concilio Aurelianensi V. quod celebratum fuit Anno Christi DXLIX. apud Labbeum Tomo quinto pag. 394 memoratur Canone XV. Xenodochium, quod piissimus Rex Childebertus in Lugdunensi Urbe condidit. Infra vero statuitur, ut ibi cura Aegrotantium ac numerus, vel exceptio Peregrinorum inviolabili semper stabilitate permaneat. Proinde Sanctus Adalardus Abbas Corbejensis sub Ludovico Pio Caesare, ut ex ejus Vita habemus, ad diem II. Januarii, Orphanorum quoque, & Debilium, necnon & hospitum Xenodochium constituerat. Angilberga etiam Augusta Ludovici II. uxor, ut est in postremis ejus tabulis apud Campium Tomo primo Histor. Eccles. Placentinae, quum instituisset Placentiae Parthenonem Sancti Sixti, ei Anno DCCCLXXVII. junxit unum Xenodochium Debilium, & adventantium Peregrinorum. Ita eodem Seculo Lupus Abbas Ferrarensis, quamquam Cellam Sancti Jodoci, ut supra vidimus, suo Monasterio cor-

A cessam scribat ad eleemosynam exhibendam Peregrinis: eâ tamen sibi sublatâ, scribit ad Hincmarum Remensem Archiepiscopum Epistol. 44. in haec verba: *Hinc queruntur Infirmi: apud nos consueta requirunt, nec inveniunt Hospitalites.* Et in Epistola 45. *Pueros, Senes, atque Infirmos propter inopiam non servemus.*

B Quare a vero non abludit, ne suis se quidem neglectos a Christiana pietate Saeculis iis barbaris Pauperes a morbis afflictos. Attamen si in re obscura conjecturis agere licet, ego quidem puto, frequentius eâ tempestate consultum fuisse Aegrorum inopum necessitatibus, effusis duntaxat in illos eleemosynis, quas ad Pauperum solamen Fidelium Caritas conferebat. Sed simul opinor, per quam rara fuisse publica Valetudinaria, qualia nunc complura tantâ cum laude & gloriâ Christiani nominis in singularis Italiae Civitatibus, atque extra Italiam, conspicimus. Horum usus potissimum invaluisse videtur post Annum Christi Millefimum. Sanctus

C Lanfrancus Anno MLXX. Arch. episcopus Cantuariensis in Anglia creatus, uti ex ejus Vita ab Eadmero scripta ad diem 28. Maji habemus, Nosocomium Cantuariae excitavit, in duas partes divitum, viros videlicet variis infirmitatum qualitatibus presos uni; parti vero alteri feminas se male habentes instituens. Ticinensis patriâ, atque adeo Italicus genere fuit sanctus ille Antistes, & fortassis ex Italia in Angliam Nosocomiorum institutionem & exemplum detulit. In Charta Attonis Episcopi Florentini, Anno MXXXVII. scripta apud Ughellum Tom. 3. Ital. Sacr. in Episcop. Florentin. describuntur Pietatis & Caritatis Opera, quae in Sancti Miniatis Monasterio exercebantur.

Ibi

Ibi inter cetera Peregrinorum, & Hospitum turba, quasi in propriis domibus, receptionis & refocillationis adipiscuntur necessaria somenta. Ibi Infirmi aluntur. Ibi Pauperes beneficio almoniae satiantur. Porro sub Innocentio III. Papa novimus excitatum Romae fuisse, magnificentissimum nunc, Sancti Spiritus in Saxia ad Aegrorum levamen Domicilium. Neque juvat excurrere per singula loca: vix ullum invenias, eius originem supra septingentos annos producere possis. Nam quod ait Gregorius Lombardellus, celebre Nosocomium Senense, sub nomine Sanctae Mariae de Scala fundatum fuisse Anno DCCCXCVIII. a Beato Servo Dei Sorore, immo illud esse primum in Italia conditum post barbaros exactos: vereor, ut certis fabulis, legitimisque testibus nitatur. Nam et si vel antiquis Seculis Nosocomia aliquot Italia quoque habere posuerit, plerique tamen barbaricis temporibus deleta fuisse videntur, atque in eorum locum alia sensim successisse tantummodo post Seculum a Christo natu Decimum. Certe perquam rara eadem fuisse olim puto, quum alium eursum liberalitas Christiana eam tempestate teneret. Fuerunt etiam anti-

A quitus nonnullis in locis Leprosorum Domus: ac praeterea accedere coeperrunt post Saeculum, ut opinor, Undecimum Hospitalis aedes iis destinatae, qui Ignis Sacri morbum contrahebant: quae morborum genera apud nos ex Dei Optimi Maximi munere evanuerunt, simulque cum eis institutae domus. Vide supra Dissertationem XVI. de Foeneratoribus. Nunc unam lubet proferre Chartam, olim mihi traditam a doctissimo & amico viro D. Petro Canneto Abate Camaldulensi. Ex ea constabit, in Monasterio Canonicorum Regularium Sanctae Mariae ad Carceres, quod veteres Etenses Marchiones in agro Estensi condidere, non hospitum dunt taxat, sed & Aegrotantium curam fuisse olim suscepit. Scripta quidem Charta Anno MCXCVII. Sed pia ista liberalitas jam antea in mores inducta fuerat. Azzo enim Estensis Marchio eâ ratione Canonicis dona parentum suorum confirmat, ut Prior, & ejus Fratres perpetuo debeat in Hospitalum receptione, & Infirmorum cura, uberioribus eleemosynis, scut prius bene & laudabiliter faciebat, attentius vigilare.

Investitura bonorum data ab Azzone Marchione Estensi Livaldo Priori & Cenonicis Monasterii Sanctae Mariae ad Carceres, Anno 1197.

Anno Domini Millefimo Centesimo Nonagesimo Septimo, Indictione XV. die V. exeunte mense Junii, in praesentia Domini Pistoris Vicentini Episcopi, & Domini Gerardi Praepositi, Magistri Dominici Judicis, & Presbyteri Ortonis, Presbyteri Azonis, Presbyteri Deedati, & Presbyteri Jacobini, Canonicorum Sanctae Mariae ad Carceres, & alierum: in solario Ho-

spitum Sanctae Mariae ad Carceres, Dominus Azo Estensis Marchio in remissione peccatorum suorum, suorumque praedecessorum, concessit Domino Livaldo Priori Sanctae Mariae ad Carceres, & ejus Fratribus Canonicis ejusdem loci, recipientibus pro ipsa Ecclesia; & per fustem, quem in manu habebat, eundem Priorum investivit, praesentibus Fratribus, ejusdem Ecclesiae

nomine recipientem, ut dictum est, de omnibus possessionibus sive in aquis sive in terris cultis, vigris, pascuis, nemoribus, paludibus, ubicumque jacentibus, ad Estantem Domum pertinentibus, quas praedicta Ecclesia tum temporis forte minus juste possidebat, ita scilicet, ut ab inde in perpetuum ipsa Ecclesia ea, quae minus juste forte possidebat, juste & legitime perpetuo, omni sua suorumque successorum omnium contradictione, habere & tenere & quiete possidere debeat. Et hoc eo intuitu fecit praefatus Marchio, ut ibi dictum est, ut praedictus Prior, & ejus Fratres, eorumque successores, Deo dante, perpetuo debeant in Hospitalum receptione, & Infirmorum curâ uberioribus eleemosynis, sicut prius bene & laudabiliter faciebant, attentius vigilare.

A Atum est hoc in suprascripto loco &c.

Ego Oldricus Imperialis Aulae Notarius interfui, & hanc Cartam iussu istius Marchionis scripsi.

Consueverunt autem Romani Pontifices, ut Caritas & beneficentia in Pauperes propagaretur, piis hisce locis patrocinium suum impendere, eisque Privilegia impertiri. Cujus rei unum exemplum proferam. Celeberrimum est, ut antea dixi, a multis Seculis Senensi in Urbe Nosocomium Sanctae Mariae de Scala. Porro quantopere eidem faverit Alexander IV. Romanus Pontifex, ex illius Literis disces, quas ex autographo descriptas ad me misit, dum vivebat, Clariss. vir Hubertus Benvoglientus.

Privilegium concessum Reatori & Fratribus Hospitalis Pauperum Beatae Mariae Senensis ab Alexandro IV. Summo Pontifice, Anno 1257.

Alexander Episcopus, servus servorum Dei, universis Christi Filialibus, ad quos Literae istae pervenerint, salutem & Apostolicam benedictionem. Si juxta sententiam Sapientis inter tempus seminandi discernimus & mendici, seminare debemus in terris, quod cum multiplicato fructu recolligere debeamus in coelis, facientes nobis de mammone iniquitatis amicos, qui, quum deficerimus, in aeterna tabernacula nos admittant. Sic enim thesaurizamus nobis thesauros in coelo, ubi fures non fodunt nec furantur. Sic terrena in coelestia, & transiteria in aeterna felici commercio commutamus. Licet autem indigentibus universis aperire teneamur viscera Caritatis, illis tamen specialius & abundantius quodammodo liberalitatis debemus gratiam exhibere, qui quum

C sint pauperes spiritu, sponte subeunt generali paupertatis, ut pauperibus possint copiosius subvenire, dum tamquam nihil habentes, & omnia possidentes, velut penuriam pati & abundare didicerint, abundant pauperibus, sibi egent, & infidei aliorum egestatem assumunt, ut ex indigentia liberali liberalius ministrarent hospitalibus & egenis. Hoc vero quamvis multi laudabiliter exsequantur, illi tamen student laudabilius adimplere, qui Hospitalitati vacantes, non solum recipiunt hospites, sed & trahunt, illud Propheticum exsequentes: Frange esurienti panem tuum, & Egenos, Vagosque induc in domum tuam. Quara videris Nudum, operi eum, & carnem tuam ne despixeris. Hi enim quum pascunt esurientes, sitientes portant, colligunt hospites, nudos vestiunt, & non

¶ non solum infirmos visitant, sed eorum in se infirmitates assumunt, ministrant in carcere positis, ¶ quibus in infirmitate participant, communicant in sepultura defunctis, illa omnia exequuntur, propter quae Dominus in ultimo distributionis examine remuneraturum se bonos, & malos asserit puniturum. Quum igitur dilecti filii..... Rector, & Fratres Hospitalis Pauperum Beatae Mariae Senensis ad hoc totis viribus elaborent, ut undique confluentium egenorum, pariter & Aegrorum necessitatibus se exponant, monemus universitatem vestram, & homines in Domino, ac in remissionem vobis injungimus peccatorum, quod, ut cooperatores sitis operum pietatis, accedentes ad vos eorum Nuntios benigne recipere ac honeste tractare curetis, eis grata subsidia, ¶ pias eleemosynas conferentes, ut quod pauperibus consuleritis per manus eorum in ierris, vobis per manus pauperum thesaurizetis in coelis, cum Apostolo sentientes, quoniam qui parce seminat, parce & metet: & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet vitam aeternam. Nos autem de omnipotentis Dei misericordia, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus auctoritate, ac ea quam nobis indulxit, potestate confisi, omnibus, qui de facultatibus suis ipsis suhvenient, & in tam sancta Fraternitate statuerint se collega, eisque beneficia praestiterint annuatim septuaginta partem injunctae poenitentiae relaxamus. Auctoritate apostolica statuentes, ut iis, qui eorum Fraternitatem assumferint, si Ecclesiae, ad quas pertinent, fuerint interdictae, ipsosque mori contigerit, nisi excommunicati vel nominatim interdicti fuerint, aut etiam publice usurarii, sepultura Ecclesiastica non negetur. Receptores quoque Fraternitatis & Collectarum ipsorum, salvo jure Dominorum suorum,

A sub beati Petri & nostra protectione suscipimus. Statuentes, ut si qui Fratrum ipsorum, qui ad eisdem Fraternitates vel Collectas missi fuerint, in quamlibet Civitatem, Castellum, vel Vicum interdictum advenerint, in eorum jucundo adventu semel aperiantur Ecclesiae annuatim: & excommunicatis, & nominatim interdictis ejectis, divina ibi Officia celebrentur, ut super eleemosynis acquirendis verbum exhortationis ad Populum proponatur. Salva in omnibus supradictis declaratione Concilii Generalis. Date igitur eleemosynam, ut omnia munda sint vobis, quoniam eleemosyna a morte liberat, & ipsa est, quae purgat peccata, & facit invenire vitam aeternam; quia sicut aqua ignem ardensem extinguit, sic eleemosyna peccato resistit.

Datum Viterbii V. Kalendas Julii,
Pontificatus nostri Anno Tertio.

Mihi vero per suas Literas significavit olim eruditio antiquae cultor indefessus Benvoglientus supra laudatus, servari apud se Literas Caelestini III. Papae, datas Anno

D Tertio sui Pontificatus, hoc est, Anno Christi MCXCIII. per quas ille Nosocomium Senense in aliquibus eximit e jure Canonicorum, quod isti intemperanter multos pii loci fundos dissipassent. Adservabat etiam idem Benvoglientus Diploma Henrici Regis, quem genuit Fidericus II. Imperator, datum Senae Anno MCCXL. per quod eidem Nosocomio privilegia confirmat. Atque haec erant apud Majores nostros Caritatis Christianae munia. Antiquis vero Monachis, animadvertis velim non unum tantummodo hospitalitatis domicilium suisse, eorum Coenobio plerumque contiguum, sed & plura interdum. Ad Padolironense celebre Monasterium, quod in a-

gro

gro Mantuano situm est, spectabat olim Hospitalē, quod bonae memoriae Comitissa Matilda construxit in suburbano Mantuae, situm juxta Portam, quae dicitur de Hospitali. Locum hunc Monachi Monasterii Mantuani Sancti Andreæ suum esse contendebant, eisque Monachi Padolironenses ob sistebant. Anno MCIX. controversiam hanc postremo decreto diremit Mafredus Episcopus Mantuanus, pro Monachis Padolironensibus pronuntians. Ita a Monachis Benedictinis, Leonense Monasterium in Brixiano agro situm incolentibus, praeter alia regebatur olim Xenodochium Sancti Aegidii, cuius nunc nulla vestigia supersunt, non longe a moenibus Mutinensis Urbis situm. Quum verò ejusdem pii loci regimen in leve commodum Brixianī Monasterii cederet ob nimiam distantiam, ipsum tradidere Leonenses Monachi nomine emphyteusis Monachis Sancti Petri Mutinensis. Legitur adhuc in illorum Tabulario Charta exarata Anno MCLXXV. in loco Leni (ita enim Monasterium Leonense, sive ad Leonem, appellatum posterioribus Saeculis fuit) in qua Dominus Albertus Abbas Leonensis Monasterii investitus Presbyterum Sichenzonem & Cantebolum ejus Conversum, de Hospitali Sancti Aegidii, & de omnibus ad ipsius juspertinentibus, quod est scitum juxta Mutinem, in perpetuum nomine Hospitalis Sancti Nicolai &c. (erat & istud Xenodochium olim juxta unam e Portis Mutinae, qua fluit Canalis della Predella, a Benedictinis Mutinensis bus rectum) ut jam dictus Presbyter, & ejus successores debeant solvere per singulos annos in Festo Sancti Martini quatuor Libras cere, nomine census, praeceps Monasterio Sancti Benedicti (Leonensis) in loco Panziani, ubi

A multa prædia Brixianis Monachis erant. Sed & ipsis Monachis Mutinensis Sancti Petri sua erat antea Hospitalis dora: idque eis potissimum a Johanne Episcopo Murinensi commendatum in Charta donationis, Anno DCCCCXCVI. scripta, ubi haec leguntur: *Et Domum Hospitalensem habeant, ubi SECUNDUM MOREM Hospites de Decimis laborum suorum recipiant: Quae postrema verba indicant, quota pars Monasticorum reddituum impendi soleret in Hospitalitatis usu. Atque ex his paucis dicee, quot olim Xenodochia Monachorum curae commendata fuerint, quando Mutinae quoque Brixiani Monachi Hospitali domum regebant.* Et Leonensis quidem Coenobii facta mihi est alibi mentio, hoc est in Dissertatione XV. de Manumissionibus. Illud Mabillonius in Annalib. Benedictinis vix pro merito agnoscisse videtur, pauca tantum de eo habens ad Annum DCCLIX. ubi ejus fundationem refert ad Desiderium Langobardorum Regem, cui revera sacratus ille locus originem suam debet, ac amplissimæ dotationis donum. Addit Mabillonius, hoc Monasterium a Conrado Secundo Imperatore solo aequatum. Verum in nuper memorata Dissertatione ego monumenta indicavi ad idem Monasterium, eisque Abbates spectantia, etiam post tempora Conradi Secundi Regis Romanorum, nam duos Conrados Imperiali nomine insignitos non habuimus. Atque heic jam vidisti ad Annum Christi MCLXXV. idest post Conradi II. tempora Albertum Abbatem Leonensem. Restat adhuc & altera pergamenta in Chartophylacio eorumdem Benedictinorum Mutinensium Sancti Petri, controversiam exhibens inter ipsos Monachos, & Dominum Guil-

Guilielnum Dei gratia Abbatem Monasterii de Leno Diccessi. Brixienensis. Neque se peritiorum celebris illius Coenobii prodidit Angelus de Nuce Casinensis Abbas in Notis ad Chronicon Casinense Leonis Marsicanii. Auctor est idem Leo Lib. 2 Capit. 65. Monachos Casinenses, abjecto Basilio Abbatem spurio, Anno MXXXVIII. Richerium, qui tunc Leonensem Abbatiam regebat, in Abbatem sibi dari expositulasse. Nihil de Abbate ista Angelus de Nuce habet, hoc unum inane adnotans, pro Abbatiam legi in MS Codice Ecclesiam, quasi is Ecclesiam aliquam antea regeret Casinensi Coenobio subiectam. Longius etiam a veritate recessit Camillus Peregrinus in Serie Abbatum Casinensium, quum haec de Richerio scripsit: Richerius Abbas Leonensis Imperatorem Conradum in Italiam sequutus, ad Abbatiam Casinensem translatus est. Scribendum ei fuerat Leonensis. Vide in Tom. XIV. Rer. Italicar. Jacobum Malvechium Historicum Brixianum, qui pag 848. de constructione Monasterii de Leno agit, eique praeter alia obligatas fuisse ait Decimas & Primitias desuper totam Aviatiam in usu Pauperum & Peregrinorum. Tum ad Annum MCXXXV. tradit, Coenobium Leonense funditus igne dirutum. Is etiam narrat, sacrum locum gravibus aerumnis pestundatum jacuisse diu, & meis quoque diebus omni decore nudatum, nec amplius Religiosorum Coenobium, Pauperum refugium, Peregrinorum Hospitium dici potest. An neget Clarissimus Marchio Scipio Maffius in Verona Illustrata, Monasterium hoc Brixiani agri fuisse, aliis pendendum relinquere.

Sed quando in Leonense Monasterium incidimus, veniam mihi a Le-

A Etoribus polliceor, si illud non ante dimisero, quam Opusculum hactenus luce carentis hisce veterum Seculorum monumentis adjecero. Ejus Auctor est Bonizo primo Sutrinus, tum teste Bertholdo Constantiense Historico Placentinus Episcopus, qui Anno Christi MLXXXIX. quod virili animo Schismaticis, hostibusque B Ecclesiae Romanae obfisteret, ab ipsis obtruncatus gloriose certamine mortem subiit. Eum inter Scriptores Ecclesiasticos jamdiu retulit Anonymus Mellicensis a Clariis. P. Pezio editus. Tum de eo egerunt Ughellius Tomo primo Ital. Sacr. in Sutrinis Episcopis, & Tom. 2. in'Placentinis, & postea Petrus Lambecius in Commentar. de Biblioth. Caesar. & Guilielmus Cave in Histor. Literar. ac nuperime omnium fusissime Casimirus Oudinus in Commentar. de Scriptorib. Ecclesiasticis. Latent ejus Opera inter scrinia Caesareae Vindobonensis Bibliothecae: hoc est Syntagma Decretorum e Sacra Scriptura, Conciliis, & Patribus collectorum; atque Epitome Historiae Pontificum Romanorum: cuius postremi Libri quum ego summopere avidus forem, intellexi tandem, nihil aliud illic exhiberi, nisi merum brevera Catalogum Romanorum Pontificum, quales multos habemus, propterea que ab eo ultra mihi procurando abstinui. Alia quoque ab eo conscripta Opuscula periisse creduntur, de quibus consulendus nuper memoratus Oudinus. Ad praesens quod attinet, Mabillonius in Itinerar. Italic. pag. 13. haec jam scriperat, de Ambrosiana Mediolanensi Bibliotheca agens: In alio Codice exstat Bonizonis Sutrinii Episcopi Liber de Sacramentis ad Gualterium Leonensis Monasterii Abbatem: quo in Libro Auctor meminit alterius

Opus

Opusculi sui contra Ugonem Schismatium. Sed & ante Mabillonum Petrus Maria Campius in Historia Eccles. Placentinae ad Annum MXLIV. & MLXXXVII. plura attulit de Bonizone praelaudato, atque inter cetera monuit, se Romae vidisse illius

A Librum de Ecclesiasticis Sacramentis. Igitur Opusculum istud, quod e MSto Codice Ambrosianae Bibliothecae olim ego hausi, ad Gualterium Leonensis Monasteri non Abbatem, sed Priorem, scriptum Dissertationi huic additum volo.

Incipit Libellus de Sacramentis a Bonizone Sutriño Episcopo editus ad Gualterium Leonensis Coenobii Monachum & Priorem missus.

Santa & universalis mater Ecclesia, uni viro conjuncta Christo, quia non ambulat in umbra, sed Dei gratia certa jam fruitur re, multa non recipit Sacra menta. Habet tamen pauca, duo ab ipso Domino tradita, quaedam vero ab Apostolis instituta. Praeceptum enim Baptizandi, & qualiter baptizandis, quo in novum renascitur hominem, & sine quo, teste veritate, nemo intrabit in regnum Coelorum, dari debeat Baptismus, post resurrectionem Apostolis a Domino traditum in Evangelio secundum Matthaeum legimus in hunc modum: Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti: ut doctrina antecedat Baptisma, scilicet ut ante docetur credere qui baptizandus est, quam baptizetur; quia sicut Fides sine operibus mortua est, ita & opera, si non sunt ex Fide, nihil prosunt. Quod in parvulis quidem non observatur, quia per Fidem parentum, & eorum a quibus suscipiuntur in sacro Baptismate, salvari creduntur. Ita tamen ut quem ad intelligibilem aetatem pervenerint, non solum doceantur, quid in corde debant credere, sed etiam quid in opere observare. Et licet ante dominicam Passionem Christi legamus, baptizasse Discipulos, tamen quia nondum erat immolatus Agnus, qui venerat tollere peccata Mundis, hujusmodi suscipientibus

B Paradisi non reserabat introitum, & non poterant, in novum resurgere hominem, qui conseulti non erant Christo per Baptismum in mortem. Ceterum licet talibus regni coelestis per hujusmodi Baptisma non aperiebatur janua, non tamen omnino erat supervacaneus. Tantum enim proderat ille Baptismus, quantum Exorcismus & Catechizatio profundit baptizandis. Nec quemquam moveat, quod Baptismus talis dicitur Christi in Evangelio. Nam & Fides, qua imbuuntur Cathecumeni, & dicitur Christi, & est. Sine perceptione tamen Baptismi non salvat Cathecumenos. Enimvero licet post resurrectionem, & praecptum baptizandi, & modum Apostolorum legamus a Domino suscepisse, non tamen legimus eos baptizasse, nisi post adventum sancti Spiritus Paracleti. In die enim sancto Pentecostes quum Apostoli linguis loquerentur omnium gentium, Judaeis eos musto plenos esse concupantibus, Petrus Jobelis prophetia falsa profari perfidos demonstravit, & Davidico testimonio evangelizans illis Jesum mortis solutis doloribus surrexisse, compunctiones cordae ipso usque die ad tria millia in nomine Parris & Filii & Spiritus Sancti baptizavit. Quapropter a Romanis Pontificibus definitum est, ut sicut infirmis, & morte periclitantibus, & obsidione positis, & in naufragio & in ceteris periculis, ne sine gratia

C D E

E

D

compunctiones cordae ipso usque die ad tria millia in nomine Parris & Filii & Spiritus Sancti baptizavit. Quapropter a Romanis Pontificibus definitum est, ut sicut infirmis, & morte periclitantibus, & obsidione positis, & in naufragio & in ceteris periculis, ne sine gratia

gratia Baptismi pereant, omni tempore subveniendum; sic sanis & incolentibus in sancto tanti Sabbatho Paschae, & Sabbatho Pentecostes subveniendum est. Præterea si quando vel Haereticorum vesania, vel stultorum Sacerdotum ignorantia, una ex tribus in Baptismo fuerit innominata persona, non erit ratum Baptisma, nec dici poterit iteratum, quod constat non recte factum. Quod etiam in Aliis Apostolorum fecisse legimus Paulum de his, qui Baptismate baptizati erant Jobannis. Nam quia Spiritum Sanctum nondum, si esset, cognoverant, iterum baptizantur, immo vero verius suscipiunt Baptisma. Operatur enim, ut qui filii debent esse adoptionis, eo renascentur Spiritu, quo Dominicus Homo in Virginali utero conceptus est. Gratia enim Dei renascimur. Et quia una est Patris & Filii & Spiritus Sancti Deitas, una voluntas, una procul dubio est operatio. Haec de Sacramento Baptismi nunc breviter meditasse sufficiat. Nunc vero ad Eucaristiae transcamus Sacramentum.

De Sacramento Eucharistiae.

Ultimo phase cum Apostolis a Domino celebrato, de quo secundum Lucam habes, Dominum dixisse: desiderio desideravi, hoc Pascha manducare vobiscum, antequam patiar. Dico enim vobis, quia ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in Regno Dei. Et accepto Calice gratias egit & dixit: Accipite & dividite inter vos. Dico enim vobis, quod non bibam de generatione vitis, donec Regnum Dei veniat. A bolito igitur veteris Legis Sacramento, spretisque carnalibus Judaicæ plebis ceremoniis, quæ vetus nomine in hoc loco designatur, * protinus novi Testamenti Sacramentum, & ritum celebrandi, ac-

A cipiens panem, commendavit Apostolis dicens: Hoc est Corpus meum, quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meam commemorationem. Similiter & Calicem, postquam coenavit, dicens: Hic est Calix novum testamentum in Sanguine meo, qui pro vobis fundetur. Verum post Deminicanam resurrectionem Christo cum Apostolis saepius manducante & bibente & colloquente, non oportebat Apostolis, gaudio resurrectionis repletos Sacramentum in commemoratione Dominicæ Passionis celebrare. Quid enim pisces assus post resurrectionem a Christo manducans, & Discipulis traditus, nisi Christum passum designabat, cum eodem panem & pisces suprapositum prunis edebant, & ipsum eundem in Sacramento panis & pisces & favi mellis manducabant? Post adventum vero in Discipulos Sancti Spiritus Paracliti cum invidea * multitudinis credentium esse cor unum & anima una, in Aliis Apostolorum legimus, Apostolos fregisse panes in domibus & circa domos in commemorationem Dominicæ Passionis, & populos credentium communicasse. Nec multopere curabant utrum panis esset azimus vel * fermentatus. Postea vero Christiana pullulante Religione, Discipulis in Oribe terrarum dis partis, & maxime quem Vas Electionis praedicata Damasco & Arabia, incipiens ab Hierosolymis usque ad Illyricum, & usque in Spanias & in Insulas interjacentes seminasset Evangelium, coeperunt Ecclesiae in una Sabbathi ad audiendum verbum Dei in loco, quo poserant, convenire: & post praedicationes, immo vero collationes, pane & simpliciter tantum wine in mensa sive lignea sive ex lapidibus constructa super imposito, obsecrationibus & orationibus necon & postulationibus, quam usque hodie in sancto Paraclive Ecclesia decantat, a Sacerdote su-

per Eucaristia rite celebratis, Dominica oratione lenta voce, ut a circumstantibus vix possit audiri, decantata, Populus in commemoratione Dominicana Paschalis secundum Dominicam traditionem communicabat, & hoc in plerisque Ecclesiis a jejunis. In aliquibus vero in exemplum Dominicanae coenae fiebat a coenatis. Quod etiam usque ad beati Augustini tempora durasse, ipso docente in Epistola, quam scribit ad Januarium Episcopum de Coena Domini, ita esse cognovimus. Beatus vero Paulus Apostolus Magister gentium, dum Timotheum ad regimen instrueret Episcopale, inter cetera sic ait: Obscurè primùm fieri obsecrations, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro Regibus, & his, qui in sublimitate sunt positioni, ut quietam vitam agamus &c. Et hanc ritus Sacramentorum ab Apostolis celebratum, & Ecclesiis traditum, beatus Coelestinus Romanus Episcopus in Decretali sua Epistola Africanis Episcopis missa, quum de Gratia Dei disputeret, inter cetera sic ait: Obscurationem quoque Sacerdotalium Sacramentorum recipiamus, quae ab Apostolis tradita, in toto Mondo, atque in omni Catholica Ecclesia uniformiter celebratur, ut legem credendi statuat lex supplicandi. Quum enim sanctorum Plebium Sacerdotes mandata sibimet legatione fungantur, apud divinam clementiam humani generis agunt caussam, & tota secum Ecclesiā congerimiscente postulant & precantur, ut Infidelibus donetur Fides, ut Idolatrae ab impietatis suae liberentur erroribus, ut Judaeis ablatio cordis velamine lux veritatis appareat, ut Haeretici Catholicae Fidei perceptione resipiscant, ut Schismatici spiritum redivivae Caritatis accipient, ut Lapsis poenitentiae remedia conferantur, utque Catechu-

A menis ad regenerationis sacramenta perductis coelestis misericordiae aula referetur. Haec ab Apostolis ita celebrata, & Ecclesiis tradita, & beati Pauli Apostoli traditione instruimur, & beati Coelestini Romani Pontificis ita edocemur Epistolā. Superest nunc qualiter haec nostrae * quae in Occidentali Missae celebrantur climate, institutio celebrari debeat, & a quibus auctoribus sumpserit exordium, me scribere. Tu verò pro nobis errare non differas, ut Dominus gratia suā, carbone de altari forcipe sublato, mea dignetur purgare labia. Quis enim ego sum, qui tanta possim enucleare mysteria? Sed & in spinis locutus est Dominus. Et uinam, o bone Iesu, mes non horrescas vepres, qui tollis peccata Mundi.

B Post beati Petri Apostolorum Principis inclytum martyrum quod uno condensque die cum beato Paulo Doctore gentium sub Neronē Catfatre suscipiens, glorirosam Romanam fecit Ecclesiam, Clemens natiene Romanus Romanum suscepit Pontifikatum. Quoliter verò primus sit per electionem Petri, & tertius in gradu, si quis gnarus esse voluerit, legat Librum, quem scripti in Ugonem Schismaticum, & ibi inveniet ad plenum dilucidatum. Hic verò spiritu Dei plenus intuens, ne solemnes, quas superius diximus, orationes saepius auribus Populorum recitatae vilescerent, & quod plus est, ne forte ab Ethnici memoriae commendatae in cempicis & in plateis, in theatris & in dolubris Idolorum recitarentur, ob reverentiam Apostolorum uno die, in sancto scilicet Paraclete, secundum praeteritum morem praecepit celebrari. Ipse verò Canonem instituit, qui per annum totum super Eucaristiam recitaretur secrete, ut qui tanto secretius, tanto avidius tantoque reverentius a Populo susciperetur. Hic idem in Dominicis diebus in loco, qui invenerit

niri poterat, opportunè Populum instituit credentium convocari, dataque collectâ, quam obsecrationem dicit beatus Augustinus, lectioque a Populo Evangelio, post praedicationem imponit super mensam panem, & simpliciter tantum vinum praecepit. Obsecrationibus quoque secrete super oblationem decantatis a Sacerdote salutari Populum in hunc modum: Dominus vobiscum; quo respondente & cum spiritu tuo, iterum admoneri, ut sursum habeat cor, ut quae sursum sunt, cogitent non quae super terram, instituit. Quo respondente, se habere ad Dominum, ad agendas Deo gratias cumdem proximus invitet Populum. Quo respondente: dignum & justum esse, Deo gratias agere, illico sic incipiat dicens: Verè dignum & justum est, aequum & salutare, nos tibi semper & ubique gratias agere, Domine sancte Pater omnipotens aeternæ Deus, per Christum Dominum nostrum: per quem maiestatem tuam laudant Angeli, adorant Dominatores, tremunt Potestates, coeli, coelorumque Virtutes, ac beata Seraphim sociâ exultatione concelebrant. Cum quibus & nostras voces ut admitti jubeas deprecamur, supplici confessione dicentes. Quumque ab omni Ecclesia Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth. Pleni sunt Coeli & Terra gloriâ tuâ. Osanna in excelsis. Benedictus, qui venit in nomine Domini. Osanna in excelsis, fuerit decantatum, illico Canōnem, quem beatus Augustinus Orationem vocat, super Eucharistiam secrete recitari instituit in hunc modum: Te igitur, clementissime Deus &c. (a) Hanc igitur oblationem servitutis nostrae, sed & cunctæ familiae tuæ,

A quaesumus, ut placatus accipias per Christum Dominum. Quam oblationem tu, Deus, in omnibus, quæsuumus, benedictam, ascriptam, ratam, rationabilem, acceptabilemque facere digneris, ut nobis Corpus & Sanguis fiat dilectissimi filii tui Domini nostri Iesu Christi. Super quæ propitio ac sereno vultu &c. (b) Per quem haec omnia, Domine, semper bona creas, sanctificas, vivificas, benedicis, & praeficias nobis per ipsum, & cum ipso & in ipso &c. His ita per lectionis, Dominicæ secrete finitâ Oratione, invitato Populo ad benedictionem, instituit supra Populum dari benedictiones, quas beatus Augustinus nominet Postulationes; & particulâ Panis intus posita in Calice communicabant, qui volebant. Et sic finita erat Missa.

Hoc modo Anacletus, qui Clementi successit in Pontificatum, & Evaristus successor, Missas celebravere. Beatus vero Alexander Evaristi successor memoriam Passionis Christi addidit in Canone ab eo loco, ubi sic incipit: Qui pridie quam pateretur, usque ad: supra quæ propitio ac sereno vultu. Instituit praeterea, ut panis tantum Azymus offerretur: nam ante indifferenter & fermentatus & azymus offerebatur. Praecepsit etiam, ut in Sacrificio aqua vino misceretur. Et hoc tantum in Missarum solemnibus supradicto, per omnia beati Clementis instituta secutus, quem Sextus ejus successor per omnia imitatus est. Telesphorus vero Sixti successor Hymnum Angelicum in Missarum solemnibus addidit decantandum. Quod etiam Telesphorus, Higixus, & Pius, Agnitus, & Soter, Leuterius, & Victor, Zebirinus, & Calixtus, Urbanus, & Ponianus, Anterus, & Fabianus,

(a) Sequitur Canon Apostolorum. Ibi fit mentio usque ad Sanctum Thaddaeum inclusive, neque aliorum fit mentio.

(b) Neque adsunt Consecrationis verba.

bianus, Cornelius, & Lucius, Stephanus, & Dionysius, nihil addentes in Canone, azyma offerentes, & aquam in Sacrificio vino miscentes secundum institutum Alexandri Papae, Missas celebravere. Felix vero Dionysii successor instituit, ut nomina Martyrum, usi Apostolorum, recitarentur in Canone. Addidit etiam in Canone ab eo loco, ubi sic incipit: Nobis quoque peccatori bus usque: Per quem haec, Domine, semper bona creas. Praecepit etiam, ut supra Sepulcra Martyrum & super Reliquias Missae cantarentur. Quid beatus Augustinus in Tractatu super Iohannem laudat beneficium, ut memoria passionis Martyrum passionis Christi misseatur. Post banc Marcus & Eusebius, Gaius, & Marcellinus, & Eusebius, Melciades, & Silvester, Marcus, & Julius, Liberius, & Felix, Damasus, & Ciriacus, & Anastasius, nihil addentes in Missarum officio, Missas secundum ritum anteriorum suorum celebravere. Innocentius vero Anastasii successor finita Dominica Oratione, antequam particula panis poneretur in Calice, pacem Populo alia voce annuntiari, & inter Missarum solemnia dari instituit. Populo jam ante Dominicam Orationem ab Episcopo vel a Sacerdote benedicto. Quo ritu Zosimus, & Coelestinus, Sixtus, & Primus Leo Missas celebraverunt. Primus vero Leo finito Evangelio Symbolum ab omni Populo instituit decantandum. Hilarius vero Leonis successor, & Simplicius, Felix, & Gelasius, qui Librum Collectarum fecit, quem postea beatus Gregorius correcxit, Anastasius & Simmacius, Ormisda, & Iohannes, Felix, Bonifacius, Agabitus, & Silverius, Vigilius, & Pelagius, Iohannes, & Benedictus, & Pelagius beati Gregorii praedeceessor, Missas secundum traditionem anteriorem

A suorum nihil addentes celebravere. Beatus vero Gregorius primus in Romana Ecclesia instituit, ut Antiphona, quae vocatur Introitus, ad mulcendum audientium animos decantaretur, & hoc a Mediolanensi habuit Ecclesia. Deinde Kyrie eleison a Clero novies decantari, & post Apostolum Gradale & Alleluja, excepto a Septuagesima usque ad Pascha: in quo tempore Tractus cantari constituit. Lectioque Evangelio domini oblationes offeruntur, Offertorium decantari instituit. Addidit praeterea in Canone: Diesque nostros in tua pace disponas, atque ab aeterna damnatione nos eripias, & in electorum tuorum jubeas grege numerari, per Christum Dominum nostrum. Addidit etiam: Praeceptis salutaribus moniti, & divinâ institutione formati audemus dicere: Pater noster &c. Et constituit, ut hoc cum Dominica Oratione super Eucharistiam alta voce a Sacerdote decantaretur, ut sequens Oratione, quae sic incipit. Libera nos, Domine, ab omnibus malis: quae ante eum altâ voce decantabatur, secrete diceretur. Et post fractionem Eucharistiae post communicaverint, antiphonam, quae vocant post-communionem, decantari instituit. Et post suscepcionem Eucharistiam, gratiarum actionibus Deo oblatis, postulationes, quae a beato Clemente usque ad sua tempora supra Populum dabantur, antequam pax Domini diceretur, finitis post-communionibus, supra Populum dari instituit. Nam antea positus Sacerdotali benedictione * Populis quasi securus abibat, & ad gratiarum actiones Deo * reddendam non intererat. Sergius vero Remanus Episcopus, qui a beato (a) Hieronymo vigesimus fuit, Agnus Dei instituit inter Missarum solemnia, sicut hodie fit, decantari.

De

(*) Legendum Populus.

(a) Legendum beato Gregorio.

De Sale & ejus virtute.

Veniam nunc ad Sacraenta ab Apostolis instituta. Et primum de sacramento Salis, Deo adjuvante, dicere incipiam. In veteri Testamento omne sacrificium Sale aspergebasur. Sal enim discretionem, quae magistra est Virtutum, significat, sine qua non quae visetur virtus, est vitium. Sale enim factor morbidae carnis aboleatur, & viscera sale condita in multam servantur aetatem. In Evangelio habes, Dominum dixisse Apostolis: Habete Salem in vobis. Et in alio loco ad eosdem Apostolos dixisse: Vos etsis Sal terrae. Sed uniformiter in universa definitum est Ecclesia. Quum quis ad catechizandus accesserit, petit exsuffationem Sacerdotis, qua Spiritus immundus expellitur; Sal per manus accipiat Sacerdos, dicente eodem: Accipe Sal sapientiae, quod proficiet tibi in vitam aeternam: non quod vita aeterna doneatur Catechumenis, sed quia Sal sacramentum est Fidei, quae per dilectionem operatur, & baptizatos perducit ad vitam aeternam. In plerisque vero Ecclesiis Sal semel datur Catechunis: in quibusdam vero omnibus scrutinis.

De triplici Oleo, & ejus virtutibus.

Transeundum nunc est ad Olei Sacramentum, quod trifarie dividitur. Est enim Oleum Chrismale, cuius consignatione septiformis gratia Sancti datur Spiritus. Est & Oleum exorcizatum, quo unguntur Catechumeni ad effugandum inimicum. Est & Oleum Infirorum ad sanitatem corporis & animae preparatum. Habet etiam Oleum hoc proprium, ut mixtum aliis liquoribus supernaret omnia liquamina, & non misceatur. Et significat veritatem, quae

Asursum tendit, & de sursum est, & non miscentur mendacio. Praeterea & ad illuminandum liquor est idoneus. Non enim tantum accensus illuminat, verum etiam tenebrosae noctis tempore projectus in mari aquas illuminat. Habet Oleum etiam hoc proprium. Illuminat, nutrit, vulnera curat, tumores deprimit, febres extinguit, calores repellit. Legimus etiam ad Ncē rediisse columbam ad vesperam, ramum olivae portasse in ore, ex quo cognovit, pacem redditam esse in terris humani generis propagator. Intellexit enim vir Spiritu Sancto plenus a vesperracente Mondo per avem, quae caret felle, per quam Spiritus Sanctus designatur, per olivae sacramentum genus humanum Sanguine Christi Deo Patri reconciliandum; & licet non visibili sed invisibili praे consortibus suis Oleo unctus sit Christus, Christus tamen Unicus interpretatur. A Christo Christiani vocamus, Populus acquisitionis, gens sancta, & ut in Epistola sua dicit Cephas, regale Sacerdotium. Antiquitus enim Reges tantum & Sacerdotes & Prophetae Christiali ungebantur Oleo. In novo vero Testamento omnes per Baptismum renati Oleo sanctificantur invisibili, & unguntur visibili: licet in primitiva Ecclesia, quae in Iudea post Dominicam Ascensionem pullulavit, datum fuisse non legimus. Ceterum in primitiva Ecclesia, quae in Iudea coepit, credentes non Christianos nominari, sed Nazarenos in Actibus Apostolorum satis aperte Vas electionis ad Felicem Praesidem declarat, dicens: De secta autem Nazarenorum, supra qua accusor, sic Deo meo deservio, ut paternis non obviem traditionibus. In Antiochia vero ad evitandam ironiam Iudeorum, nomen Christianorum primitus exortum est. Et hoc Sacramento ab Apostolis, antequam dividerentur, instituto baptizatis, & in Christo renatis per Ap-

Apostolos & eorum successores Episcopos, ut rutorum haberent Paraclitum per manus impositionem, & per Chrismales Olei insignitionem coepit Spiritus Sancti orando donari charisma. Quia vero Oleum Infirmerum ab Apostolis institutum restatur Jacobus Apostolus dicens: Infirmatur quis in vobis? inducat Presbyteros Ecclesiae, ut orent super eum, ungentes eum Oleo sanctificato. Et oratio Fidei salvabit infirmum; & si in peccatis fuerit, remittetur ei. Hoc omni tempore inter Missarum solemnia a Presbyteris in eo loco, ubi sic legitur: Per quem haec omnia bona creas, solebat consecrari. Nunc vero a solis Episcopis in eodem loco Missae in Coena Domini consecratur. Oleum vero Chrismale odoriferi balsami recipit commixtionem. Oleum enim misericordiae & veritatis & luminis sic odorem suum longe lateque habet diffundere, ut ex bonis operibus a videntibus honorificetur Pater noster, qui in celis est, & qui non consentiunt veritati, non habeant unde deterrant religioni. Beatus vero Anacletus Clementis successor in Epistola sua Decretali dicit, Episcopum minus quam a tribus non posse consecrari. Et hoc exemplo Jacobi Hierosolymitani comprobat Episcopi, qui a Petro & Johanne & Jacobo ordinatus est, & hoc in Dominicis diebus. Dicit etiam, caput Episcopi debere Chrismate perungi, ut principale nostrum, qui est mens, Spiritu Sancto delibuta secundum Dei imaginem vivat & sapiat & conformetur, & ut manus ejusdem, per quas opera designantur, Chrismate perungantur, ut possit audire a consecrante: Quaecumque benedixeris, sint benedicta, & quaecumque consecraveris, sint consecrata. Haec sunt manus, quae Chrisma conficiunt, cuius sanctiene ad invocationem Episcopi septiformis gratia super baptizatos Sancti

A Spiritus effunditur. Et quae eodem Christi manu perungant Sacerdotis, eiusque potestatem tribuant baptizare & praedicare, & Missas tam pro vivis quam pro defunctis decantare. Consecrationes vero Ecclesiarum & Altarium a beato Silvestro in Ecclesiasticis Historiis sumisse legimus exordium. Nam antea licet Oratoria essent, in quibus Dei Populus conveniebat, non tamen Altaria vel Ecclesias, Paganorum saeviente processa austabant publice habere consecratas, sed in Cryptis & Coemeteriis & in domibus occulte Missas celebrabant. Postquam vero Constantinus Christianae se subjecit Religioni, in Palatio suo Lateranensi Ecclesiam in honore Salvatoris aedificavit, & ut imago Salvatoris publice depingeretur in parietibus, & imago Iovis ex alto dejiceretur, & ut Tempa clauderentur, & Ecclesiae publice aedificarentur, instituit. Et ex illo tempore coepserunt mensae Altarium lapidae Christi perungi in similitudinem lapidis illius, quem erexit Jacob in titulum, qui Christum designabat, qui est lapis angularis, qui fecit utraque unum. Sunt praeterea & alia Sacraenta, quibus nunc utitur Ecclesia Dominico exemplo, quamvis non tradito pracepto, ut est exsuffratio in Exorcismis, effteratio in Catechumenis, & manus impositio, qua Baptizatis consignando Sanctus datur Spiritus, & qua reconciliantur Peccatores matre Ecclesiae, & qua Episcopis & Sacerdotibus & Levitis virtus traditur ministerii.

B

C

D


E

Explicit Libellus de Sacramentis a Bonizone Sutino Episcopo editus, ad Gualterium Leonensis Coenobii Monachum & Priorum missus.

Ceterum quae hactenus dixi de pia veterum Fidelium munificentia in instituendis atque ditandis tot Caritatis Christianae domiciliis, optandum est, ut praesentes & posteros ad

ad imitationem atque aemulationem
commoveant. Sed potissimum com-
mendania illa loca, quae veris Pau-
peribus, & Aegrotis subsidium praeben-
tent. At in Peregrinorum hospitiis,
si aliquid forte desiderem, mihi fa-
cile, et spero, etiam probi igno-
scunt. Utique laudanda piorum ho-
minum peregrinatio, eisque tectum
& victura amore Christi largiri, sine
ulla haesitatione mercede sua in coe-
lis minime fraudabitur. Verum tot
ex hisce peregrinis num germanae
devotionis cautsa ad Sanctorum loca
pergunt? Experientia negat. Ii nem-
pe manuum laborem averlati, quam-
quam robustissimi, erronum vitam
perquam suavem eligunt: atque huc

A & illuc, dum vires adsunt, excur-
rentes, & ad eadem loca, quae an-
tea inviserant, regredientes, Cleri-
calem etiam (quod turpe ac intole-
randum est) habitum nonnunquam
mentiti, in ebrietatem & furta e-
tiam proni, procacissime hinc inde
eleemosynas corradunt. Nonne panis,
quem perditae ejusmodi nebulonum
B turmae usurpant, rectius effunderc-
tur in pauperrimos patriae suae Ci-
ves (neque enim iis ulla Civitas,
ullus locus caret) atque in peregrini-
nos tantummodo verae Pietatis cauf-
sa itinerantes? Vide, quae dicam in
calce Dissertationis LVIII. de Chri-
stian. veneratione erga Sanctos.



DE JUDICIIS DEI,
S I V E
EXPERIMENTIS VETERUM,
AD SCRUTANDUM HOMINUM CRIMEN,
SIVE INNOCENTIAM.

D I S S E R T A T I O
TRIGESIMA OCTAVA.

130 21701094 00

2 9 7 0

130 21701094 00

130 21701094 00

130 21701094 00

130 21701094 00

130 21701094 00

DISSESTITO

TRIGESIMAOCTAVA.



Nter antiquorum ritus, qui ad tempora nostra minime penetrarunt, immo jamdiu proscripti sunt, *Judicia Dei* potissimum animadvertere ad eruditionem nostram pertinet. Eo nomine olim significabantur experimenta a Christianis instituta cum invocatione nominis divini, ut si quando objecta alicui crimina dubia, aut occulta forent, accusacionem suam auctor, interveniente Deo, probare, aut reus eluere posset. Nimirum sibi nullo negotio eorum temporum homines persuadebant, Deum scelerum ultorem, innocentiae vero patronum, prodigiis quoque, si invocaretur, certaturum pro detegenda veritate, quam pertingere oculi humani acies nequibat. Hinc sensim varii instituti fuere modi, quibus explorari putabatur de controversis criminibus scientia & testificatio Dei. Proinde experimenta haec appellata fuere *Judicia Dei*, quasi ad omniscientis Judicium controversia deferretur, & inde justa sententia exspectanda foret. *Purgationes* quoque dicebantur, quoties ad ea confugiebat accusatus, ut inlatum crimen a se removeret. Omnia antiquissima Purgatio, neque solùm antiqua, sed

A semper a Conciliis & Patribus probata, *Jusjurandum* fuit, quod alio nomine *Sacramentum* vocarunt. Ut major in ipso emittendo reverentia foret, illud super Sanctorum tumulis atque Reliquiis praebere, mos olim fuit. Circiter Annum Christi CCCC-IV. Sancti Augustini discipulus accusatus a Bonifacio Presbytero, crimen in ipsum Bonifacium transtulit. Dubia res erat; scandali periculum instabat. Quid heic Augustinus? Elegi (ita ille scribit Epistolâ 78. olim 137.) aliquid medium, ut certo placito se ambo constringerent ad locum sanctum se perrecturos, ubi terribilia opera Dei non sanam cuiuscumque conscientiam multo facilius aperirent, & ad confessionem vel poenâ vel timore compellerent &c. Multis notissima est sanctitas loci, ubi beati Felicis Nolensis Corpus conditum est: quo volui ut pergerent; quia inde facilius fideliusque scribi potest quidquid in eorum aliquo divinitus fuerit propalatum. Et sane quām celebris eā tempestate foret Sancti Felicis Nolani tumulus, ex hujusmodi etiam miraculis, Natales in ejus honorem conscripti a Sancto Paulino (quorum pars a me primum evulgata fuit in Tomo primo Anecdotorum *) satis produnt. Addit Augustinus: Nam & nos novimus, Mediolani apud memoriam Sanctorum, ubi mirabiliter & terribiliter Daemones confidentur, furens

B

C

D

H 2

quem-

(*) Edit. hujus nostrae T. XI. P. I.

quemdam, qui ad eum locum venerat, ut falsum jurando deciperet, compulsum fuisse confiteri furtum. Ita Gregorius Magnus in Epistola 33. Lib. 2. ad Justinum Praetorem scribit, se in Leone quidem Episcopo nullam invenisse culpam: attamen subdit, ne quid videretur omissum, aut nostro potuisse dubium cordi remanere, ad beati Petri sacratissimum Corpus distracta eum ex abundanti fecimus sacramenta praebere. Quibus praefatis, magna sumus exsultatione gavisi, quod bujuscemodi experimento innocentia ejus evidenter enituit. Idem factum a Martino Diacono ipse tradit Epistolâ 18. Lib. 7. ut alia loca omittam. Ad Sancti quoque Geminiani Mutinensem Episcopi & Patroni tumulum habita hujusmodi Judicia, ostendam in Dissertatione LVIII. de Christian. venerazione erga Santos. Immo quoties Episcopis, atque ipsis Romanis Pontificibus aliquod crimen objectum fuit, non aliam viam iidem inierunt, ut se se innocentes ostenderent. Sed quia perquam commodâ ratione videbantur multi criminationes evadere, interposito duntaxat Jurejurando, sancitum fuit ab antiquis Principibus, diuque servatum, ut accusatus alios quoque adhiberet testes innocentiae suae, quos Sacramentales, vel Sacramentarios, vel Conjuratores appellare vulgo consueverunt. Atque hinc nata formula dicendi, jurare quartâ manu quinta manu &c. hoc est, quatuor, quinque, & pluribus conjuratoribus adhibitis se se purgare. Id moris in Italia quoque temporibus Langobardorum fuisse observatum, nos edocebit Lex 367. Rotharis Regis Part. II. Tomi I. Rer. Italicar. ubi haec verba: Si contigerit, hominem post datum fidei jussorem de Sacramento, & Sacramentales

A nominatos, mori &c. Additur ibi: Sacramentum tunc intelligitur ruptum, quando praesentibus sacrosanctis Evangeliiis, aut armis sacratis, ille, qui pulsatur, cum Sacramentalibus suis se conjunxerit &c. Usitatisimum vero fuit ubique Jusjurandum emittere ad Sancta Dei Evangelia, testibus etiam sanctis viris Ambrosio, & Gregorio Nazianzeno. Propterea in ejusdem quoque Rotharis Lege 364. iterum occurrit jurare ad Evangelia sancta cum duodecim aidis suis, id est Sacramentalibus: & jurare ad arma sacra. Scilicet omnibus Septentrionalibus Populis, uti Du-Cangius eruditus ostendit in Glossario Latino, maxime probabantur Sacramenta praestata tantis armis, quibus benedixerat ante Sacerdos. Proinde a scopo aberravit Macer in Hierolexico ad vocem Juramentum, contendens, heic significari Arma Sacerdotalia, hoc est, instrumenta Sacrificii, seu Paramenta sacra. De veris armis haec intelligenda sunt, in quibus post Sacra opinionem Honoris statuerant tunc militares viri. Locum verò & formulam ad jurandum praescripsit Italico Populo Carolus Magnus in Lege Langobard. 38. hisce verbis: Omnia Sacramenta in Ecclesiis, aut super Reliquias jurentur. Et quae in Ecclesia jura sunt, vel cum septem electis, aut si duo decim esse debent. Et sic jurent: Si illum Deus adjuvet, & illi Sancti, quorum Reliquiae istae sunt, ut veritatem dicat. Plura non addo, ne longius, quam par sit, Lectorem in hocce argumento deducam. Illud tantummodo adjiciam, hunc unum Purgationis modum pro legitimo a Patribus semper habitum, & Canonicum adhuc appellari. Consulendum est in hanc rem Gratianus Causâ 2. Quæstion. quinta. & Gregorius IX.

in Decretal. Lib. quinto, Tit. 34. de purgat. Canonica

Judiciis quoque Canonicis adjungenda videretur *Purgatio per Euchariam*, cuius haec fuit methodus. Quum accusatus suspicionem a se amoliri cupiebat alicujus criminis, quod manifestis rationibus aut confirmari, aut dealbari nequibat, ad sacram Synaxim adducebatur. Et antequam Domini Corpus ore acciperet, coram adstantibus protestabatur: *Corpus Domini sit mibi ad probationem hodie*, aut aliud quid simile. Quo facto quies ei restituebatur, dimissa Deo curâ puniendi hominis, si is mendax commissum facinus negasset, aut ficte pollicitus aliquid fuisset. Purgationem hanc Hadrianus II. Papa Anno DCCCLXIX. a Lothario Lotharingiae Rege, suisque comitibus accepit. Atque ipse Rex, ceterique divino, quemadmodum creditur, judicio percussi, brevi finem vivendi fecerunt, ut habent Annales Beriniani, Metenses &c. Sed prae: ipue Episcopi & Sacerdotes, alicujus culpae insimulati, consuevere Sacrum celebrare, & ad Communionem palam sese innocentes profiteri, Deum vindicem invocantes, si mentionarentur. Ita Gregorius ipse Septimus Papa Anno MLXXVII. se purgavit Canossae coram Henrico IV. Germaniae ac Italiae Rege: tum ahi Episcopi & Presbyteri, quos omitto. A nonnullis etiam Conciliis probata est ejusmodi Purgationis forma, in qua nihil superstitutionis, nullamque Dei tentationem invenias. Et lane vix a *Jurejurando* differt. Attamen Secula posteriora unum *Iusjurandum* pro legitima & Canonica Purgatione acceperunt. Sed praeter istas excogitatae sunt ab antiquis a-

A liae rationes eruendae, ut sibi persuadebant, veritatis occultae, & accusationis aut confirmandae aut diluendae, idque non sine ingenti temeritatis, & nimiae credulitatis nota. Non has Ecclesia adinvenit, non has Romani Pontifices unquam probarunt: immo eas tandem penitus sustulerunt. Propterea *Purgationes vulgares*, quasi a vulgo institutae, appellabantur; uti & *Judicia Dei*, cuius nominis caussam antea aperui. Primum locum faciam *Judicio Aquae frigidae*. Quum gravia flagitii alicujus indicia quemquam gravabant, sed non ita, ut convinci reus posset, res ad Deum judicanda deferebatur, piâ quidem, sed temerariâ, ut dixi, persuasione. Parabatur, sive deligerbatur lacus Aquae, ad quem accusatus, antea in Templo monitus & adjuratus, accedebat: & praemissis orationibus, atque invocato Deo teste veritatis ac scelerum vindice, in altum projiciebatur, intentis interea adstantium oculis, num aqua eum reciperet, an sustentaret. Non ingratum, puto, Lectoribus erit, accipere descriptum verbis antiquorum hunc ritum, quando ejus duplex monumentum ex membranis eductum praesto mihi est. Primum descripsi e pervetusto Antiphonario, nempe circiter Annum Christi MCL. manu exarato, & existente in Bibliotheca insignis Capituli Metropolitani Canonicorum Mediolanensium; quod olim spectabat ad Canoniam Vallis Travalliae. Alterum excerpti ex antiquissimo Rituali MSto, quem olim possidebat amicus meus D Caelestinus Lorefice Monachus Benedictinus. Ita verò inscribitur Mediolanensis MSti Ritus.

Ordo ad faciendum Judicium
ad Aquam frigidam.

Hoc est verum Judicium ad hominem, qui debet exire in Aquam frigidam, quando Romani propter inadvertitiam tulerunt Domino Leoni Papae oculos & linguam, propter thesaurem Sancti Petri. Tunc venit ad Imperatorem Carolum, ut eum adjuvaret de inimicis suis. Tunc Imperator duxit eum Romam, & restituit eum in locum suum, & thesaurem supradictum non potuit invenire aliter, nisi per istud Judicium; quod Judicium fecerit Beatus Eugenius, & Leo, & Imperator, ut Episcopi & Abbates & Comites firmiter teneant & credant, quod probatum habuerunt illi sancti Viri, quod invenerunt. Quum homines vis dimittere in Aquam frigidam ad probationem, ita debes facere. Accipe illos homines, quos vis mittere in aquam, & duc eos ad Ecclesiam coram omnibus. Et cantet Presbyter Missam, & facit illos ad ipsam Missam offerre. Quum autem ad Communionem venerint, antequam communient, interroget eos Sacerdos coniuratione istâ, & dicat: Adjuro vos homines per Patrem & Filium & Spiritum Sanctum, & per veram Christianitatem, quam vos suscepistis, & per Unigenitum Dei Filium, & Sanctam Trinitatem, & per sanctum Evangelium, & per istas Reliquias, quae in hac Ecclesia sancta sunt, ut non presumatis ullo modo communicare, neque accedere ad hoc sanctum Altare, si vos hoc fecistis, aut consensistis, aut scitis, qualiter hoc egerint. Si autem homines tacuerint, & nemo ullum sermonem dixerit, tunc accedat Sacerdos ad Altare, & communiceat ex illis quemcumque vult mittere in Aquam. Quum communisant, dicat

A Sacerdos ad unumquaque per singulos: Hoc Corpus & Sanguis Domini nostri Jesu Christi sit tibi acceptum ad probationem hodie. Expletâ Missâ faciet ipse Sacerdos Aquam benedictam, & accipiat ipsam Aquam, & vadant ad locum, ubi homines probati debeant esse. Quum autem venerit ad jam praedictum locum, preebeat illis omnibus de ipsa supra benedicta Aqua bibere. Ut autem dederit, dicat ad unumquemque: Haec est Aqua benedicta. Sit tibi ad comprobationem fidei. Postea verâ conjures Sacerdos Aquam, ubi illos mittere debet: Adjuro & benedico te, Aqua, in nomine Dei Patris omnipotentis, qui te in principio creavit, & jussit ministrari humanis necessitatibus. Qui etiam te jussit segregari ab aquis superioribus. Adjuro te etiam per ineffabile nomen Domini nostri Jesu Christi, Filii Dei omnipotentis, sub cuius pedibus mare elemento aquarum se calcabile praebuit; qui etiam se baptizari in aquarum elemento voluit. Adjuro te etiam per Spiritum Sanctum, cuius voluntate mare divisum est, & Populus Israël per illud siccis vestigiis transivit: ad cuius etiam vestigii invocationem Elias ferrum, quod de manubrio exierat, super Aquas natare fecit: ut nullo modo suscipient hos homines, si in aliquo ex his sunt culpabiles, quod illis objiciat, scilicet aut per opera, aut per consensum, aut per scientiam, aut per ullum ingenium. Sed fac eos natare super te, ut nulla possit esse causa aliqua, aut nulla praestigatio, quae illos possit non manifestare. Adjuro te per Nomen ejus obedias, cui omnis Creatura servit, quem Cherubin & Seraphin laudant dicentes: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus exercituum; qui etiam dominatur per infinita

infinita secula seculorum. Amen. Item post conjurationem Aquae apprehendat ipsos homines, qui ad Judicium debent intrare. Exuat illos vestimentis eorum, & faciat osculari singulos Sanctum Evangelium & Crucem Christi. Post haec ista conjuratio fiat per unumquemque: Adjuro, homo, per invocationem Domini nostri Jesu Christi, & per Judicium Aquae frigidae. Adjuro vos te per Patrem & Filum & Spiritum Sanctum, & per Trinitatem inseparabilem; & per Dominum nostrum Jesum Christum; & per omnes Angelos & Archangelos; & per Nomen Dei; & per diem tremendum Judicii; & per viginti quatuor Seniores, qui cotidie Deum laudant; & per quatuor Evangelistas Marcum & Matthaeum, Lucam & Iohanneum; & per duodecim Apostolos; & per omnes Sanctos Dei, per Martyres & Confessores atque Virgines, & Principatus & Potestates & Dominationes & Virtutes; & per Thronos, Cherubin & Seraphin; & per omnia secreta Coelestia; & per tres pueros Sidrac, Misac, & Abdenago, qui cotidie Deum laudant; & per centum quadraginta quatuor millia, qui pro Christi nomine passi fuerunt; & per Mariam Matrem Domini nostri Jesu Christi; & per cunctum Populum sanctum Dei; & per illud Baptismum, quod Sacerdos vos te regeneravit: vos te adjuro, ut si tu hoc furtum fecis aut audistis aut bajulastris audisti aut bajulasti aut in domos vestras recepistis aut consensum tuam recepisti aut consenteantes aut consentanei fuisti aut si ticas aut consentaneus fuisti aut si

A habetis cor incrassatum vel induratum, aut si inculpabiles estis, evanescant corda vestra, & non suscitent cor tuum, piat vos te Aqua, neque ullum maleficium contra praevaleat. Per &c. Oratione. Propterea obnoxie te deprecamur, Domine Jesu Christe; tale sicut fac, ut si culpabiles sunt hic homines, nullatenus recipiantur ab Aqua. Haec Domine Jesu Christe, ad laudem & gloriam & invocationem nominis tui, ut omnes agnoscant, quia tu es benedictus Deus, qui vivis & regnas in Secula seculorum. Amen. Deinde accipiat modo Presbyter de ipsa Aqua benedicta, quam prius fecerit. Asperget super unumquemque: & statim illos projiciat in Aquam.

D Accipe nunc non dissimilem narrationem ex praclaudo MSto Rituali.

Benedictio Aquae Frigidae ad furtum. Usus Judicium homines, quia verum est, quod Dominus Papa Eugenius constituit ad faciendum, ut nullum licet perjurare super Sancta Sanctorum, justum faciant, Episcopi, Abbates, & Comites, & Vassi Dominicani. Et est constitutum in omnem regionem Romanorum. Adjuro te, homo, per Patrem & Filium & Spiritum Sanctum; per Diem tremendum; per viginti quatuor Seniores, qui quotidie laudant Deum; per centum quadraginta quatuor millia, qui Christi Martyres sunt; & per omnes sanctas Virgines; & per beatam Virginem Mariam,

riam, quae Christum portare meruit; & per illum Baptismum, quem Sacerdos super te regeneravit. In hoc tibi supra dico, cum Sanctis tibi invocor, ut tu (ille) de hoc furto aut consensisti, aut bajulasti, aut consentaneus fuisti. Cor incrassatum aut induratum. Si culpabilis es, non suscipiat eum hodie Aqua. Pro hoc, Domine, fac signum tale, ut omnes cognoscant, quia tu es Deus benedictus in secula seculorum. Amen. Incipit Judicium, quod fecit Beatus Eugenius cum Domino Papa Leone, & Domino Karolo Magno Imperatore, & Romani, propter thesaurum Sancti Petri, & invidiam insimul tulerunt Leoni Papae oculos & linguam. Ille evasit vix de manibus eorum, & venit ad Imperatorem Karolum, ut eum adjuvaret de suis inimicis. Et tunc Imperator reduxit eum Romae. Et thesaurum supradictum non potuit invenire aliter, nisi per iustum Judicium, quod fecit beatus Eugenius, & Leo Papa, & Imperator Karolus, ut Episcopi, & Abbates, seu Comites firmiter teneant & credant, quia probatum habuerunt illi Sancti, quos invenerunt. Istan facere debes, quum hominem vis mittere in Aquam ad probationem. Tunc accipe illos homines, quos in voluntate habes mittere in Aqua: & duc eos ad Ecclesiam. Et coram omnibus canant Missam, & faciat eos ad ipsam Missam offerre. Quum autem ad Communionem venerint, antequam communicent, interroget eos Sacerdos, & conjurationem istam dicat. Conjuratio hominis. Adjuro vos, homines, per Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, &c. (a) Si autem omnes tacuerint & nullus hoc dixerit, accedat Sacerdos ad Altare, & commu-

A. niciet eos, quos vult mittere in Aqua: Quum autem communicat, dicat Sacerdos per singulos: Corpus & Sanguis Domini nostri Jesu Christi sit tibi hodie ad probationem. Postea vero conjuret Sacerdos Aquam, ubi homines mittendi sunt. Conjuratio Aquae: Adjuro te, Aqua, in nomine Dei Patris omnipotentis &c. (b) Post conjurationem autem Aquae, exuat illos vestimentis eorum: & faciat illos osculari Sanctum Evangelium & Crucem Christi. Post haec de ipsa Aqua benedicta asperget Presbyter super unumquemque, & projicias eos statim in Aqua per singulos. Haec autem omnia facere debent jejunando. Neque illi comedant cibos, neque qui pro ipsis mittuntur in Aqua. Conjuratio hominis: Adjuro vos, homines ill. per invocationem Domini nostri Jesu Christi, & per Judicium Aquae frigidae &c. (c) Quum audis, communicantibus exhibutum fuisse Corpus & Sanguinem Domini, habes etiam antiquitatem Ritus, qui in usu fuit, antea quam Calicis usus Laicis, ita jubente Ecclesia, adimeretur. Simil autem animadverte, non vulgo tantum probata olim fuisse hujusmodi spuria Judicia, sed etiam nonnullis Ecclesiasticis viris, quandoquidem in sacris eorum Ritualibus, non secus atque alia Ecclesiastica instituta occurunt. Et sane ex ipsis Ritualibus alias non dissimiles ejusdem Ritus formulas edidere Juretus, Lindenbrogius, Goldastus, Mabillonius, Du-Cangius, Biggnonius, & alii. Neque mirum, quod tanta fides adjungeretur hujusmodi probationum generi: quum ejus institutores venditarentur, si superis plati-

(a) Formulam hujus conjurationis habes supra in Ordine ad faciendum Judicium &c.

(b) Conjuratio Aquae heic est eadem, quam accepisti in supra laudato Ordine.

(c) Vide supra formulam Conjurationis hominum.

placet, Leo III. Romanus Pontifex, & Carolus Magnus, & Beatus Eugenius, idem tortasse, qui Landulpho Seniori Lib. 2. Cap. undecim. Histor. Mediolanens. Tom. IV. Rer. Italicar. memoratur. Grandia haec nomina fidem miram invento conciliabant. Neque rudis Popelli erat fictioni larvam detrahere, & praeferunt quod a Sacerdotibus quibusdam res proponebatur, eorumque Rituales Libri veluti certam hanc detegendae veritatis formam commendabant. Hincmarus ipse Remensis Episcopus, vir doctissimus, inventum hoc laudabat in Opusculo de divertio Lotharii. Sed jam exclamantes audi: o barbarum ac truculentum morem, fabulamque summe perniciosa! quae hominibus fortasse culpa parentibus tam facile vitam eripiebat! Bona verba quaeso. Et mihi olim ea opinio infederat, infelices ita demeritos animas reliquisse sub aquis; ac proinde ritum barbaricum execrabar. Gregorius Turonensis Lib. primo, Cap. 69. & 70. de Gloria Martyrum, auctor est, duas mulieres adulterii accusatas, ut equis immergerentur dijudicatas fuisse. Ex iis una innocens reputata super aquas ferri coepit. Alteram stilus sub aquis tenuit, ne ad fundum fluminis perveniret: idque miraculi loco fuit; quapropter veluti insons dimissa est. Ad haec Du Cangio referente, in Statutis MStis Caroli I. Siciliae Regis, qui post dimidium Seculi XIII. regnavit, ista leguntur: *Quans aucuns estoit accusez d'aucun crime, dont il deust estre noyé, s'il n' estoit coupables, il ne pooit noyer. Mais ce n'est mie voirs; car ce fesoit li banfices de l'air, qui le reuient, non mie autre chose.* Quae, si bene intelligo, haec sonant: *Quum de aliquo crimine quisquam accusahatur, propter quod in a-*

Tom. VIII.

A *qua suffocandus esset: si innocens erat, suffocari non poterat. Sed istud minime verum est; fiebat enim aëris b-neficio, qui projectum in aquas retinebat: neque ob aliam causam id contingebat.* Haec & mihi ante oculos erant olim. Verum in hanc rem diligentius introspiciens, deprehendi, aliter rem aetiam antiquioribus Saeculis. Clarissimus vir P. Edmundus Martene Monachus Benedictinus Tom. 3 Lib. 3. Cap. 7. de antiqu. Eccles. Ritib. aliquot concessit formulas Probatonum in aqua frigida, ex Archivis Gallicis; nam & ibi idem mos summo in honore & vigore fuit. Ita & P. Pezius in Thesauro Anecdotor. novissim. Part. 2. Tomi 2. pag. 635. Et antea Mabillonius in Analectis pag. 161. noviss. edition. alias edidere Formulas ejusmodi Ritus. Itaque apud eundem Martene ista leguntur: *Deinde verd corda quadam, quae cum tenere queat, circa lumbos alligeretur, atque in corda fiat nodus; & sic in aquam suaviter, ne aquam commoveat, demittatur. Si verd usque ad nodum demersus fuerit, extrabatur cuius salvis; sin autem, quasi reus a videntibus aestimetur.* Itaque animadvertisendum est (secus quam ego scripsoram in Notis ad Legem Langobard. 55. Lotharii I. Part. II. Tom. I. Rer. Italicar.) eos solùm in ejusmodi Judicio culpae reos fuisse habitos, quos aqua aversabatur, atque in sinu suo recipere negabat, perinde quasi scelere inquinatos ipsa quoque horreret. Ceterum qui revera demergebatur, protinus veluti innocens reputatus, ex aqua incolumis educebatur. Attentius vide, quid in supra evulgato Ritu continetur. Adjurat Sacerdos Aquam, ut nullo modo suscipiat eos homines, si in aliquo sunt culpabiles; sed faciat eos natare super se. In

I

fra

fra adjurantur homines, ut si furtum sciant, aut recenterint &c. aut si inculpabiles sint (pro culpabiles ita ibi scriptum) evanescant eorum corda, & non suscipiat eos Aqua. Ita in alterâ Formulâ apud supra laudatum Martene rogatur Deus, ut si innocens de hoc furto, unde purgatio quaerenda est, in hanc Aquam corpus suum immittere voluerit, confitim ab ipsa excipiatur Aqua. Si autem culpabilis aut reus &c. ab ista Aqua rejiciatur &c. Diserte etiam tradit supra memoratus Hincmarus, conligatos fune in aquam fuisse demissos, ne si innoxios Aqua recipere, si periclitarentur. Quare nocentes, ut supernatantes, minime in imum, ut ferunt, dilabebantur. Atque, ut vides, nullum aliud in ejusmodi Judicio periculum aderat, nisi quum Aqua irata sinum aperire nolebat cadieni homini: tunc enim is illati criminis reus decernebatur. Commodissimam profectâ dicas vel pro perditissimis hominibus viam istam sese purgandi. Immo veniam efflagito ego, si suspicer, ab aliquo versuto potius quam pio Viro ad inventam fuisse rationem hanc explorandae veritatis, ut per minime periculosum experimentum sub specie divinae Revelationis eriperetur poenae aliquis improbus, & veluti testimonium innocentiae haberetur, quod illum aqua in sinum suum excepisset, ac minime suo dorso sustentasset. Perquam rudes profectâ fuerint homines iis Seculis oportet, & non levi cruditate laborarint, quando ad innocentiam dignoscendam pro caelesti voce atque prodigo accipiebant, hominem bene ponderosum in Aqua mergi. Sed ne quid dissimulem, in Chronico Mosomensi edito a Dachario ad Annum MCLXVI. narratur,

A ex nonnullis Hacreticis, deprehensis apud Vizeliacum, duos se se obtulisse examini Aquae. Adducti sunt ergo ad Judicium examinis Aquae, & eorum unus omnium judicio salvis per Aquam factus est. Fuerunt nonnulli, qui exinde dubiam tulere sententiam. Alter perro remersus in Aquam, sese omnium ore damnatus est &c. Ipso pertente, ad Aquae Judicium reductus, & secundum demersus, nec vel parum ab Aqua receptus est. Bis denique damnatus, igni ab omnibus adjudicatus est. Guibertus quoque Abbas Novigenti Lib. 3. Cap. 14. de Vita sua, par miraculum narrat de fure quodam. De altero eadem habet Hermannus Monachus in Lib. Miracul. Sanctae Mariae Laudun. Quibus in exemplis vides, sese Deum accommodasse interdum ad hominum piam fidem & preces. Mabillonius quoque in Annalib. Benedictin. ad Annum MXXI. & MXXX. paria miracula contigisse refert. Si vera sunt etiam, quae interdum audivi, in Transilvania perdurat adhuc experimentum Aquae ad dignoscendas Sagas, sive Incantatrices maleficas, quarum ingens copia ibi traditur esse, & de quibus multa narrantur, quae tamen credere vera sapiens nolit, nisi suos ipse oculos testes adhibeat.

B Ejusdem quoque generis, & in eumdem finem excogitatum fuit alterum Judicium Panis & Casei. Nempe post multas Ecclesiasticas ceremonias, orationes, Missam, & Communionem, accusato Panis & Caseus benedicti tradebantur. Si edere & glutire poterat, jam exploratae illius innocentiae omnes plaudebant. Sin cibus comedti, atque in ventriculum demitti nequibat, continuâ objecti criminis reus dijudicabatur *.

C

D

E

* Judicium sive Experimento hoc, quo tempore, nempe Saeculis barbaricis, vixi homines Religioni minime obsequentes pro libito suo, non quidem licite, nec auctoritate aliqua

Judicium Casei in Germanico Codice proftans indicarunt etiam Eccardus, & Clariss. P. Godefridus Abbas Gottwicensis Lib. I. Cap. II. Chronicus Gottwicen. Accipe nunc ejusmodi Ritus descriptionem nondum editam ex antiquissimo Rituali supra mihi memorato.

Benedictio Panis & Casei.

A Gios, Agios, Agios. Sancte Pater, qui es invisibilis, aeternus Deus, omnium rerum Creator, Deus spiritualium orator, qui cunctorum conditor es, & arcana conspicis. Qui scrutaris corda & renes, Deus, deprecor te; exaudi verba depreciationis meae, ut qui hoc furtum admiserit, Panis vel Caseus iste fauces & guttura eorum transire non possit. Amen. *Alia Benedictio:* Domine, qui liberaisti Moisen & Aaron a dextra Aegypti, Davit de manu Goliae, Jonam de ventre Ceti, Petrum de fluctibus, Paulum de vinculis, Theclam de bestiis, Susannam de falso crimen, tres Pueros de camino ignis ardantis, Danielem de lacu leonum, Paraliticum de grabato, Lazarum de monumento, ostende misericordiam tuam, ut qui hoc furtum commiserunt, Panis vel Caseus iste fauces vel guttura eorum transire non possit. Per &c. *Conjura-*

B *tio Panis & Casei:* Te igitur clementissime Pater, per Jesum Christum filium tuum Dominum nostrum supplices rogamus & petimus, ut inhaeres linguas gutturibus istorum hominum, qui hoc furtum fecerunt vel commiserunt, aut numquam manducent neque glutiant creaturam tuam Panem & Caseum istum, ut sciant, quia tu es, & non est alius Deus praeter te. Summe Deus, qui in coelis moraris, qui habes ob Trinitatem & majestatem tuam justos Angelos tuos, emite, Domine, Angelum tuum Gabrielem, qui ora haerat gutturibus eorum, qui hoc furtum fecerunt, ut nec manducent nec glutiant creaturam tuam Panem & Caseum istum. Abraam, Isaac, & Jacob, hos Patriarchas invoco cum duodecim millibus Angelorum & Archangelorum. Invoco quatuor Evangelistas Marcum, Matthaeum, Lucam. & Johannem. Invoco Moisen & Aaron, qui mare * disiverunt: ut ligent linguas gutturibus istorum hominum, qui hoc furtum fecerunt, aut consenserunt. Si hanc creaturam tuam Panem & Caseum gustaverint, tremulent sicut arbor tremulus, & requiem non habeant nec requiescant in faucibus eorum creaturam Panis & Casei: ut sciant omnes, quia tu es Deus, & non est alius praeter te.

C *Per &c. Conjuratio hominis: Conjuro*

I 2 te,

aliqua legitima fulti sacra profanis immiscere assueti, ut etiam aliis hujuscemodi usibus & piis disciplinis quampluribus, ad incaudos rudesque decipiendos, sibique quoquo modo consulendum, ausu temerario ac superstitione abutebantur. In id respiciebat, opinor, immortalis Boccaccius, vir eructae naris & omnisenae eruditiois, nec non suaviloquentiae, & aevi sui pravis moribus irrisorum censorumque disertorum, *quot aut fuerunt, aut sunt, aut aliis erunt in annis facile princeps, tunc quum in fab. VI. Diei 8. ad sublatum furto suem occisum inveniendum, cui subreptus fuerat, ei Experimentum horce per quemdam proponit, his verbis usum: = & per certo se tu gli porefsi ragunare, io so fare la experientia del pane & del formaggio, & vederemo di botto chi l' a avuto..... & così si possono benedire le galle del gengivo come il pane e'l cario = . Itaque locus iste explicari non posse videtur, nisi habita ratione ad disciplinam qualemunque praedictam, quam lepidos fures forte docuerat Presbyter, haud quidem prudens, & plus nimio festivus, & rei gnarus, & apud quem ablata furto res fuerat ante recondita.*

te, *homo*, per patrem & Filium & Spiritum Sanctum, & per tremendum Judicii diem, per quatuor Evangelistas, per duodecim Apostolos, & per sexdecim Prophetas, & per viginti quatuor Seniores, qui cotidie in laudem Dei adorant, per illum Redemptorem, qui pro nostris peccatis manus suas sanctas in Cruce suspendere dignatus est; si in hoc furtum mixtus es, aut fecisti, aut bajulasti, taliter tibi ordinetur de manu Domini, vel de tanta sua sancta gloria & virtute, ut Panem & Caseum istum non possis manducare, nisi inflato ore, cum spuma & germitu & dolore & lacrymis; fauicibusque tuis sis constrictus per Eum, qui venturus est judicare vivos & mortuos, & Seculum per ignem.

In Antiphonario quoque vetustissimo Capituli Metropolitani Mediolanensis, cuius supra mentionem feci, legebatur *Benedictio Panis & Casei ad inveniendum, qui furatus est.* Ast ego, ne Lectori sim toedio, unicum exemplum attuli, & praesertim quod non dissimilis hujusce Judicii descriptio occurrat apud praelaudatum Martene in Libr. de antiquis Eccles. Ritibus. Gravioris contra discriminis fuit *Judicium Aquae ferventis.* In hanc demissus homo si urebatur, intentati criminis nulla defensio supererat. Is enim reus a Caelo indicatus credebatur. Vicissim verò innocentem depraedicabant (neque injuriā) ubi is inde illaesus emergebat. Manum tantummodo, non autem corpus totum, in lebetem ferventis Aquae eā occasione solitam suisse immitti, antiquorum monumenta testantur. Immo innuere videntur, Servos duntaxat alicujus culpae arcessitos subiisse ejusmodi Judicium. In Capitulari Ludovici Pii, edito Anno Christi

A DCCCXIX. apud Baluzium Tom. primo Capitular. Reg. Francor. pag. 598. & 669. atque inter Leges Langobardicas Cap. 9. Ludovici Pii, pag. 128. Part. II. Tomi I. Rer. Italicar. ubi de homicidiis intra aedes sacras perpetratis agitur, haec habentur: *Si proprius Servus hoc commiserit, judicio Aquae ferventis examinatur, utrum hoc sponte, an se defendendo fecisset. Et si manus ejus exusta fuerit, interficiatur.* Sed longe antea ritum eumdem indicaverat Liutprandus Langobardorum Rex Lege 21. Lib. 5. pag. 61. ejusdem Partis II. Tomi I. Rer. Italicar. his verbis: *Si quis Servum alienum sine voluntate Domini sui in sacramentum miserit, aut manum in Caldaria mittere fecerit, componat Domino ejus Solidos viginti.* Gregorius quoque Turonensis non dissimile experimentum narrat Lib. primo, Cap. 81. de Gloria Martyrum, quod institutum fuit inter Catholicum & Haereticum in orthodoxae Fidei testimonium. Hac de re legendus Du-Cangius in Gloffar. Latin. D ad vocem *Aqua*, & videndae Formulae hujus Ritus apud supralaudatum Martene Tom. 3. Lib. 3. Cap. 7. de antiquis Eccles. Ritibus. Ego tantummodo proferam, quae in nuper laudato Rituali MSto de hoc Ritu habentur: unde etiam elucebit, nihil aliud quam manum immitti consueuisse in Aquam ferventem, quum ejusmodi experimentum peragebatur.

Benedictio super Aquam ferventem.

Deus Judex justus, fortis & patiens, qui auctor pacis es, & judicas aequitatem, judica quod iustum est, Domine, & rectum Judicium tuum. Qui respicias super terram, & facis eam tremere. Tu Deus omni-

omnipotens, qui per adventum Filii A tui Domini nostri Jesu Christi Mundum salvasti, & per sanctissimam ejus Passionem genus humanum redemisti: tu hanc Aquam igne ferventem \ddagger sanctifica. Qui tres pueros, idest Sidrac, Misac, & Abdenago, jubente Rege Nabucodonosor in camino ignis accensa fornace salvasti. Tu, clementissime Dominator praesta, ut si quis innocens de hoc furto, vel stupro in hanc Aquam igne ferventem Manum miserit, sicut tres pueros supradictos de camino ignis solvisti, & Susannam de falso crimen liberasti, ita & qui innocens de hoc furto in hanc Aquam igne ferventem Manum miserit, salvam & illaesam educat. Ita, Domine omnipotens, si quis est culpabilis, incrassante Diabolo cor induratum, presumserit Manum suam mittere, tu, justissime, qui es Veritas, heic in corpore suo veritatem manifesta, ut anima per poenitentiam salvetur. Et si culpabilis est, & per aliquod maleficium, aut per herbas peccatum suum tegere voluerit, tua dextera evacuare dignetur. Per &c. *Alia benedictio*: Benedico \ddagger te, Creatura Aquae igne ferventis, in nomine Patris, ex quo cuncta procedunt, & Filii, per quem facta sunt omnia, & Spiritus Sancti, in quo universa sociantur. Et adjuro te per Eum, qui te ex quatuor fluminibus totam terram rigare produxit: nam & te in vinum mutavit; etiam in te baptizatus est. Ut nulla insidia Diaboli, neque maleficia hominis inimici te a veritate Judicii separare possint; sed punias noxiun, & illae sum purifices innocentem, per Eum, cui nulla latent occulta, & qui misit te per Diluvium super universum Orbem, ut peccatores de-

leres; & adhuc venturus est judicare vivos & mortuos, & Seculum per ignem.

B Narrantur & de hoc Judicio miracula nonnulla caelitus patrata. Unum prae ceteris refert Hincmarus supra memoratus in Libro *de diverso Letbarii*, qui rem quoque sibi probari satis significat. Neque dispar fuit *Judicium Ferri cendentis*. In vestusto Antiphonario Capituli Metropolitani Mediolanensis habetur *Benedictio ad Judicium Ferri ardentis in manu*. Scilicet qui illaesus Ferrum candens manibus retinebat, a se veritatem aut innocentiam stare ejusmodi prodigio evincebat. Qui adrebatur, certum vulgo praebebat judicium, se mentitum, aut criminis illato gravari. En quae in Rituale MSto de hujusmodi Judicio reperi.

Benedictio Ferri ad Judicium faciendum.

C **I**n primis benedicatur ignis: Domine Sanete Pater omnipotens aeterne Deus, in nomine tuo, & Filii tui Dei, & Domini nostri Jesu Christi, & Spiritus Sancti, benedicimus \ddagger , & sanctificamus ignem hunc. Adjuva nos, qui vivis & regnas, per &c. *Sequuntur Letaniae. Postea legitur Evangelium*: In illo tempore ductus est Jesus in desertum &c. *Alia benedictio*: Deus qui tribus pueris mitigastiflammam ignium, concede propitius, ut nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum, per &c. *Alia benedictio*: Deus, quem omnia opera benedicunt, quem Coeli glorificant, quaesumus te orantes, ut si-
cuit tres pueros de camino ignis incendio non solùm illaesos, sed etiam in tuis laudibus conclamantes libera-
li,

sti, ita & nos a peccatorum nexibus absolutos, a devoragine ignis eripias. Ut dum te Dominum Deum patrem benedictione laudamus, criminum flamas, operumque carnis incendia superantes, sacrificium tibi debitum fieri mereamur, per Dominum &c. *Alia*: Deus, cui noticiam nullam umquam secreta fugiunt, fidei nostrae tua bonitate resplende, & praesta, ut quisquis purgandi se gratiam hoc igni tulerit ferrum, potentiae tuae indicio vel absolvatur innocens, vel obnoxius detegatur, per &c. *Alia*: Benedic, Domine, per invocationem sanctissimi nominis tui, ad manifestandum verum Judicium tuum, hoc genus metalli, ut omni daemonum falsitate procul remotâ veritas veri Judicii manifesta hat, per &c.

Similem, nisi idem sit, Ritum subnecto. Novem aut duodecim ferrei *Vomeres* candentes substernebantur, ac super eos pedibus nudis incedere eligebat aut jubebatur, qui suam veracitatem aut innocentiam probandam susceperebat. Viator abibat, qui nullum ab igne detrimentum reportabat; victus, qui laedebaratur. In Lege Langobardica 105. Caroli Magni Part. II. Tomi II. pag. 106. Rer. Italicar. edicitur, ut qui homicidium se perpetrasse negaverit, ad novem *Vomeres* ignitos Judicio Dei examinandus accedat. Adeo vero per vulgatum erat & commendatum Ferri carentis Judicium, ut Monachi ipsi non raro ad illud in rebus dubiis appellarent. Sirmondus V. Cl. in Notis ad Epistol. 39. Lib. 3. Goffridi Vindocinensis acta controversiae inter Haimericum Vicecomitem, ac Theodoricum Sancti Albini Abbatem. Vicecomitem adiit Abbas, paratus aut calidi Ferri Judicio secun-

A dū Legem Monachorum per suum hominem probare, aut scuto & baculo iuxta Legem Saecularium defendere &c. Mabillonius quoque in Appendice ad Tom. 4. Annal. Benedictinor. num. 42. Chartam refert, in qua Monachi Majoris Monasterii ad litem dirimentam uti decreverunt *Solito carentis Ferri Judicio*. Vide quām altas radices temerarii isti mores egerrint, quando & ipsi religiosi viri in eos consentiebant, adeo ut *carentis Ferri Judicium* familiare Monachis evaserit, & veluti *Lex Monachorum* censeretur. Quod plus etiam mirere, obnoxiae fuerunt ejusmodi Judiciis Imperatrices ipsae atque Reginae, quoties in dubium revocabatur illarum honestas. Carolus Crassus Augustus Anno DCCCLXXVII. Annalista Saxone teste, Conjugi suae adulterii crimen objecit. Illa virginitatem se approbare Dei Judicio, si marito placet, aut singulari Certamine, aut ignitorum Vomerum examine affirmabat; siveque discidio, in Andelam Monasterium Ancillarum Dei in Alsacia, quod ipsa exstruerebat, Deo famulatura recessit, in quo sepulta multis miraculis praefulget. Henrici I. Augusti in Caelitum catalogum intlati Conjugera sanctam norunt omnes Cunegundem. Sed non omnibus notum est, adactam fuisse castissimam Augustam, ut a se thori violati suspicionem atque accusationem removearet, ad Judicium Vomerum suscipiendum. Rem narrat vetustissimus Auctoř Vitae ipsius apud Ludewigum Tomo primo, pag. 346 Scriptor. Bambergens. atque inter cetera scribit: *Expurgationis gratia ad Vomeres candentes illud sibi Judicium elegit, quod propter duritiam hominum institutum esse cognoscitur &c. Stupentibus & fluentibus universis, qui aderant, Vomeres*

res carentes nudo vestigio calcavit, & sine adiunctionis molestia, secura pertransiit. Ita paucis post annis, hoc est Anno MXXXIII. insimulata inhonestae consuetudinis Emma Angliae Regina apud Eduardum Regem filium innocentiam suam Ferri carentis examine probavit, super novem ignitos Vomeres in pavimento Templi paratos illaes a perambulans. Neque aliâ ratione quidam homo ingenuus, de homicidio Sigefredi Comitis incusatus, culpam a se amovit. Hoc est, carentis Ferro se expurgavit, & ex decreto Synodi post duas noctes illaesus apparuit, ut habetur in Vita Sancti Meinwerci Episcopi Paterbrunensis Cap. 99. apud Leibnitium Tomo primo Scriptor. Brunsvicensium. Neque retinere volo famosum facinus, cuius auctorem habemus Godefridum Viterbiensem Part. 17. Chronicum, ubi regestas Ottonis III. Augusti persequitur. Qum is iuxta Mutinam versatur, deperiit Augusta Conjux Comitem Urbis, & ad infanda sollicitavit. Procacem feminam repulit Comes, sibique ex ejus irâ imminere jam mortem praesentiens, conscientiam servatae fidei propriam Uxorem voluit, eique inter cetera dixit:

Tu mibi post mortem conscientia testis eris.

*Si dubium videatur eis, quod teste probabis,
Judicio Carentis eos Ferri superabas.*

Neque secus accidit. Necato Comite, quem apud maritum irata Augusta calumniata fuerat, illius Uxor intrepida Ottonem Augustum adit, & re proditâ, sese examini Ferri carentis offert, ex quo illaes a prodiit. Flammis propterea adjudicata est Im-

A peratrix, caelo auctore damnata. Evidem novi, a Pagio, Leibnitio, aliisque doctissimis Viris concordi calamo nanc inter fabulas amandari totam istam Viterbiensis narrationem, quum de ea altum silentium sit apud omnes synchronos & propiores Historicos, & jam communi sententia inter eruditos statutum sit, Ottonem III. Augustum nuptias nunquam cum ulla femina celebrasse. Attamen alibi animadvertis, & nunc repeto, Landolphum Seniorem, Historicum Mediolanensem Lib. primo, Cap. 18. Historiar. Tomo IV. Rer. Italicar. in haec verba de eodem Augusto loqui: *Erat Otto Ottonis filius Secundi a consilio conjugali, mortua Conjuge, ex qua sibi filium masculum minime genuerat, alienus. Qui quum in castitate videns per humanam fragilitatem persistere se non posse &c.* Tum pergit dicere, missum ab eo fuisse Arnulphum Mediolanensem Archiepiscopum ad Graecorum Imperatorem, ut ejus filiam sibi in uxorem peteret. Rebus humanis exemptus est Otto III. in juventutis flore Anno MII. Landolphus autem Historicus haec de eo scribebat circiter Annum MLXXXIV. Quare vides, non exiguum robur hinc accedere Godefredi Scriptoris Italici verbis. Augustae illius impudicae mortem & facinus ignominiosum satius duxerint Germanici Historici (synchronos autem unum aut duos tantum habemus) silentio tegere, quam in infamiam gentis suae, atque affinium commemorare. Quum vero adversantem secundas nuptias Landolphus Octonem exhibit, indicare etiam videtur, primas ei male cessisse. Quaeri autem posset, num præter superstitionem præstigiae quoque & doli in hujusmodi experimentacoirent. Certe cultores quoque Apollinis

pollinis in Monte Soracte, Plinio teste Lib. 7. Cap. 2. super ambustam ligni struem ambulantes, non aduri trahabantur. Quod & Vergilius scripsit Libro undecimo, versu 787. Aeneid.

--- --- --- Et medium freti pietate
per Ignem
Culteres, multa premimus vestigia
prunâ.

Id autem Varro apud Servium ab Hirpinis tentatum ait, quod medicamento plantas tingerent. De cultoribus Feromiae parem audaciam Strabo refert. Albertus quoque Magnus in Libro de Mirabilibus nos docet, quibus medicamentis in manu deferri possit ignis sine laesione deferentis. Ego fabulas suspicor. Experimentum tamen aliis dimitto. Quod certum est, diu etiam inter Fideles Christi ejusmodi Judicium locum habuit. Nam (uti auctor est Radevicus Lib. primo, Cap. 26. de Gestis Friderici) in Legibus militaribus ab ipso Friderico I. Augusto Anno MCLVIII. promulgatis, Servus culpatus, non in furto deprehensus, sequenti die expurgabit se Judicio igniti Ferri, vel dominus juramentum pro eo praestabit. Immo quod mirere, vel Anno Christi MCCCXXIX. in ipsa Mutinensi Urbe Ferri igniti experimentum perdurabat, uti fidem facit Bonifacius de Morano in Chronico Mutinensi, Tomo XI. Rer. Italicar. ubi immannem Theutonicorum militum impotentiam describit in Cives, a quibus & acciti & benevole excepti nuper antea fuerant. Aggrediebantur etiam (sunt ejus verba) Cives & Comitatines, afferendo, se eisdem pecunias mutuasse, petendo sibi satisficeri de eisdem. Et ipsi Mutinensibus dengentibus, ut rei veritas se babebat, &

A regulam (nunc Riga) ferream ignocales factam manu sumere offerebant. Quam accipiebant nullâ habita laesione ipsi Mutinenses. Theotonici sic videntes asserabant, se nolle credere fallaci probatōni hujusmodi, & hoc Arte Magica procedere asserabant.

Ad haec tenus recensita accedat Iudicium Crucis, cuius est mentio in Lege X. Langobard. Caroli Magni, Part. II. Tomi I. Rer. Italicar. pag. 95. Haec in Codice Estensi ita legitur:

De eo, qui perjurium fecerit &c. Quod si accusator contendere voluerit de ipso perjurio, stent ad Crucem. In Capitularibus quoque Regum Francorum non semel experimenti hujus mentio occurrit. Multum vero se

fatigavit eruditissimus Du-Cangius in Glossar. Latin. ut decerneret, qualis forma olim fuerit hujusce Judicij: ac denique statuit, eos, qui Crucis examen subibant, expansis in Crucis formam, sive sublatis in altum brachiis, ante Crucem in Templo stetisse certo ac definito tempore, hoc est, donec recitaretur Evangelium, aut Psalmi nonnulli. Immobiles persistentes, innocui: contra qui sustinere tandem brachia nequibant, sonantes veluti divino judicio habebantur. Hujus rei documentum protulit Dubletus ex Sandionysiano Parisiensi Archivo, illatum subinde a celeberrimo Mabillonio in Appendicem Rei Diplomaticae num. 51. Contendente

Herchenrado Episcopo Parisiensi Anno Christi DCCLXXI. contra Monasterium Placitum coram Carolo Magno Rege, ad Dei Judicium ad Crucem provocatum fuit, in quo succubuit homo Episcopi. Alterum exemplum protulit Ughellius Tomo V. in Episcop. Veronensis, nempe experimentum Anno DCCLXXXVII. Veronae factum a duobus Clericis,

qui

qui in Ecclesia Sancti Johannis Baptista ad Domum, ad Crucem steterunt. Ambo ab Introitu Missae usque ad mediam Passionem secundum Mattheum constantes persistere. Tum unus ex iis lassus in terram velut exanimis cœravit. Alter pacificus (fortasse Pacificus nomine) usque ad finem Passionis fœtit, hoc est victoriam retulit. Nulum hinc grave damnum in devictos fluxisse vides, uti in examine Ignis factum ostendimus. Ac proinde nil mirum, si Carolus Magnus in Divisione Regnorum inter filios suos, Tomo primo, pag. 444. Capitularium, *Judicium Crucis* telegerit, ad definiendas in posterum controversias, quae inter eosdem suborirentur, nec emquam pro tali causa cœnabili generis pugna vel campus ad examinationem judicetur. Erit mihi infra in peculiari Dissertatione sermo de campo, hoc est de *Duello*.

Interea Judiciorum seriem ab solvam, famosissimum præ ceteris referens illud, quod *transitus per Ignem* mihi appellabitur. Ejus vestigia ante Annum a Christo nato Millestimum in Occidente non invenio. At Cedrenus sub Anastasio Imperatore circiter Annum DVI. auctor est, Episcopum Orthodoxum Ariano hanc in Oriente obtulisse conditionem, ut per Ignem, cuius esset Fides verior, probaretur. Recusante facere Ariano, Orthodoxus intrans per ignem, illæsus exivit. A Graecis, ut reor, didicere Itali post aliquot Secula ejusmodi experimento uti ad Religionis tutelam, ac præcipue ad convincendos Episcopos Simoniae accusatos. Celeberimus hac de causa evasit Petrus cognomento *Igneus*, Vallumbrosani Coenobii Monachus, dignus qui postea sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis & Episcopus Albanensis renun-

Tom. VIII.

A tiaretur. Contendente Populi Florentini parte, *Theuzonem Episcopum* simoniace Episcopalem cathedralm sibi quaesuisse, gemina lignorum strues, Sancti Johannis Gualberti Abbatis jussu, Anno MLXVII. paucis a Florentia passuum millibus paratur, reliqua in medio semitâ unius brachii, per quam homo transire posset. Ardentem rogum Petrus intrepidus intrat, illæsus inter flamas pertransit, & Episcopum hoc prodigo veleti caelesti voce convictum extrudendum ostendit. Rem fuse narrant Acta Sancti Johannis Gualberti, Johannes Villanius, Baronius, Ughellius, & alii. Neque minori famae celebritate per Italiam insonuit, *Judicium Ignis*, quod Liprandus Presbyter Mediolanensis Anno MCII. subiit, ut evinceret, Grossulanum, sive Chrysolam Archiepiscopum per Simoniam in Mediolanensem Cathedram insiliisse. Habet narrationem in Histor. Mediolanensi Landulphi junioris Cap. decimo, pag. 481. Tomi V. Rer. Italicar. quam consulere potes. Attamen non tam prospere res illa processit, ut integra fides prodigo accederet. Nam uti Landulphus in ejus excusationem scribit, quia ignis manum Presbyteri, in projiciendo aquam & incensum super ignem, laesis; & quia pes equi Johannis de Rhaude nudum Presbyteri pedem de igne exeruntis dure calcavit: turba tristis de casu & ruina Grossolani, in Presbyterum & ejus legem post paucos dies scandalizavit &c. Ambiguo pariter similique successu a Petro Bartholomeo rudi Clerico tentata est *Ignis* fortuna in expeditione Hierosolymitana Anno MXCVIII. ut Lanceam a se inventam Antiochiae probaret illam esse, quae latus Salvatoris nostri aperuerat. Per Ignem transiit,

K

inquit

inquit Willelmus Tyrensis Lib. 7. Cap. 18. Histor. quantum Populo videbatur, illaeſus. Verum res in dubium paulo post versa eſt. Nam ille idem infra paucos dies vitam deceſſit. Cujus accelerati obitus occaſionem, quum homo sanus & vitalis prius videretur, quidam afferebant tentatum incendium. Alii vero dicebant, quod ab incendio sanus evaſerat & incolunis: sed egressum ab igne turbae cauſa devotionis irruentes oppreſſerant & contriverant. Richardus Cluniacensis, cujus Historiam in hoc ipſo Opere euulgabo infra, addit: Populus volens eum tangere, vel de vestimento ejus aliquid accipere, fecerunt tria vel quatuor vulnera in ejus cruribus, abſcidentes de carne, & pinnam dorſi ejus confringentes, crepuerunt eam. Quod ego vehementius obſtupesco, quum deinde per aliquot Secula intentatum fuſſet immane hoc experimentum, sub finem Seculi XV. idem rursus propositum fuit a viris quidem religiosis Florentiae; immo & in illud conſenserat Hieronymus Savonarola, vir pietate non minus quam doctrinā celeberrimus adhuc. Cur peractum reapse non fuerit, Nardius, Johanes Franciscus Picus, atque alii Historici tradidere.

Juvat nunc exclamare: oh miſeram hominum conditionem, quanto-
pere, quam ſaepe te prodiſ! & quanto
opinionum impetu in abrupta, ti-
bique pernicioſa interdum raperis!
Erant haec olim in usu, ubique
commendabantur: neque dubitabant
vulgares homines, quin ad huiusmo-
di Judicia confluueret peculiaris qua-
dam occulta Dei virtus. Et nihilominus
perſpicere majores quoque noſtri
poterant experimentis iis tentari
Deum, & plane dedecere cum Nu-
minis dignitatem, tum exilitatem

A nostram, velle quodammodo cogere Deum ad patranda miracula ad arbitrium nostrum, & pro levibus plerumque cauſis. Gratulandum autem Seculis nostris, quod hiſce morbis minime laboramus; nam illorum ſemina jamdiu praecifa fuere Romano-rum Pontificum & Ecclesiæ decreto. Aventinus Lib. 4. Annalium Bojorum haec ipſa Judicia olim uſi-
tata deſcribit, eorumque formam re-
fert. Tum in haec verba erumpit:
Atque haec tantum abſuit, ut impia
iudicarentur, ut sanctissimos Pontifices,
Principes Christianissimos, viros atque
feminas ſacratas, uſurpasse iſtas purga-
di ceremonias inueniam. Illud tum e-
ras ſapere, fidem Deo habere, omnem
ſpem in ipſo collocare. Nostro Saeculo
nihil minus. Quidque nihil aliud eſt,
quam delirare, Deumque immortalem i-
ritando ad irecundiam provocare. Solet
id factum, ut video, diversis aetatis-
bris pietatis, alibi erroris nomen acci-
peſe. Ita ille: cui tamen reponitum ve-
lim, iſta quidem vetustis temporibus
uſurpata paſſim fuſſe, sed nunquam
calculo Romanae Ecclesiæ probata;
neque defuſſe inter ipſos Christianos,
qui ejusmodi Judicia aversarentur at-
que damnarent. Propterea Vulgaris
appellata ſunt, ideſt a vulgo adin-
venta, non autem recepta ab uni-
versali Ecclesia. Nam eti Conſilia
quaedam Germanica, ac praecipue
Triburiense Anno DCCXCV. ab
Episcopis XXII. celebratum, fervent-
iis Aquae, & Ferri candentis purga-
tionem in casibus dubiis amplexa
ſuerint, in eandem tamen Discipli-
nam minime reliquas Ecclesiæ con-
ſenſiſſe reperimus. Disciplinam, in-
quam; neque enim haec ad Dogma
pertinent. Immo ante Patres Tribu-
riensēs Agobardus Archiepiscopus
Lugdunensis, vir doctissimus, Li-
brum

brum ediderat contra damnabilem opinionem putantium divini Judicis veritatem igne, vel aquis, vel conflitu armorum patefieri. Quem Librum Massonius, ac deinde Baluzius evulgaverunt. Ipso autem testante, videntur taxat homines nominabant ista Judicium Dei. Eadem repetit in Libro adversus Legem Gundobadi, scribens: Non oportet, mentem fidem fideliter spicari, quod omnipotens Deus occulta hominum in praesenti vita per Aquam calidam, aut Ferrum revelari velit: quanto minus per crudelias certamina? A gratiano quoque Causa 2. Quaest. f. c. consuliisti, Stephano V. Papae Epistola tribuitur ad Lambertum Episcopum Moguntinum, in quo haec verba: Nam Ferri candentis, vel Aquae ferventis examinatione confessionem extorqueri a quolibet, sacri non censent Canones; & quod Sanctorum Patrum documento sanctum non est, superstitione ad inventione non est presumendum. Ita alii Romani Pontifices, quorum sententias habes in Decretal. Gregorii IX. Papae, Lib. V. Tit. de Purgatione vulgari. Ivo Carnotensis, atque alii, in pravas hujusmodi conuentudines insurrexere, easque abrogarunt. Longe vero antea desit examen Crucis. Interdictum quippe fuit a Ludovico Pio, sive ab ejus filio Lothario I., ut habetur in Lege 90. Langobard. ejusdem Lotharii, hisce verbis: Statutum est, ut nullus deinceps quamlibet examinationem Crucis facere presumat, ne Christi Passio, quae glorifica est, cuiuslibet temeritate contemni habeatur. Reverentia ergo Dominicae Passionis facile Populo persuasit, ut ab hujusmodi experimento abstinerent. Johannes Ferrandus in Disquisitione Reliquiar. Lib. 2. Cap. 3. opinatur, praelaudata Lege interdictam quoque fuisse eorum audacem

A pietatem, qui lignum Crucis sanctae fidei oblatum, exploraturi an verum, falsumve foret, illud in ignem conjiciebant, veneraturi postea, si illaceum inde extraheretur. Verum id a mente Principis alienum fuisse puto: aliud enim est examinatio Crucis, aliud examinatio Ligni Crucis.

B Sustulit quoque Ludovicus Pius Augustus Aquae frigidae Judicium in Capitularibus. Et Lotharius illius filius in Lege Langobard. 55. Part. II. Tomi I. Rer. Italicar. pag. 143. edixit, ut examen Aquae frigidae, quod hactenus faciebant, a Missis nostris interdicatur, ne ulterius fiat. Verum id perinde mihi est, ac nihil interdixisse, quando ii ipsi Imperatores liberum alibi dimisere cursum aliis, ut ajebant, Judiciis Dei, hoc est, Aquae ferventis, Ferri candentis, & Monomachiae. Suspicio ego potius, Aquae frigidae experimentum ab iis interdictum, non quod tentatio Dei revera crederetur ab ipsis, sed quod ad illudendos homines excogitatum videretur, quum per illud innocentes reputarentur, qui in Aquam demissi mergebantur: quo quid facilius? Ceterum ne tunc quidem, neque postea, abrogatum puta Judicium istud. Ejus exempla bene multa Saeculum etiam Vulgaris Epochae Undecimum suppeditat, quae a congerendo nunc abstineo, ne cui sim toedio. Reticere tamen nequeo, quod habet Ughellius in catalogo Baren-
C sium Archiepiscoporum, hoc est pa-
D eta inita inter Rogerium I. Siciliae Regem, & Cives Barenses Anno MCII. Indictione X. Ita scriptum ab Ughellio: sed parum castigate. Scri-
E bendum quippe fuit Anno MCXXXII. Indictione X. Illic enim diserte Rogerius appellatur Siciliae & Italiae (hoc est Apuliae) Rex magnificus:

quem titulum circiter ea tempora is arripuit. Et Anno quidem MCXXXII. Rogerius, teste Anonymo Casinensi, potitus est Barense Civitate. Immo eodem Anno, ut auctor est Falco Beneventanus, Populum illum vacillantem in fide recepit, nolensque eum exacerbare, quibusdam eorum positionibus, prudenti consilio usus, consensit. Leguntur autem in Charta Ughelliana haec verba: *Quod si Dominus Rex Tanredo filio suo, vel alii filiorum ejus, Civitatem Barum dederit &c.* Atque hinc emendandus Rochus Pirrus, celeberrimus alioqui Scriptor Siculus, qui in Chronologia Regum Siciliae, enumerans filios Rogerii I. Regis, non solum non agnovid, sed rejecit Tancrenum, inquiens: *Addunt nonnulli male Tancrenum Bari Principem.* Atqui in praememorata Charta disertissime commemoratur Tancredus Rogerii filius. Accedat & Alexander Abbas Telesinus, qui Cap. postremo Libror. de Gest. Rogerii, Tomo V. Rer. Italicar. de ipso Rege circiter Annum MCXXXV. haec adnotavit: *Duos liberos suos ad Militiam promovit, Rogerium scilicet Ducem, & Tancrenum Barensem Principem.* Ac proinde tum apud Pirrum, tum in Arbore Genealogica praepositâ a Suritâ His-

A riae Gaufredi Malaterrae, in eodem Tomo V. Rer. Italicar. addendus est Tancredus iste, cuius etiam non semel mentionem fecit Romualdus Salernitanus in Chronico Tomo VII. Rer. Italicarum, ac praeceps ad Annum MCXXX. Mirum certe, quei hec cespitaverit Rocchus Pirrus, qui etiam fallitur, quum Amphysum alterum Rogerii filium recensens, subdit: *quem falso Alphonsum appellat Surita.* Immo nihil aliud fuit Ansus, Ansens, & Ansensus aupd Hispanos, quam Alphonsus. Rem exploratam nihil opus est exemplis confirmare. Redeo ad paëta Barensum, ubi Rogerius haec pollicitus dicitur: *Ferrum cacavum, pugnam, aquam vobis non judicabit, vel judicari faciet.* Scribe: *Ferrum, cacavum, hoc est, caca-
bum sive Caldarium &c.* Idest: Barenenses nunquam compellet ad subeundum Judicium Ferri candardis, Aquae ferventis, Monomachiae, & Aquae Frigidae. Ex his intelligis, Anno MCXXXII. nondum sublatam fuisse prorsus ejusmodi Judiciorum consuetudinem, quandoquidem Barensis Populus se ab iis immunem cupit. Verum par est credere, non diutius illa stetisse: illorum enim exempla Seculo subsequenti nequaquam occurrunt.

DE DUELLO,
EJUSQUE ORIGINE
A C U S U.

DISSERTATIO
TRIGESIMANONA,

ОДНАКО ВЪ
ИМПЕРИЮ ПОСУЩИ
СОВЪДИЛ
БІЛУЧАНІЯ СІДІЛ
АЛІОНІАМІСІЛІТ

DISSESTITO

TRIGESIMANONA.



Nter Judicia Dei, ut olim ajebant, postremum locum Monomachiis servavi. Quod argumentum etsi protatum jam sit, & doctorum hominum, ac praecipue Italicorum, calamo illustratum, de me tamen, neque injuriā, conquereretur, si eum ego insalutatum dimitterem, dum reliquos antiquorum mores oratione persequor. Ejus originem fuere qui retulerunt ad vetustissima Graecorum atque Latinorum tempora. Alii a Langobardis derivarunt. Certe singularis Certaminis exempla refert Poëtarum, quos habemus, vetustissimus Homerus, ut sacras Historias praeteream, atque Romanas. Retice re tamen non possum, quae Livius Lib. 28. Cap. 21. Histor. contigisse narrat Scipioni, dum Carthaginem in Hispanicam Urbem rediisset, gladiatoriī spectaculi edendi causā. Non illud, inquit Livius, vīle ac vīnale. Voluntaria omnis & gratuita opera pugnantium fuit. Nam aliī missi ab Regalis sunt ad specimen insitae genti virtutis ostendendum. Alii ipsi profissi se pugnaturos in gratiam Dūcis. Alios aemulatio & certamen, ut provocarent, provocatique haud abnuerent, traxit. Quidam quas disceptando finire

A nequiviverant, aut noluerant, pæsto inter se, ut victorem res sequeretur, ferro docreverunt. Tum narrare pergit Livius, inter ceteros Corbim & Orsuam, patruelles fratres, de principatu Civitatis, quam Iberm vocabant, ambigentes, ferro se certaturos, nec alium Deorum hominumve, quam Martem se Judicem habituros, professos, in arenam descendisse: quorum alter a fortiore superatus cecidit. Vellejus quoque Paterculus Lib. 2. Histor. sub Tiberio Augusto scribebat, Germanos Quintilio Varo gratias egisse, quod lues Romanā justitiā finiret, & solita armis discerni, jure terminarentur. Haec, fateor, Duellorum non obscura, ne dicam certa, vestigia sunt. Attamen quod in praesentia quaerimus, nondum satis Certamen, de quo agimus, nobis exhibent. Antiquissima certe sunt singularia Certamina, & prope est ut dicam, cum iracundia & furore hominum, ac proinde cum ipso terrarum Orbe nata; sed illis temporibus non eo titulo suscipiebantur, quo Secula Christianorum uti consuevere. Ethnismo regnante ad singularem pugnam prodibant privati homines aut cupiditate laudis, ut fortitudinem suam testatam facerent; aut rabie ur gente, ut quando aemulum sive inimicum, sive in lite adversarium, aliter dejicere ac vincere non possent, viri-

viribus & armis odiorum ac litigiorum finem committerent. At Duella, de quibus nunc mihi sermo est, ea intelligo, quae olim duo aut plures singulares adversarii inter se constituebant, quoties occultum aliquod crimen aut purgare, aut confirmare certis indiciis ac rationibus nequibant, eâ persuasione imbuti, fore ut Deus veritatis ac innocentiae vindicta melioris caussae patrono victoriam decerneret. Propterea ipsum quoque Duellum inter *Judicia Dei* passim recensebatur. Quando haec opinio emerserit inter Christianae Fidei professores, incertum duco. Illud certum, ejus originem, & exordia Duelli, perperam Langobardorum genti tributa fuisse. Nam aequa ac illi, ceterae Septentrionis Nationes, in Italiam, Galliam, Britanniam olim prolapsae, usum singularis Certaminis secum ad vexere, & singulæ familiarem habuerunt atque probarunt. Primus autem, qui barbaro ac pessimo ritui auctoritatem Lege latâ conciliasse videtur, is fuit Gundobodus Burgundionum Rex, *Haereticus Arrianus*, qui inlustri Galliae parte potitus, Anno Christianae Epochæ DIX. nunquam ejurato errore suo finem vivendi fecit. Prostant ejus Leges, in quibus Tit. 35. statuit, ut si quis iusjurandum oblatum rejiciens, adversarium suum veritatis fiducia armis dixerit posse convinci, pugnandi licentia non negetur. Non is profectò Monomachiae, tanquam Judicii sub Dei oculis faciendi, institutor; sed tantummodo propagator dicendus. Nam, ut habet Sanctus Agobardus Lugdunensis Archiepiscopus Cap. 13. Libri contra Gundobadi Legem, Seculo IX. conscripti, quum improbabet Beatus Avitus Viennensis Episcopus ejusmodi certamina, respondebat idem

A Gundobadus: *Quid est, quod inter Regna & Gentes, vel etiam inter personas saepe singulas, dirimendae proeliis caussae divino Judicio committuntur: & ei maxime pari, cui justitia competit, victoria succedit?* Haec negabat constantissime Sanctus Avitus; immo reponebat: *Saepe, ut cernimus, pars aut iuste tenens, aut juxta depositens, laborat in proeliis, & praevalet in quaes partis vel superior fortitudo, vel furtiva subreptio.* En quammature in barbaricam & impiam consuetudinem Sancti Viri insurrexerint. Verum ii surdis caneabant.

B Itaque tam prospero successu pervasit Duellorum usus per universum Septentrionem, ut nulla ferme gens ibi fuerit, quae non solam armis dubias lites dirimeret, sed etiam publico decreto veluti legitimum morem confirmaret. Proinde ejus non semel mentio in Legibus Alamannorum, Bajuvariorum, Langobardorum, Danorum, & Francorum. Gothos olim a Duello aversos inveni: nam Theodericus apud Cassiodorium Lib. 3. Epistol. 24. ad Barbaros & Romanos per Pannoniam Sirmensem constitutos scribens: *Cur, inquit, ad Monomachiam recurritis, qui venalem Judicem non habetis? Imitamini Gothes nostros, qui foris proelia, intus norunt exercere modestiam.* Neque in Legibus Visigothorum Hispaniæ potitorum, mentionem Duelli inspicio. Subsequitis tamen temporibus prava consuetudo apud ipsos quoque invaluit. Sed in primis Langobardi certarunt usu Duelli. Auctor est Paullus Diaconus Lib. 4. Cap. 49. de Gest. Langobardor. Gundibergam Rodoaldi Regis uxorem, de criminè adulterii apud virum accusatam fuisse. Tunc proprius ejus Servus, Catellus nomine, a Rege expertus, ut cum eo, qui Reginae cri-

men ingefferat, pro castitate suae Dominae Monomachia dimicaret. Qui dum cum criminatore illo singulare certamen iniisset, cuncto Populo astante, superavit. Regina vero post hoc factum ad dignitatem pristinam rediit. Nempe firmâ persuasione tenebantur, victori Deum fuisse opitulatum, ut innocentiam aut veritatem tueretur. Vides heic Servum Duello contendisse. Id certe rarum: sed venia Principis accedit. Quod tamea ad decus Langobardicae gentis non omissendum est, Liutprandus Rex, quamvis & ipse Duella suis in Legibus quodammodo probarit, fassus est tamen, id se Necesse compellum egisse, quum securus agere nequiret, & Consuetudinem, quae nimis inoleverat, e Populo suo eradicare supra vires suas esset. Quibus verbis ille satis aperte professus est, se non ignorare, quâm immerto inter Judicia Dei referrentur ejusmodi pugnae, quum saepe in iis innocentes succumberent. *Quia* (inquit ille Lib. 6. Lege 65. atque ego temperare mihi non possum, quin repeatam) incerti sumus de *Judicio D:i*, & multos audivimus per pugnam sine justa causa suam causam perdidisse. Sed propter Consuetudinem gentis nostrae Langobardorum Legem impian vetare non possumus. In notis tamen ad eamdem Legem Part. II. Tomi I. Rer. Italic. animadverte, antiquos Codices heic habere ipsam non verò impian, ut praefuerunt vulgares editiones. Liutprandus enim inane quidem ac infidum Judicium arbitratus est ejusmodi pugnas; at non ed usque progressus est, ut impium simul judicaret. Cur verò tantâ animi contentione amplexi fuerint atque usurparint olim Germanici Populi Duellorum usum supra cetera vulgaria tentamenta divini Judicii, hoc in causa mihi fuis-

A se videtur. Ut enim nunc, ita & antiquissimis temporibus, immo longe acrius tunc, quâm tempestate nostrâ, statuebant Germani, Tacito etiam teste, potiorem gloriae partem in fortitudine, in bello, in caedibus. Singularium Certaminum spectacula non tam experimentum erant, ut putabatur, divinae sententiae, quâm propriae virtutis, sive, ut certius loquar, suarum virium & militaris industriae. Victorem sequebatur laus & claritas nominis, & existimatio ingens apud Principes; neque minor apud feminas. Dulce quoque fuit, manibus propriis vindictam sumere posse de adversario, aut ei vitam precanti generose concedere. Uno verbo: cum inani persuasione Numinis ad eas pugnas peculiari modo currentis, tot alii affectus rationesque conjungebantur, ut nihil mirum videri possit, si tam pertinaci studio & randi, immo paene ad nostra usque tempora, hujusmodi barbaricus ritus perdurarit.

B D E

Age vero, quando mihi contigit evulgare Ermoldi Nigelli Poëma magni faciendum, de Reb. gest. Ludovici Pii Augusti, Part. II. Tomi II. Rer. Italicar. atque is nobis pictum reliquit singulare Certamen, initum coram ipso Augusto inter Beram sive Beronem Comitem Barchinonensem, & Sanilonem, qui eum perfidiae erga Regem insimularat: juvat nunc ab ipso Auctore Synchroно accipere, quo ritu pugna tunc peracta fuerit. Uterque Gothicæ nationis erat. Sat prodit Ermoldus, in more fuisse Francis, pedites ad Certamen procedere, neque aliis armis pugnare, quâm quibus per Legem licebat; Gothorum vero fuisse, insidentes equis certare, & propriis armis uti, hastâ videlicet, scuto, & gladio. Nam Bero a Caesare petiit:

L

More

*More tamen nostro licet residere caballum,
Armaque ferre mea.*

Negavit Ludovicus, &c rem peragendam decrevit *more Francorum*; quamquam postea ab eorum precibus vietus indulxit, ut secundum Gothicæ gentis ritum dimicarent. Praeterea tradit Ermoldus, nonnisi veniâ ab Augusto factâ suscepsum suisse judicium pugnae. Ipse vero, ut erat supra omnes mitis & pius, antequam in campum prodirent, plurimum operae posuit, ut illorum litem componeret, veniam pollicitus fatenti crimen. At illi in proposito constantes pugnam praetulerunt. Anno DCCC-XX. in Aquisgranensi Urbe spectaculum Populo praebuere ambo isti pugiles. Describitur autem a saepe laudato Poëta locus, ubi Certamen editum est. Ponè sequebatur Regionum famulorum turba, ut si quem cadere percussum viderent, e manibus victoris vivum eriperent:

*Ut si quis socium gladio percusserit,
illi*

*More pio eripiant; mortis ab ore
trahant.*

Tum succedebant (quod maxime animadvertisendum) qui feretrum secum adducebant, ut si quem inter vulnera vita desereret, illum continuo efferrent:

*Mox Gundoldus adebat, feretrum de
more paratum*

*Ducere postque jubet, ut fuerat
solitus.*

In nonnullis Germaniae locis, unde infana Duelli licentia nondum passa est se evelli, sunt qui mihi narrant, perseverare adhuc morem deferendi feretri ad certaminis campum, ne in

A pugna consossis tarda sit sepulturae quies. Signo deinde inchoandae pugnae ab Imperatore dato, concurrunt aemuli:

Arte novâ, Francis antea nota minus.

Quae verba rursus indicant, nequam consuevisse Francos equestri pugnâ suas lites dirimere, sed quidem pedestri, atque aliis armis. Res acta primùm hastis; tum iis fractis successere enses. Itus tandem Bera succubuit, & culpam fassus, a Regiis famulis neci eripitur. Haec Ermoldus.

Mitius autem in singulare Certamine processere olim Franci; plerumque enim, Legibus ita statuentibus, Scuto tantum, ac Fuste, sive baculo, armati inter se pugnabant. In Lege Langobardorum 66. Caroli Magni, Part. II. Tomi I. Rer. Italicar. Melius visum est, ut in campo cum Fustibus pariter contendant, quam perjurium perpetretur. Rursus in Lege III. Ludovici Pii: *Eligantur duo ex ipsis, id est ex utraque parte unus, qui cum Scutis & Fustibus in campo decertent, utra pars falsitatem vel veritatem suo testimonio conseqvatetur.* Quid plura? Lotharius I. in Lege Langobard. 31. ita decernit: *Quibuscumque per Legem propter aliquam contentionem pugna fuerit judicata, praeter de infidelitate Regis, cum Fustibus & Scutis pugnant, sicut in Capitulare Dominico prius constitutum est.* Itaque raro, immo perquam raro accidebat, ut quisquam certando occumberet. In Antiquitat. Estensib. pag. 152. Par. I. Cap. 16. Placitum evulgavi, habitum Anno DCCCCLXXI. ubi Viventius Advocatus Presbyterorum ait: *Ecce me paratum cum Evangelia, & Scuto & Fuste, eadem punna faciendum.* Ita illis temporibus. Diu etiam Patavii perdurasse

durasse hunc morem testatur Anonymus Auctor, cuius Tractatum MStum de Generatione aliquorum Civium Urbis Paduae possideo. Ibi haec leguntur: **Cavacii fuerunt divites Populares tempore Ezerini de Romano in Vico Sancti Urbani, qui ante exsisterant Campiones bellorum. Talis enim erat Antiquorum consuetudo.** Si duo Nobiles aut potentes homines inter se homicidium commisissent, utraque pars inveniebat sibi unum Campionem pretio; & ordinata die bi duo Campiones intra stangatum, quod juxta Portam Baranelli erat ordinatum, possebatur, & cladebantur armati clypeis, baculis, & maschariis de ligno (id est larvati incedebant ejusmodi Campiones: cuius ritus vestigium nusquam alibi mihi occurrit). Et ille, cuius **Campio bellum sustinere non poterat, condemnabatur in certa pecuniae quantitate Communi Paduae persolvenda.** Sed longe atrociores scaenas videlicet Saecula subsequa. Non fustibus, sed armis funestissimis, a gente, ut ita dicam, furente res peragebatur. Ceterum antiquitus homini, qui vinctus in certamine cadebat, propter perjurium, quod ante pugnam commiserat, dextera manus amputabatur: quam tamen poenam quisque pretio persoluto redimere consuevit. Scilicet non solum, ut in Lege XVII. Lib. 6. Liutprandi habetur, praemittendum provocanti erat jusjurandum, se pugnam non aucto animo obtulisse; sed etiam uterque litigator antea jurabat, se pro una veritate certaturum, ut habes in Formulis antiquis ad Leges Langobardor. Ortonis II. Part. II. Tomi I. Rer. Italicar. Vinctus vero e vestigio censebatur pro falsitate in arenam descendisse. At ubi condicita erat pugna, quam (inquit Regino Lib. 2. Cap. 77. de Eccles. Discipl.) nostri Campum vocant, utraque pars

A Wadiam dare cogebatur, hoc est fidjussorem, sive pignus exhibere de pugna reapse peragenda, ne fine poena recedere ex obligatione ei postea liceret. Tanta autem fuit divini patrocinii spes in abominandis hisce certaminibus, ut Johanne Satisbriensi in Epistol. 169. aliisque testibus, certaturi noctem praecedentem ducerent insomnem in Templo ad tumulura alicujus Sancti, ut eum in agone propitium experirentur. Neque tamen cogitandum, antiquis temporibus licuisse cuicumque ad arbitrium suum, & pro quacumque caussa, pugnam offerre atque suscipere: quod effrenata licentia posteriorum Seculorum invexit. Paucae erant caussae, eaeque a Legibus praescriptae, pro quibus, quum dubia lis erat, ad arma se convertere licuit; in ceteris nefas fuit. Hasce caussas, quae tamen ubique semper nequaquam eadem fuere, enumeratas vide ab Alciato, Fausto de Longiano, Lando, aliisque Italicis Scriptoribus de Duello. Eisdem quoque recenset Du-Canius ex Bellomanorio. Ego ab iis referendis abstineo, ne nimius sim; praeterquamquod in Additamentis ad Langobardicas Leges pag. 163. Part. II. Tomi I. Rer. Italicar. jandiu evulgavi intentiones, unde per Leges potest baberi pugna.

Quod praecipue in hoc argumento considerandum est, ut humanarum mentium infirmitas hinc etiam luculentius appareat, erant certe vel antiquis temporibus, qui fera hujusmodi atque insana spectacula improbabant, eaque divinis adversari Legibus contendebant: inter quos praeferunt effulsi Agobardus Lugdunensis Antistes sub Ludovico Pio Augusto in Lib. adversus Legem Gundobadi. Instabat ille, ut Duelli usus

e Lugdunensi provincia auferretur. Inquit enim Cap. 7. Frequenter non solum valentes viribus, sed etiam infirmi & senes laceffuntur ad certamen & pugnam, etiam pro vilissimis rebus. Quibus feralibus certaminibus consingunt homicidia injusta, & crudeles ac perversi eventus judiciorum non sine amissione Fidei, & Caritatis, ac Pietatis, dum putant Deum illi adesse, qui potuerit fratrem suum superare, & in profundum miseriarum dejicere. Infra addit: Talia certamina vehementer contraria sunt Simplicitati & Pietati Christianae, & doctrinae Evangelicae nimis adversa &c. Neque secus sensit Nicolaus I. Romanus Pontifex in causa Lotharii Regis ac Theotbergae Epistol. quinquagesimâ. Vide Gratianum Dist. 2. Quaest. 4. Ac deinde Atto Vercellensis Episcopus in Libello de Pressur. Eccles. apud Dacherium in Spicilegio, haec scribebat circiter Annum Christi DCCCCXLV. Si aliquis Milium Sacerdotes Dei in criminis pulsaverit, per pugnam hoc singulari certamine ajunt discernendum. Sed istud iudicium quorundam Laicorum solummodo est, quod nec ipsis etiam omnino approbatur. Nam saepe innocentes vici, necentes vero videntur in tali iudicio esse videntur. Aliis testibus parco. Attamen dissimulare nolim, ita olim invaluisse iniquum morem, ut non duntaxat rude vulgus, sed etiam Principes ipsi passim, immo & ipsi Ecclesiastici viri, sive permittendo, sive probando, singularia Certamina foverent, suoque exemplo veluti sacrarent. Sed potissimum reserata sunt claustra abominandis hisce pugnis in Italia sub Germanis Augustis. Vigente Franco- rum Imperio, Duellum, sive campo contendere, ut ajebant, toleratum potius quam imperatum videbatur. Ve-

A rùm siste tibi Ottonis II. Caesaris Leges inter Langobardicas Part. II. Tomi I. Rer. Italicar. Ibi, si contentio fuerit de quibusdam casibus, ut per pugnam decernatur, edicit, jubet, praecipit Imperator. Proinde mirum in modum crevit exinde in Italico Populo Duellorum seges atque licentia. Quod etiam dolendum, minime corruptelae huic oblistebant Episcopi, immo suffragio suo vim tanto morbo addidisse putandi sunt. Leges quoque promulgavit Italicae genti observandas, & Langobardicis additas, Henricus inter Augustos Primus, quem Caelitum catalogo additum adhuc veneramus. Ibi pariter decernitur, ut per pugnam Homicidia dubia purgentur. Leges vero testatur piissimus Caesar se edidisse in Regni Comitiis, attestacione laudis quamplurium nobis adstantium fidelium Archiepiscoporum, Mediolanensis videlicet, & Ravennensis, sive Treverensis, Episcoporum quoque Transburgensis, Placentini, Cumani, Vercellensis, Parmensis &c. Suas quoque Leges Duellum praecipientes statuerat Otto II. in Veronenibus Comitiis Anno DCCCLXXXIII. consentientibus omnibus Italiae Proceribus, adeoque ipsis etiam Episcopis. Quamobrem nil mirum, si in monumentis antiquitatis tam saepe nobis occurrant Canonici & Clerici, Abbes & Monachi, ipsaeque Sanctiones aut pugnam in litibus offerentes, aut in eamdem oblatam consentientes. Pro Curte Statione, quae nunc Angleria ad Verbanum Lacum appellatur, alteratio oborta est inter Berengarium & Hugonem Comitem, & Eufrasiam Abbatissam Parthenonis Ticinensis Sancti Felicis. Litem diremit pugna peracta in Papiensi Palatio ante præsentiam Henrici I. Augusti supra laudati; & victoria stetit,

stetit, divina auxiliante gratia, pugnanti pro sacris Virginibus. En tabulas rei testes: hoc est, Diploma ejusdem Augusti, ex Archivo Monasterii illius olim a me descriptum.

A Praeferebat pergamena notas omnes authentici sive autographi Privilegii: sed prava Latinitas anticipitem me in ea sententia reliquit.

Confirmatio omnium Privilegiorum & jurium facta ab Henrico I. Imperatore Parthenoni Sancti Felicis Ticinensis, quod appellatur Monasterium Reginae, Anno Christi 1014.



IN nomine Sancte & individue Trinitatis. Hincus divina favente gratia Romanorum Imperator Augustus. Omnium fidelium nostrorumque tam presentium quam & futurorum noscas industria, quod concedimus atque confirmamus pro anime nostre remedio Monasterio Sancti Salvatoris, quod dicitur Regine, medietatem de duabus paribus tam de Castellis quam de Curtis seu Villis, cum aldiis utriusque sexus, atque cum omnibus pertinentiis, nemina quoram bec sunt: Coronate, Castrenovo, Radea; item Coronate, & Castro-Insula, que nominatur Majore, infra Laco Majore; Lexa, Valle, Summorio, Mzanuga, Villa Bulgari, Colonaco, Schiare, Passeriano, Verdevio, Vedusculo, Salimputeo, Tricio, Comisa, Ambreciaco, Ambeciaco, Bugenaco, Bessonaco, Curunas, Terrentissi, Vigneria, Pinisi, Morenise, Fanigase, Bibliano, Sporoaria, Strixia, Bavena, Cariciano, Leocarni, Terucia de duabus porcionis, medietatem scilicet de casis & tribus Capellis, que sunt consecrate, una in honore Dei & Domini Salvatoris, alia in honore Sancte Dei Genereticis Marie, tercia in honore Sancti Romani, cum Curtibus vel ortibus seu pudieis ibi habentibus, que videntur esse in Civitate Papia tam ad locum, ubi dicitur Monasterio Bernardi, quamque in reli-

B quis locis infra predictam Civitatem. Item alia Curte, que dicitur Stasziona, seu Castelli, & Paniano cum servis & aldiis utriusque sexus, que omnia dedit Domino Ottoni Tercio Imperatori Liutfredus Terdonensis Episcopus, & idem Dominus Imperator pro anime sue remedio concessit precepto prefato Monasterio. Sed eo defuncto invaserunt Berengarius & Hugo Comes, quos ante nostri presentiam per Pugnam devicit, divina auxiliante gracia, in Papieni Palacio prefatum Monasterium, Eufraxia Abbaptissa ei studente providentie. Necnon etiam cum his concedimus illi & alias Cortes & Villas, quas a nostris Predecessoribus precepsali securitate, vel alici modo adquisivit, videlicet: Meroni, Villa Regine, Panariana, Caluliani, Suaiche, Ginasco, Luliaco, in Placentia Capella, que est consecrata in honore Dei & Domini Salvatoris, cum omnibus suis pertinentiis: Cimiliano, Merogia, Manonate, Gislaringo cum Capella, que est consecrata in honore Sancti Desiderii: Ciano, Montecalvo, Poliano, Zurringo, Belba, Wida, Luciano, Vedori, Quintinari, Ercinasco, Roguelo, Vicosuave, Petroniate, Nisiaca, Valcinasca, Calvonigo, Fenile, Durvento, dido, Senna, in Montemalo Capella una, que est consecrata in honore Sancti Petri, cum omnibus rebus suis. Quapropter notum sit Catholicon Fidelium, quod si quis violator

lator hujus Precepti extiterit, quod minime credimus, prenoscat, se compositum auri purissimi Libras centum, medietatem Regie Camere, & meaetatem Monasterio jano dicto, & insuper ana-

A thematis jaculo damnandum veteri a: novi Testamenti. Es ut hujus Precepti pagina inconvulsa permaneat manu propria roborantes, nostri Sigilli eam insigniri precepimus.



Signum Domni Henrici serenissimi

& invictissimi Imperatoris Augusti.

Heinricus Cancellarius vice Everardi Episcopi & Archicapellani recognovit.

Datum Anno Dominice Incarnationis MXIII. Indictione XII. Anno vero Domini Heinrici Imperatoris Augusti Regnantis XII. Imperii ejus Primo.

Actum Papie feliciter. Amen.

Pendebat bulla plumbca, jam deperdita.

Berengario & Hugoni Comiti, quorum heic est mentio, pater fuit Sigefredus Comes, potentissimus vir, ut ostendi Par. I. Cap. 14. pag. 110. Antiquitat. Estensium, ubi insigne Placitum evulgavi, ad hoc ipsum Monasterium, eamdemque caussam pertinens. Neque abhorruisse ab hujusmodi spectaculis Henricum I. Augustum, discimus ab Annalista Saxone apud Eccardum ad Annum MXX. Hujus (scilicet Bernhardi junioris Ducis Saxoniae) frater Thietmarus interfactus est in Duello coram Heinrico Imperatore. Quum vero non liceret olim sine

B venia Principis, aut Ducum, & Comitum, Monomachiam peragere (quod salutare aliquomodo frenum conculcavit immanis licentia Seculorum subsequentium) fuere non pauci ex Clero, qui veluti Privilegium sibi ab Imperatoribus procurarunt facultatem dirimendi, quum opus esset, lites suas per Duellum. Id prae ceteris impetrarunt Canonici Volaterrani ab Henrico II. Imperatore, uti constabit ex ejus Diplomate, quod ex antiquo apographo apud eosdem Canonicos existente a me descri ptum, nunc publici juris factum volo.

Henrici III. Regis, & II. Imperatoris Diploma, quo Clerum Volaterranum a jure Comitum eximit, & Ecclesiae Volaterranae omnia illius jura ac Privilegia confirmat, Anno 1052.

In nomine Sancte & individue Trinitatis. Henricus divine pietatis ordinatione Secundus Romanorum Augustus. Ea conditione curam nostri of-

D ficii nobis divinitus commissam credimus, quatenus in cunctis negotiis divini timoris zelum semper praec oculis habentes sic sollicitemur de mundani Regni disposizione,

tione, ut ante Regem Regum securi veniamus in reddenda ratione. Quapropter cum omnium subjectorum nos oportet cistam agere, Ecclesiastarum tamen precipue, quarum salva incolumentate dum divino cultui debitum solvitur, Christianae Religionis integritas conservatur. Quocirca omnibus sancte Dei Ecclesie, nostrisque Fidelibus, notum esse volumus tam presentibus, quam futuris, qualiter Wido Sancte Volterrensis Ecclesie Episcopus nostram clementiam adiit, super Comitem, reliquosque publici juris Ministros miserabilem querimoniam agens, quod sub occasione exigendi juris, Clericos & famulos Ecclesie, aliosque super terram Ecclesie stantes graviter affligendo inquietant, & dignitatem sancte Ecclesie indecentissime inbonestant. Ejus itaque miserabili querimonia aurem nostre pietatis adhibentes, de Ecclesie liberatione statuimus, ne perfidiā iniquorum hominum ulcerius eam sub qualibet occasione lacerandos permitteremus. Interventu itaque Agnetis nostre dilectæ contextalis, & Opizonis nostri Cancellarii, concedimus predicto Episcopo, suisque Successoribus Clericos & famulos, aliosque super terram sue Ecclesie inhabitantes in sua potestate, ut licet eum ante se causam agere, & per Duellum qualibet legali sententia litem diffinire, omnium hominum remota contradictione.

A Preterea omnia, que Adelmus bone memorie cum uxore sua per cartulam oblationis Volterrensi Ecclesie consulit, scilicet Castellum de Pulliciano, cum Monasterio Sancti Sepulcri, aliisque pertinentiis, & Castellum de Monteacutulo, cum suis pertinentiis, & suam portionem de Rocca de Cori, cum suis pertinentiis, & eam portionem, quam predictus Episcopus de Castello de Montegabro adquisivit, seu quicquid predicta Ecclesia in Castello de Casallia tenebat, & judicatum, quod Hugo Cunizonis filius predicta Ecclesie fecit, & omnia, que Deo annuente eadem Ecclesia juste & legaliter admodum adquireret, nostra preceptali auctoritate dictæ Ecclesie confirmingo stabilimus, evidelice ordine, ut nullus Dux, Marchio, Comes, seu quelibet magna parva que persona predictam Ecclesiam vel Episcopos per tempora Deo dante ibidem ordinatos de omnibus, que supra leguntur, disvestire seu molestare presumat. Si quis igitur bujus nostre donationis & confirmationis preceptum violare presumperet, componat auri optimi Libras centum, medietatem Camere nostre, & medietatem jam dictæ Ecclesie, suisque Rechoribus. Quod ut verius credatur, diligenterque ab omnibus observetur, manu propria roborantes, Sigillo nostro hoc Preceptum insigniri jussimus.

Signum Domini Henrici



Secundi Romanorum Imperatoris Augusti.

Opizo Cancellarius vice Herimanni Archiepiscopi & Archicancellarii.

Actum XV. Kalendas Julii, Anno Dominicae Incarnationis MLII. Anno autem Domini Henrici Tertii Regis, Secundi Imperatoris, ordinationis ejus XXIV. Imperii VI.

Actum Turengo, feliciter, Amen.

Sequuntur signa Notariorum, qui descripserunt ex authenticis:

Ita Conradus I. inter Augustos An. MXXVIII. uti legitur Tomo IV. Italiae Sacrae, Petro Episcopo Novariensi Comitatus quosdam & Castella confirmans, tribuit licentiam dirimendi Regali, seu Duellari diffinitione emersuras contentiones. Legendum heic *Legali* seu *Duellari*. Sed nunquid Clerici ac Monachi, percontetur imperitus quisquam, & ipsi ad Duellum processere aliquando? Apage. Erant eis Advocati tum ad alia diversa munia, tum ad hoc etiam electi, ut quem pro tutandis Ecclesiae rebus ad Certamen prodire opus erat, ipsi armati adversariis sese in agone opponerent. Vide sis infra Dissertationem LXIII. de *Advocatis Ecclesiarum*. Atque interea accipe Legem III. Otttonis II. Augusti inter Langobardicas: *De Ecclesiarum rebus, ut per Advocatos pugna fiat, similiter jubemus.* Fortassis *Advocati* vox hoc in loco

A latori significazione sumenda est, ut sit, alium quemcumque pugnatorem pro se substituere. Certo quippe novimus, per alios quoque pugiles Clerum quandoque, immo plerumque, sua jura in campo sustinuisse. Hos quoque *Advocatos* appellare consueverunt. Anno Christi MX. Placitum habuit *Hilmpertus Episcopus Arretinus*, quem Ughellius appellat *Elimpertum*, sive *Elimpium*, seu *Humbertum*. Coram eo item agitavit Rodulfus Abbas Coenobii Arretini Sanctarum Flora & Lucillae contra Petrum Notarium; & ut moris erat, Farulfus Advoeatus Abbatis & Monasterii pro eo instabat contra adversarium, quem tandem provocavit ad pugnam. Digna est, quae luce fruatur, *Charta litis illius*, & pugnae conditae. Eam ex membrana, quae videbatur authentica, existente in Archivo supra laudati Monasterii, ego olim descripsi.

C *Placitum coram Helmperto Arretino Episcopo habitum, in quo Rodulphus Abbas Monasterii Sanctarum Florae & Lucillae item Petro filio Andreae movet de quodam Manso, & Farulfus Advoeatus Abbatis decisionem per Pugnam petit, Anno 1010.*

IN Dei nomine, Comitatu Aretino, in casa dominicata Helmperti sanctae Aretinae Sedis venerabilis Episcopi, in loco, qui dicitur Cesa, in judicio residebat jam dictus religiosus Episcopus, & Gerardus Vicarius, Bertulfus, & Baldizo, & Lamberius Judices. In presentia Ursi, & Arinulfi, qui fuit Notarius, & Hildebrandi filii Rodulphi, & Berardi filii Grifonis, & Ubaldi filii Ildizonis, & Gerardi filii Leonis; & Petri filii Raginerii, & Gosberti filii Leoperti; & Teuzonis filii Gerardi, & in presentia multorum hominum, quorum nomina dicere longum est. Adversari Redulfus Abbas Ecclesie, & sa-

D cri Cenubii sanctorum Virginum Flora & Lucillae, una cum Tarulfo, quem Advocatum sibi elegit: & ex alia parte Petrus filius Andreae, qui fuit Notarius. Tunc denominatus Tarulfus dixit: Hoc quero adversum te, quod Mansus integer de loco Ripule in Casale Quarto cum sua pertinentia, & terra illa, quam Senior meus Rodulfus Abbas cum suis hominibus tibi eri ostendit, quantum ex ea pertinet de prenominato Manso de Ripule, preedium Sancte Flore est; & tu Mansum & terram illam malo ordine investisti. Ad hanc respondit subscriptus Petrus: Duas partes Mansi

& terre hujus mea proprietas est: A tertiam autem non contendō, quia non possum, eo quod Sancte Flore propria est, & michi non pertinet, nisi tantum, quantum ex parte sancti vestri Monasterii eam in beneficio habui. Dekominati itaque Judices taliter audientes judicaverunt, ut Petrus cum suis hereditatis sit de tertia portione illa, quam diximus de Manso & terra, tacitus & contemptus & remotus, & Monasterium prefatum habeat eam securum, & firmiter ad proprietatem. Farulfus itaque Advecatus iterum dixit ad Petrum: De tertia parte, quam dicis, taceo, & de duabus petiis de terra, que fuerunt de Manso illo de Ripulle, quas Winizo tenuit. De Quarto nichil tibi dico. De duabus residuis quero contra te, quod premium Ecclesie & Monasterii Sancte Flore est; & tu eum malo ordine investisti. Et Petrus respondit: Ex hoc tortum adversum me queris. Farulfus instans, non viribus proprii corporis confisus, sed de sola veritate, & auxilio Sanctorum Dei Virginum Florae & Lucillae presumens, dixit. Querelam meam in te depositam, falsam, vel, ut dicis, tortam non credo, quia cum Dei adiutorio per Pugnam exinde veritatem invenire volo. Petrus autem, hoc nescio, si ex corde, si bore non renuit. Judices vero considerantes eum penè carentem iuretae propriæ dexteræ, & memores quod legerant de duobus altercantibus, quia in Lege eorum scriptum est: quod si unum eorum juvenilis vel decrepitatas*, seu infirmitas pugnare prohibuerit, liceat ei pro se Pugnatorem mittere; ea autem auctoritate muniri permiserunt ei Pugnatorem habere. Petrus autem dicens secum Dominicum, qui Gezo, filium Inge. & eum pro se Pugnatorem constituit; quibus Farulfus wadiam dedit de inven-

Tom. VIII.

B

titura predii ujus veritatem per Pugnam invenire, & fidejussorem Gerardum filium Leonis posuit sub obligatione pene decem Librarum argenti, & amissione terre, si se subtraxeret. Petrus e contra cum denominato Pugnatore recipienses eam, eidem Farulfo wadiam dedit, id ipsum per prefatum Pugnatorem defendere, & Hubaldum filium Illdizenis fidejussorem posuit, similiter sub obligatione pene decem Librarum argenti, & amissione terre, si se subtraxerint.

Hoc factum est in Anno ab Incarnatione Domini Nostri Iesu Christi Mille-simo Decimo, Holiavo Kalendas Aprilis, per Indictionem VIII.

Lambertus Judex scripsit & complevit.

Animadverteris Abbatem ad Platitudinem convenisse una cum Farulfo, quem Advocatum sibi elegit. Temperare suspicione non possum, quin Abbas inito antea consilio ceterandi adversarii per oblationem certaminis, Farulsum hunc eâ tantum occasione, idest extra ordinem constituisse suum Advocatum, quod eum nosset viribus & lacertis bene munitum, adversarium verò imparem ad resistendum. Et sane infelix Notarius certamen oblatum, verbis quidem, sed non corde acceptum habuit. Verum Judices, quibus aliunde perspecta erat ejus potentia, simulque noverant, Leges in hisce casibus infirmitati hominum opem ferre: permisérunt ei Pugnatorem habere, hoc est alium pro se pugnantem inducere: quod ille perlubenter accepisse putandus est. Legem ergo laudarunt Judices illi, edicentem de duobus altercantibus: Si unum eorum juvenilis, vel decrepita aetas, seu infirmitas Pugnare prohibuerit, liceat ei, pro se Pugnatorem mittere. Et revera id statutum ab Ottone II. Augusto Lege X. Langobard. totidem verbis. Qua-

E

M

re

re non Ecclesiasticis tantum, sed & Comitibus, & Laicis iis, quos juvenilis aut decrepita aetas, aut infirmitas aliqua excusabat, feminis denique, licuit pro se Pugnatorem exhibere. Ita decretum ab eodem Ottone II. Lege XI. Langobard. statuente, ut ii per consimiles *Alvocatores* per pugnam lites dirimant. Ceteri verò naturā liberi (Servis enim pugnare interdictum fuit) per semeipos respondeant. Sub nomine *Advocatoris* heic petius significari videntur ii, quos *Campions* & *Campions* in aliis Legibus appellatos reperimus. *Vicarii* quoque a nonnullis nuncupati sunt, quod vices pro alio in Monomachia sustinerent. Atto Vercellensis Episcopus in Opusculo de Pressur. Eccles. *Ad Pugnam producere*, inquit, (beu) nostros compellimur *Vicarios*, ut vel istorum caede vietti, vel illorum, quasi absoluti esse videamur. Quod verò *Campions* & *Campions* promiscue ii fuerint appellati, tribuendum Germanicae Linguae, in qua *Campff* est Certamen, sive pugna; & *Campffen* pugnare; *Campffer* verò idem, ac qui Italicae *Campio* & *Cambio*. Aoud veteres *Campus* fuit locus proelii, atque ipsum proelium. Inde hoc nomen. At inquires: quicumque ergo facultate offerendi *Campionem*, sive loco sui Pugnatorem, fruebatur, quam fortissimos poterat elegerit. Ita sane. At hac ipsa in re iniquitas consuetudinis & Legis illius evidenter se prodebat. Cuicunque enim Laico cum Clerico contendenti aut viatum

A se dare, aut pugnam suscipere opus fuit. Si suscipiebat, qualiscumque foret, hoc est, licet viribus & armorum usu parum instructus, Campono contendere ipsem cogebatur. Contra Comites, Ecclesiastici, ceteraque a Certamine immunes, fortissimum omnium pugilem a se delectum pro se offerre ad Certamen poterant. Porro necesse est, multum detulerint superno auxilio, & caelestibus prodigiis, qui tanta imparitate aleae certaminis se committebant. At revera non deerant, qui malebant in judicio vietas manus dare, quandoquidem se ineptos ad resistendum armis agnoscebant, quam gravissimo periculo suo exposcere & exspectare miracula e caelo. Vide Praefationem meam ad Leges Langobard. Part. II. Tomi I. Rer. Italicar. ubi Placitum evulgavi, coram Bonifacio Marchionne habitum Ferrariae Anno Christi MXV. Ibi Episcopus Ingo, oblate Duello, timore coactus, Monasterium a se occupatum dimittit. Wido quoque Lucensis Episcopus Anno MLV. cum Azone Advocato suo coram Henrico Imperatore II. contendebat cum Gandulfo Lucensi, causâ tertiae portionis Castelli Aginulfi. A se justitiam stare Episcopi Advocatus per pugnam probare voluit: Gandulfus autem satius duxit pellem suam, quam Castelli possessionem tueri. Ejus rei testem profero Chartam, quam ex vetustissimo Regesto Cathedralis Sarzanensis sive Lunehsis exscripti.

B

C

D

E

Placitum in Runcaliis habitum coram Henrico Rege III. Imperatore II.
in quo Lucensis Episcopus Wido evincit tertiam partem Castelli,
quod dicitur Aginulfi, contra Gandulfum de Luca, Anno 1055.

DUm in Dei nomine, loco Runcalia, in iudicio residuebat Dominus Henricus serenissimus Imperator ad iustitiam faciendam ac deliberandam, residentibus cum eo Wido Archiepiscopo Mediolanense, & Ambrosio Episcopo Bergamense, & Dyonisio Episcopo Placentino, Bonifilius, Otto, Wibertus, Ubertus, Azo, Burgundius, Walclusus. & Sembardus, Azo, Ansaldus, Johannes, Stado, Judices sacri Palacii, & reliqui plures. Ibique in eodem veniens iudicio Dominus Wido Lunensis Episcopus, una cum Azoce Judice & Advocato ipsius Ecclesie, nec non ex alia parte Gandulfus filius quendam Henrici de Luca: & reclamaverunt suprascriptum Gandulfum de Castello, quod dicitur Aginulfi, prope Portam, que dicitur Bertam, de tercia portione ipsius Castelli, & monte, & Corte, cum omnibus pertinenciis eorum, que olim fuerunt Sancte Marie Lunensis Ecclesie. Et dixerunt, quod pars predictae Ecclesie de ista tercia porcione investita fuisset, & suprascriptus Gandulfus malo ordine disvestisset. Et sic per Pugnam probare volebant: & suprascriptus Gandulfus hec defendere noluit: sed per fustum, quem in sua tenebat manu, refutavit predictam terciam porcionem suprascripti Castelli, & Curtis, & eorum pertinenciis in manibus predicti Episcopi, & ejus Advocati. Tunc predictus Episcopus, & ejus Advocatus dixerunt: Habemus & tenemus ad proprietatem ipsius Episcopii suprascriptam terciam porcionem de suprascriptis Castello, & de suprascriptis omnibus rebus. Et si

A quilibet homo adversus nos exinde aliquid dicere vult, parati sumus, cum eo inde ratione standum & legitime finiendum. Et quod plus est, querimus, ut dicat iste Gandulfus, qui ita de suprascriptis est, si istam terciam porcionem Castelli & ceterarum rerum proprie sunt suprascripte Lunensis Ecclesie: aut si ipse Gandulfus aliquid scriptum aut firmatatem habet, per quas nobis suprascriptis rebus intentionare possit annon. Cum ipse Episcopus & ejus Advocatus taliter retulissent, ad bec respondit suprascriptus Gandulfus: Verè tercia porcio istius Castelli & Curtis & eorum pertinenciis propria est suprascripte Ecclesie Lunensis, & esse debet cum Lege. Et mihi ad habendum vel requirendum nichil pertinet vel pertinere debet, pro eo quod nullum scriptum, nullamque firmatatem vel rationem habeo, per quas intentionare aut contendere possem: sed ut dixi pars est suprascripte Ecclesie, & esse debet cum Lege. Et spondit se suprascriptus Gandulfus, & sui heredes, ut si unquam in tempore de ista tercia porcione Castelli & Curtis, & eorum pertinenciis adversum predictam Ecclesiam & adversus predictum Episcopum & ejus Advocatum, vel successores eorum, aut cui ipsi dederint, agere aut causere vel removere presumptivitatem, vel per Placitum fatigare persone, vel per submissam personam, & taciti exinde omni tempore non permanescerint, vel si apparuerint ullum datum, aut factum, vel quodlibet scriptum, quod ipsi exinde in alias partem fecissent,

sent, & claruerit, tunc obligavit compenere ipse Gandulfus suique heredes ad partem suprascripte Ecclesie penam dupli suprascriptis rebus, sicut pro tempore fuerint meliorate, aut valuerint sub extirpatione in consimilibus locis, & insuper penam auri optimi Librarum centum. Et insuper suprascriptus Dominus Imperator per fustum, quam sua tenebat manu, misit bannum super predictam Ecclesiam, & Advocatum ejus in Libris centum auri optimi; ut si quislibet homo amodo presumpserit de jure dicta tercia porcione suprascripti Castelli & rebus acerbitare aut molestare, vel contendere, aut in aliquis subtraere tempaverit, sciad se esse compositurus suprascriptas Libras centum auri. Is actis & manifestacio ut supra facta, rectum eorum Judicum & Auditorum paruit esse judicaverunt, ut juxta eorum professionem & manifestationem jam dictus Episcopus & ejus Advocatus ad partem suprascripte Ecclesie habeant & teneant ad proprium jam dictum Castellum, & omnibus rebus. Et ipse Gandulfus & sui heredes maneam exinde omni tempore taciti & contenti. Finita est causa. Et hanc noticiam pro securitate suprascripte Ecclesie fieri ammonuerunt.

Quidem & ego Wilielmus Notarius sacri Palacii ex iustione suprascripti Imperatoris & Judicum hanc noticiam scripsi, Anno ab Incarnatione Domini Nostri Iesu Christi Millesimo Quinquagesimo Quinto, Imperii vero Domini II. Henrici Imperatoris Augusti Anno Nonno, quinto die mensis Maii, Indictione Octava.

Nuper dixi, absque venia Principis nefas fuisse Duellum facere. Id quoque observatum video a Veronensi Republica Anno MCCXXVIII. quum inter Leges municipales ejusdem Populi, ab amico meo eruditio Archipresbytero Campagnola editas,

A Cap. 78. Praetor hoc inter alia se praestitum policeatur: De maleficiis absconsis, si persona suspecta sit, sine indicio; si autem suspecta non fuerit, cum indicio, meo arbitrio determinabo Duellum, vel judicium judicabo. Et si de aliqua causa Pugna erit ordinata vel judicata, faciam fieri juramentum secundum Legem. Et si alter amiserit Pugnam, ipsum meo arbitrio puniam. Quae tamen haec tenus de imparitate pugnatorum objecta sunt, si non ubique, certe multis in locis errandata fuere. Nimurum cavebatur, ne infirmo, & certaminum imperito fortis ac peritus objiceretur. Audi eadem Veronensium Statuta Cap. 126. Omnes Campiones bravos & magistratos (id est Italice ammaestrati, & pratici del combattere) per me (hoc est, Praetorem) vel per Judices Communis Veronae, sive Consules, bona fide coequabo: facta coequatione, defendantis electionem dabo. Atque hinc etiam colligere possumus, concessam fuisse a Veronensibus facultatem cuicunque eligendi, si mallet, qui pro se cura adversario pugnam iniret, contra quam Otto II. ut antea vidimus, constituisset. Conducebantur autem catè ejusmodi Campiones: idque nos edocent eadem Statuta Cap. 125. ubi haec decernuntur: Nullus Campion noster, sive extraneus, de cetero ararunc nomine ultra centum Solidos suscipiat aliquà occasione, vel sub aliquo colore: nec aliquis ultra praesumat dare. Neque tantam pecuniae summam exigere iniquum fuit; nam Campioni victo poena manus truncandae imminebat, ut supra innuimus: quam tamen poenam, ut puto, ii pretio oblato redimere solebant. Ceterum alicubi extra Italiam infames habebantur ejusmodi pugiles conducti; in Italia vero secus, immo inter bravos,

bravos, hoc est, fortes ac animosos computabantur. Vidimus, quotiescumque incertum erat crimen alicui objectum, controversiae decisionem (stulte profecto) commissam Pugnae fuisse. Perdurabat autem in Lombardia execrandus iste mos sub finem Seculi XII. atque ad eum sese accommodare Mulieres ipsae cogebantur. Nam, ut habetur in Vita Sancti Lanfranci Episcopi Ticinensis apud Bollandianos ad diem XXIII. Junii, quum puer quaedam, nomine Galesta, veneni propinati fratri suo incausa, factum inficiaretur, Praetor Ticinensis Duellum fieri debere judicavit. Quot verò tum iniqua, tum

A ridenda interdum acciderent in ejusmodi feralibus Pugnis, quae in campo peragebantur, sive in area undique clausa, universo Populo spectante, ut olim ad Gladiatorum spectacula factum est, Lectori gratum erit accipere ab altera Charta, quam ex Archivo Regiensis Monasterii, olim Sancti Prosperi, nunc Sancti Petri, descriptam ad me misit tum ex doctrinā, tum ex piis moribus spectatissimus Vir, Dominus Maurus Vallisnerius Abbas Benedictinus Regiensis. Ex ea autem, ut obiter dicam, elucere etiam poterit, Mathildem Comitissam celebrem Regensi Urbi titulo Comitis praefuisse.

Memoria litis & Pugnae inter Monasterium Sancti Prosperi Regiensis,
& Commune Vallis pro bonis in territorio Nasetae, coram
Judicibus Matildae Comitissae, Anno 1698.

UT in posterum firmius memoriae commendetur, necessarium duximus, his litteris breviter innescere de Lice, quae fuit inter Abbatem Monasterii Sancti Prosperi de Regio & homines, qui dicuntur de Vallibus. Cum questus est Abbas cum suo Advocato ante Ubaldum Judicem de Carpeneta, quod ipsi homines de Valle injuste tenebant quasdam res territorias in Curte de Nasero, quae erant juris Ecclesiae Sancti Prosperi. Qua quæstione ab Ubaldo diligentissime examinata, & per tres homines Curris Nasetae jurejurando decisa; redditum possessionem Ecclesiae, ut in Notitia legitur. Quo facto homines de Vallibus iverunt ad Matildam Comitissam, & dixerunt, se injuste disvestitos esse. Quapropter ipsa Comitissa misit Bonum Judicem de Nonantola, & præcepit Ubaldo Judici, ut iherum inquirerent, & præcipierent utriusque parti, ut inde essent parati ad

C Pugnam. Partibus congregatis ad hoc coram prædictis Judicibus, ipse Abbas statim ostendit Praecepta Regum, scilicet Karoli & Ottonis, in quibus apte dinoscitur res proprias esse Ecclesiae, ut in scriptis Ecclesie continetur. Et insuper Caſidici Abbatis ostenderunt Legem Serenissimi Imperatoris Justiniani, in qua consinetur, eos, qui ab Herrario, vel ab Augustali Dono aliquid accipiunt, statim securos esse, sive experiantur, sive convenientur, ut apte claret in Justiniano Codice, & Instituionis. Et alias multas optimas ostenderunt allegationes: quas prædicti Judges omnino respuerunt; & dixerunt nullo modo facturos, nisi quod facerent Pugnam. Et invita parte Ecclesiae fecerunt appellationem, & responsionem de Pugna. Et fecerunt invadire sub pena decem Librarum Lucens. Et statuto die, Championibus paratis ad Pugnam, pars Ecclesiae tantam habuit humi-

humilitatem, ut totas illas res, quae in lite erant ex parte Ecclesiae, cedebant adversariis, secundum laudamentum *Missorum Comitissae*: quod adversaria pars penitus renuit. Campionibus ad Pugnam conjunctis, Campio ipsorum hominum de Vallibus jastravit pro maleficio, antequam inciperet Pugnam, wantonem faemineum, variis coloribus distinctum, super caput Campionis Ecclesiae: quod omnino Leges vetant, atque multant. Illis autem pugnantibus, nemo illorum cecidit. Sed dum se invicem manibus arriperent & dilaniarent, multitudo hominum partis eorum de Vallibus compreserunt Campionem Ecclesiae, & apprehenderunt eum. Sed ipse evasit de manibus eorum; & reversus in Campum, viriliter requisivit Pugnam. Iterum aggressi, violenter ceperunt eum, & crudelissime ceciderunt eum. Sed pars Ecclesiae, quamvis minima, volens adjuvare eum, mercedem tamen petendo, fere omnes percussi & vulnerati vix evaserunt. His omnibus, ita ut superius legitur, ordine peractis, contentio orta est, ita quod pars heminum de Vallibus dicebant, se per Pugnam viciisse, & pars Ecclesie asserebat, se minime esse victam: & Campio partis Ecclesie dicebat, se nullo modo superatum esse, & viriliter & prudenterissime volebat pugnare. Et ipse Ubaldus *Judex*, in cuius provisione Pugna erat constituta, dicebat, *Litem in dubio remanere, neque per banc Pugnam decisam esse: qua de causa nullam inde Judices dedere sententiam.* Haec causa accidit praesentibus *Judicibus* *Ubaldo*, & *Bono*, atque *Alberto Causidiis*, etiam *Ubaldino Hiberto Advocato* praeditae Ecclesiae, *Giberto Carbone*, atque *Frogerio*, & ceteris, *Hadegerio* & *Ugome filii condam* *Manfredi de Grup-*

A po, Gotefredo de Rosano, & Sigefredus Sigezone, atque Ildeberto de Regio, Sigezone atque Giberto filiis Bibentisquam, Rozone de Pellavo, Ingebaldo, Mazzolino, & filio ejus, Rodulpho de Pulliano & frater ejus, & Burnengo de Bundolo, & Manfredo de Villula, & aliis quampluribus, Anno ab Incarnatione Domini Nostri Jesu Christi Millesimo Nonagesimo Octavo, III. Nonas Julii, Indictione Septima, in Villa, quae dicitur Garfagnolo.

B Uti legere potuisti, maleficii suborta suspicio est, quod Laicorum Campio ante pugnam *Wantonem*, sive chirothecam, variis coloribus distinctam, projecterit super caput Campionis Ecclesiae, subdendo: quod omnino Leges vetant & multant. Innuitur fortassis heic Lex Langobard. 371. Rotharis Regis, in qua statuitur, ut nullus Cam-

C pio praelumat, quando ad Pugnam contra alium vadit, herbas, quae ad maleficia pertinent, super se habere, nec alias similes res, nisi tantum arma sua, quae convenient. Vide quam superstitiones olim forent in hisce Pugnis

D Majorum nostrorum mentes, & quam delicatus, ne dicam ridendus esset Monachorum metus ex chirothecâ in suum Campionem projectâ. Si coniugeere licet, non aliâ de causa ipsam adversarius projectisse videtur, nisi ut initium Pugnae indicaret. Non enim à vero abhorret, jam tum obtinere

E coepisse usum laceſſendi ad Pugnam, sive diffidationis, ut appellabant, per chirothecam, quam il guanto della battaglia nostri dicere postea consueverunt. Certe Judices ii nullam rationem habuere *Wantonis* projecti, etiam variis coloribus distinctus esset. Ceterum in nimium sermonem oratio excresceret, si singula persequi vellem ad barbaricum hoc argumentum spectantia, & potissimum quoisque pro-

cesser-

cesserit perversae & feralis hujus Consuetudinis excessus usque ad Seculum XVI. quo declinante declinare sensim & ipsa coepit. Subsequenti autem Seculo adeo enervata est, ut nostris jam diebus, nisi perquam raro, audiamus, furentem aliquem ad singularem Pugnam condicto tempore procedere. Atque heic quamquam res sit alioqui vulgatissima, commemoratum volo Duellum famosissimum, conditum Anno Christi MCCLXXXIII. inter Carolum I. Siciliae, ac Apu-

A liae Regem, & Petrum Aragonum Regem, ob eruptam eidem Carolo Siciliam. Qualem exitum ea consilia habuerint, nihil est, quod ego edisferam, quum de his multa habeantur in Collectione mea Rerum Italicarum. Rem tamen non ingratam Lectoribus fakturum me spero, si quae Carolus tunc ad Rempublicam Mutinensem scriptis, ex hujus Archivo adferam, ad illius temporis Historiam opportuna.

B

Literae Caroli I. Siciliae Regis ad Mutinensem Rempublicam, quibus Petrum Aragonum Regem injustum, infidum, atque infamem evincere conatur, & qualibus conditionibus condicatum antea inter ipatos fuerit singulare Certamen, exponit, Anno 1483.

MEmoriale sit Ambassatoribus Regiis euntibus ad partes Italiae, quoniam Civitatibus & Amicis Italiae exponent ea, quae sequuntur.

Karolus &c. talibus &c. salutem. Quia firmiter credimus, quod de statu & processibus nostris felices libenter auditis rumores, amicitiae vestrae cupimus esse notum, quod in scriptione praesentium cum carissimo Domino & Nepote nostro Rege Franchorum Illustri apud Morasum sani eramus, hilares & jocundi, gratia omnium Creatoris; & ut de processibus nostris, & Petri olim Regis Aragonum veritatem sciatis, totius facti seriem, pastorum, & belli initiorum inter Nos & ipsum, vobis ut Amicis nostris carissimis, in quodam rotulo cum Literis nostris de credentialia, per portitorum praesentium destinamus: per cuius tenorem dilucide videre poteritis, quod per sanctam Romanam Ecclesiam Regno Aragoniae, & omnibus aliis Terris suis, ac etiam per se ipsum privatus est, prout in processu Summi Pontificis, & dictis pactis, & conventionibus con-

C tinetur. Et per hoc videre poteritis, quod ipsum excaecaverunt ejus peccata, a natura operum Praedecessorum suorum sic turpiter deviando, quod in defectus multiplices incidit, ut evidenter appareat. Factum enim istud novum est, extra-neum, & horribile cuique bono viro ad intelligendum ac etiam audiendum: de quo omnes debent mirari, qualiter homo tantae propaginis propriâ voluntate tam graves defectus incurrit, verecundiis inexcusabilibus, oneratus. Super quibus boni debent dolere, quod homo tantae bonae originis, in tot & tantos defectus se posuit, ut dictum est. Et poteritis videre per ea, quae sequuntur, quod sententiam, per quam appellabamus eum de proditione vel quasi, intelligere clare poterat & debebat, & nullatenus ignorare.

D

E

Diccamus primo & dicimus, quod nullatenus sperabamus, nec credere tenebamus, quod idem Petrus deberet intrare, vel invadere Regnum nostrum, eo quod tractaverat, & tractabat nobiscum tunc de Matrimonio contrahendo inter unum

unum de Liberis suis & unam de Infantibus filii nostri: & dum in Urbe veteri eramus, per dies non multos ante rebellionem Sicularum, nobis super tractatu hujus Matrimonii Praepositum Massiliensem cum suis Literis de credentia destinavit; per quam credentiam nobis dixit Dominus Praepositus, quod dictus Petrus de dicto Matrimonio contrabendo magnam voluntatem habebat, quodque supra Saracenos ire intendebat in brevi: & solebat nobis inter cetera promittere, ut si contingaret, ipsum Regnum aliquod acquirere contra Saracenos, quod Regnum sic acquisitum filio suo, qui cum filia filii nostri contraheret, & alias Terras, si quas acquireret, assignaret. Insuper dixit nobis dictus Praepositus alia multa verba amicabilia ex parte ipsius. Item ex eo quod dictus Petrus de Aragonia requisivit Summum Pontificem super Decimis Terrae tunc suae, sibi per ipsum Summum Pontificem concedendis, & super eo quod ipse Romanus Pontifex dictam Terram recuperet in gardia & protectione sua & Ecclesiae Remanae, afferendo sibi, quod ipse ibat contra Saracenos ad exaltationem Fidei Christianae. Item ex eo quod ipse Petrus de Aragonia, cum nobis suas Literas destinaret, ipse semper in eisdem suis Literis Nos ipsos Regem Siciliae nominabat, & nostrum filium in suis Literis filium Regis Siciliae nominabat. Item ex eo quod cum memoratus Rex Francorum intellexisset, quos idem Petrus vasa sua paraverat ad navigandum per mare, ipse Francorum Rex misit eidem Petru Nuncios suos solemnes, dicentes sibi, quod ipse Petrus nibil faceret, neque iter contra Nos, nec contra filium nostrum: & si hoc ipse ficeret, haberet pro firme, quod ipse Rex Francorum teneret & haberet illud, rem quam si personae suae propriae factum esset; ipse vero Petrus respondit eisdem

A Nuntiis, se contra Nos, seu contra filium nostrum non facturum aliquid, quod eidem Regi Francorum displicere deberet. Illud etiam vos scire vslumus, quod tractatus Matrimonii supradicti de liberis filii nostri, & Petri praedictorum durabat & tunc, quando ipse Petrus intravit & invasit Regnum nostrum.
 Item ex eo quod idem Petrus non solùm in dicto tractatu Matrimonii, immo etiam in multis aliis ostendebat amerem erga Nos & filium nostrum, ad hoc ut ipse nos posset melius decipere, & ad hoc ut nos pessimum minus percipere de mala voluntate, quam erga nos habebat, & de iis, quae contra nos facere intendebat, & ad hoc ut magis deberemus confidere de eodem. Item ex eo quod idem Petrus nullatenus ostendit displicere sibi, cum nos ivimus contra Principem Mansredum quondam ejus Socerum, nec umquam aliquam petitionem, seu querelam de dicto Regno Siciliae fecit coram Summo Pontifice, nec etiaco ceram nobis. Et omnes causas supradictas fuerunt sibi dictae, quando Nos appellavimus eum pro Bello faciendo. Et D ad hoc poteritis cognoscere & scire, quod ipse Petrus saepe dictus potuit bene scire & cognoscere, qualiter & quare Nos appellabamus eum ad faciendum Bellum supradictum. Istud etiam vos scire volumus, quod appellatio praedicta, quam Nos sibi faciebamus, & quam Nos sibi mandavimus per Nuntios nostros, fuit facta hoc modo, videlicet: Quod ipse intraverat Regnum nostrum Siciliae contra rationem, & modo, nulla diffidatione nobis facta, propter rationes & causas h: scriptas, & per Nos sibi mandatas. Per quas ipse intelligebat, & intelligere debebat, qualis erat forma appellationis praedictae, quam sibi mandabamus. Nos enim dictato appellationem sibi mandavimus, & verba praedicta curialiis quam possumus. Et ramen in-

E

junximus Nuntiis nostris, quod ipsi declararent eidem Petro formam appellacionis praedictae, & specialiter illa verba, quod malo ordine intraverat, si non intelligeret, qualiter Nos intelligebamus eadem. Quare Nuntiis nostri, cum sibi dixissent, quod Nos appellabamus eum in ista forma, quod nostrum Regnum intraverat contra rationem & malo modo, nulla diffidatione praemissa, dixerunt ei, Nos ipsis injunxisse, quod si ipse non bene intelligeret illa verba, quae sibi mandaveramus; videlicet quod ipse intraverat malo modo, prout nos intelligebamus eadem, quod ipsi sibi clare dicent, & darent intelligere. Ipse vero Petrus eisdem Nuntiis nostris respondit alia voce, & coram multis ibidem praesentibus, auctientibus, & intelligentibus, se bene intelligere vim & tenorem verborum illorum, quod male intraverat. Nam per illa verba intelligebat, quod nos imponebamus ei pravitatem, infidelitatem, & proditionem. Et tunc praefati Nuntii nostri responderunt, quo ex quo intelligebat illa verba supradicta eodem modo, quo Nos intelligebamus, non erat necessarium eidem ea verba amplius declarare. Dixerunt etiam sibi eisdem Nuntiis nostri, quod si nos curialis potuissimus mandasse, quam si dila forma per eundem Petrum intellecta & responsa, & per Nos similiter intellecta, nos hoc feiissimus libentius, quam per verba praedicta. Verba enim supradicta, quae Nos sibi mandavimus, & illa, quae vobis tenore praesencium intimavimus, non potuimus, nec possumus curialis denotare, ex eo quod facti turpitudo id requirit. Quod quidem factum Acentatum per eum non potest dici seu discooperiri absque contumelia. Nos enim credebamus, & credere debebamus, consideratis propagine, ex qua idem Petrus descendit, & simulatione, quam de se ipso ostendebat, quod si ipse

Tom. VIII.

A certus esset, se moriturum in Bello ipsa die, cogitando se facere quod debebat, ipse debuisset & voluisse potius eligere Bellum faciendo quod debebat, quam se sit turpiter absentare, & se onerare de tot & tantis contumeliis, & injuriis contractis in conventionibus supradictis, promissis & juratis per eundem. In quo facto, simulatione, & exemplo ipse dedit suspicionem multis filiis proborum hominum per exemplum, quod dedit eis. De quo cor suum debet esse in magna anxietaate & grandi dolore, si delectaretur in bono, & si ipse sapiens esset, & adverteret facta sua praedicta, & conventiones praedictas initas inter Nos, & eundem, in quibus poenae gravissimae continentur.

B C Et quia Bellum & conventiones supradicta sciuntur, & divulgata sunt per universum orbem, ideo ipsius excessus amplius aggravatur, & dat poenis exemplum: cum casus similis numquam, aut raro accideat de voluntate ambarum partium, contumeliis & injuriis tam magnis, & poenis tam grandibus oneratus. Proprieas rationes ipse debuisset potius voluisse mori in dicto Bello, quam se cum tanta ignominia absentasse. Nos certe pro firmo asserimus, quod nos magis voluissimus in memorato Bello mori, quam in die at Bellum faciendum assignata non venisse, sicut ipse non venit, nec comparere curavit. Et hoc idem deberet velle omnis homo, qui desiderat bonorem acquirere, & infamiam evitare. Et turpissimum quidem est in homine non dubitare acquirere infamiam, vel eam cooperire sub velamine truffae, sive bordae, ostendendo, infamiam non esse, ubi est. Et certe omnes illi, qui hoc viatio laborant, utuntur grandi excessu, & non videntur servare in bene faciendo. Probo tamen homini difficile quidem est, scire se in suis excessibus confortare, cum natura & ratio confirmationem hujus si-

N

88

bi non suadeant, immo collant. Propter A quod nos dicimus, quod sic illi se confortantes, habent grandem praeregatitam, eo quod de facili in eorum ex officiis & infamis confortantur; licet hoc non consonet rationi: non tameni per hoc auferunt, nec auferre possunt noticiam & cognitorem infamiae hominibus hujusmodi. Et in hoc, ut nobis videtur, possunt cognosci pii ab impiis evidenter, quia sapientes bene facere, & dubitantes infamiam consequi, timent & dubitant, ne delinquerent vel excederent, si facerent aliqua, in quibus, si ea facerent, nullatenus excederent nec peccarent. Et hoc contingit propter magnum desiderium, quod habent de bono faciendo, & honore acquirendo, & propter magnum amorem, & dubitationem, quam habent de malo faciendo, & infamiam consequendo. Et ab hoc probi homines, quoniam in hoc minus cognoscunt propter grandem amorem, & dubitationem, quam habent de malo faciendo & infamiam consequendo, & propter grandes labores & poenas, quos & quas in eorum cordibus subsinerent, si per eorum culpam infamiam acquirerent, minus possunt ipsi invenire de excusationibus & rationibus & velamentis, ad cooperiendum, colorandum, & monstrandum modo..... infamiae, si intrarent in eamdem. Verumtamen illi, qui parum valent, & parum infamiam dubitant, non multum curant, nec multum cogitant, nec multum timent, incurvare infamiam: immo, cum ipsam consequenter parum inde curant, & in hoc de facili se confortant, & de facili inventant vias, colores, & simulationes, ad hoc ut infamia non sit ibi, ubi verè est. Propter quod appareat, hominem non dubitantes infamiam, non de facili posse convinci, ut cognoscat, se eadem infamia oneratum. Et haec sunt vera, &

A consonant rationi. Et verè satuitas quaedam esset, eadens suadere alicui, infamiam non dubitanti, ipsum ex aliquo facto consequuntur, vel consequiturum infamiam, ex quo cognoscunt, illum infamiam non timere.

B Et propter praedictas rationes dicimus, quod si idem Petrus olim Rex Aragonum dubitat, & dubitavit infamiam.... sibi suadet, & grandis bonaque propago, unde descendit, ipse bene ostendet in antea, & cognoscet infortunia & infamias, quae contigerunt eidem. Et nisi ipse ostendat, se inde dolere, satue ageret, qui ipsum in antea ab incursione infamiae initae..... Et verè si dicas Petrus tantum timuisset infamiam consequi, quantum Judas Macchabeus, probus & bonus Miles, qui dubitavit & timuit de Sole, quod ab eodem Sole verecundiam haberet, si ipse Judas male ficeret, praecavisset sibi idem Petrus, nec supradicta fecisset, quae sibi infamiam perpetuam irrogarunt, prout omnes sciant, & communiter haec agnoscent. Nec credant aliqui, quod Nos superscripta intimemus ad hoc, ut eundem Petrum diffamare velimus; sed quia pura & clara veritas sic se habet. Nec possumus, excessus, culpas, & infamias ejusdem curialius denotare. Et haec sciuntur fere per omnes gentes. Propter quod possent, & cibent homines advertere, si nos veritatem diximus in praemissis. Nos enim si aliud quam veritatem in praemissis posueremus, ut farni ageremus, & in nostram infamiam redundares. Et praeterea vos scire cupimus, quod Nos de superscriptis conventionibus inter Nos & eundem Petrum convenitis, promissis, & juratis, habemus duo paria Literarum apertarum, Sigillo dicti Petri. & quadraginta Milium communitas. Insuper amicitiam vestram scire volumus, quod Illustris Rex suorum pendonibus munitarum..... quas parati sumus ostendere

E

Bendere omnibus, qui super praedictis conventionibus dubitarent. Ipse vero Petrus saepe dictus habuit & babet Literas nostras suis predictis consimiles, Sigillo nostro, & quadraginta Militum communias. Insuper amicitiam vestram scire volumus, quod Illustris Rex Francorum supradictus, attendens, quod Petrus memoratus loco & die ad dictum Bellum faciendum assignatis comparere aliquatenus non curavis, idem die contra eundem Petrum consequitur viriliter & potenter, sic quod in brevi dicti Regis Francorum potentia per opera co-

Agnoscetur. Insuper noveritis, quod die Martis XXV. mensis Maii proxime praeteriti intravimus Civitatem Burgealensem, in qua fuimus continue usque ad diem Veneris XI. diem Junii proxime praeteriti, licet ultra praefatam diem Junii Nos non teneremur expectare eundem, tum propter defectum ipsius, qui dictum diens defecit, eius ob infanscare, quam ob hoc incurris, ut est dictum; qui nec venit, nec se aliquatenus excusavit, sicut bono de rogo honore sineplacenter, & finaliter desperatus.

Literae Petri Aragonum Regis contra Carolum I. Siciliae Regem ex Regesto Communis Mutinae, pag. 272. Anno 1283.

Petrus Dei gratia Aragonum, & Siciliæ Rex. At notitiam praesentiorum, & memoriam futurorum. Pridem inter Magnificum Principem Karolum Jerusalen Regem Illustrum, & inter Nos ex iusto praecedente tractatu, quod Rex ipse eligeret sex de suis Militibus viros probos & fideles, & Nos eligeremus sex de nostris Militibus viros probos & fideles; qui omnes duodecim Milites per ipsum Regem Karolum & Nos taliter electi, corporali prius per eos praestito juramento, legaliter, & bona fide tenerentur eligere locum communem, & statuere terminum ad Pugnam faciendam inter ipsum Regem Karolum, & centum de suis Militibus ex una parte, & Nos, ac centum de nostris Militibus ex parte altera, pro eo quod ipse tamquam petitor, nobis opposuit & opponit, quod nos intravimus in Regnum Siciliæ contra rationem & malo modo, & ipso prius non diffidato; & hoc patet erat & est, probare de suo corpore, & centum de suis Militibus contra nostrum corpus, & centum de nostris Militibus. Nosque Rex praedictus, tam-

C quam defensor, sibi respondimus & respondemus, quod in ingressu Siciliæ, vel in aliquo, quod fecerimus contra eum, rem non fecimus, unde nostra legalitas minus valeat, vel verecundiam habere debeamus in Curia, seu coram aliquo probo viro. Et quod Pugna de iplo, & centum de suis Militibus contra Nos, & centum de nostris Militibus nobis placet: Nos de fide, prudencia, & legalitate, ac armorum experientia Guilielmi de Castronovo, Roderici Eximenti de Luna, Petri de Queraco, Eximeni de Arceda, Radulfi de Manuele Militum, & Judicis Reinaldi de Limogis de Messana, per nos ad hoc parati, & pro uno Milite computati, familiarium & fidelium nostrorum, plenarie confidentes, ipsos elegimus, fecimus, constituimus, & ordinamus, eisque per nostros patentes Literas exhibuimus plenariam potestatcm: quod ipse una cum Jordano de Insula, Jehanne Vicecomite de Tremblay, Jacobo de Bursono, Eustachio de Andegavir, & Gilio de Salsi, familiares & fideles ipsius Regis Karoli, per eum ad hoc electis,

satis, constitutis, & ordinatis, prout A per patentes Literas ipsius Regis Karoli, pendente cereo Sigillo munita, apparet & apparuit, corporalibus inter ipsos duos hinc & inde electos pro parte ipsius Regis Karoli & nostrâ, ac ipsorum taliter electorum, hinc inde receperunt & praestitit juramentis, legaliter & bona fide possent eligere, & eligerent locum communem, & terminum statuerent competentem, ad Pugnam faciendam inter ipsum Regem Karolum, & centum de suis Militibus, ac Nos, & centum de Militibus nostris, certumque praefigerent terminum, in quo ipse Rex Karolus cum centum de suis Militibus, & Nos cum centum de nostris Militibus, commode esse possimus, & simus in loco, quem praediti per ipsum Karolum Regem & Nos taliter electi, ad Pugnam bujusmodi faciendam unanimiter, & concorditer ducent eligendum.

Dedimus etiam eisdem quinque Militibus, & dicto Judici Reinaldo pro Milite computato, familiaribus & fidelibus nostris, plenariam potestatem, quod ipsi securitate necessarias, & quas inspicerent, opportunas, nomine nostro praestare & recipere ad praedita omnia & singula; quae sub hypotheca honorum nostrorum rata & firma habere, ac inviolabiliter observare promisimus; & tractare, eligere, ordinare, statuere possent libere, & firmare. Adjecimus autem, quod si aliquis vel aliqui ex praeditis nostris sex Militibus, infirmitate, vel alio casu quolibet emergente, in praeditis, vel aliquo praedictorum, personaliter interesse non posset, vel non possent, totidem quot ex praeditis nostris essent taliter praepediti, eximerentur de numero praedictorum sex militum, per ipsum Regem Karolum ad praedita taliter electorum: & reliqui tam per eundem Regem Karolum, quam per Nos, electi, unanimiter & concorditer ea omnia

B singula possent libere perfizere & complere. Et hoc idem gravaretur, si aliquis, vel aliqui de praediis sex Militibus per ipsum Regem Karolum electis essent infirmitate, vel casu quovis alio praepediti, ita videlicet, ut tosidem eximerentur de numero praedictorum sex Militum, per Nos taliter electorum; & reliqui qui forent residui tam per ipsum Regem Karolum, quam per Nos electi, unanimiter in praedictis omnibus & singulis tractarent, ordinarent, eligerent, statuerent, facerent, firmarent, jurarent sub hypotheca honorum nostrorum, rata & firma habere, & inviolabiliter observare promisimus, & juravimus, tales corporaliter Evangelii sacrosanctis. Securitates etiam omnes & juramenta praestare, obligationes & cautiones praebere, quas praediti duodecim ab eodem Rege Karolo & Nobis electi, vel residui ex eis, aliqua, vel aliquibus ex una parte vel altera praepediti, & totdem ab una parte vel ab omni exempto, vel exemptis, a nobis ducent postulandas: prout haec omnia in patentibus Literis nostris in testimonium inde confessis, & praedicto Sigillo nostro munis, eidem Regi Karolo pro parte nostra exhibitis, quarum est Data Messanae VII. Kalendas Januarii, Anno ab Incarnatione Domini MCCLXXXIII. plenius & apertius continetur.

C Idem autem Rex Karolus praedictus Jordanum de Insula, Johannem Vicecomitem de Tremblay, Jacobum de Bursono, Eustachium de Huidiconie, Joannem de Visi, & Guillielmum de Salis, familiares & fideles suos, ad hoc pro se obligare fecit, constituit, ac etiam ordinavit; dans & concedens eisdem pro parte sua consimilem per omnia potestatem, prout in patentibus Literis ipsius Regis Karoli exhibitis, quarum est Data Regii Anno Domini MCCLXXXIII. die XXVI. mensis Decembris,

Unde-

Undecimā Indictione, plenius continetur. Et licet Data tam praedictarum ipsius Regis Karoli & nostrarum, quam etiam praeſentium. & aliarum pro parte ipsius Regis Karoli praecentibus confitum Literarum, videantur in Annis Domini discordari, eo quod earumdem nostrarum Literarum Data facta est Anno Domini MCCCLXXXII. secundūm consuetudinem Regni Aragonum, & quamplurium aliarum partium Ultramontanarum, a quibus Annus ab Incarnatione Domini computatur; & earumdem Literarum dicti Regis Karoli Data facta est secundūm Romanae Ecclesiae, rorique fere Italiae consuetudinem generalē, Anno Domini MCCCLXXXIII. currente, qui Annus a Nativitate Domini computatur. Horum Annorum descriptio-
nem diversam, scilicet LXXXIII. & LXXXII. adnotavimus, secundūm di-
versitatem regionum imponentium voca-
bula discordantium, uno rāmen & eodem
in existentia permanente, ne ullum pro-
pter hoc aliquibus dubium generetur,
sed sit firma singulis certitudo, quod
tam praedicti de potestate ipsis duobus
tradita ipsis Regis Karoli & nostri,
quam praesentes, & ipsis Regis Karoli iis consimiles & correspondentes Li-
terae fuerint uno & eodem anno, mense,
& die confectae. Praefati quoque
sex Milites per eundem Regem Karolum,
ac praefati sex per Nos electi, in
Regali Palatio nostro Messanæ parte
congregati, & ad perfectionem hujus
negotii procedentes, post tractatus mul-
tiplices, discussiones diversas, examina-
tiones varias, indaginesque subtiles, per-
penso, ac diligenti deliberato consilio
inter eos, ex potestate ipsis ab eodem
Rege Karolo, & Nobis per easdem Li-
teras traditā, unanimiter & concorditer
elegerunt, quod praedicta Pugna inter
Nos & centum de nostris Militibus, ac
dictum Regem Karolum, & centum de

A suis Militibus facienda, fiat in posse
Regis Angliae, videlicet in Gualloria,
in territorio Burdegalensi, in aliquo
Campo, vel Platea ipsius territorii:
quem vel quam idem Rex Angliae magis
convenientem pro utraque parte vi-
derit ad Pugnam ipsam de ducentis
Militibus faciendam. Et quod locus
ipse, in quo praedicta Pugna fieri debet,
sit circumdatus, & bene clausus
palis & clausurā, & aliis opportunis,
ita quod nullus pedes vel eques locum
ipsum possit intrare vel exire, nisi per
portas.

Statuerunt etiam praedicti duodecim,
per dictum Regem Karolum, & Nos e-
lecti, praefato Regi Karolo, & Nobis
terminum ad repraesentandum Nos coram
dicto Rege Angliae in eadem Civitate
Burdegalensi ad Pugnam hujusmodi fa-
ciendam, nostrum quemlibet cum praedi-
ctis nostris centum Militibus, primum
diem mensis Junii, primū futuri hujus
XI. Indictionis. Adjecerunt etiam iidem
duodecim, per eundem Regem Karolum,
& Nos electi, quod id, quod de praesi-
tatione ejusdem Regis Karoli, &
Nostrā coram eodem Rege Angliae fa-
cienda dixerunt, sic volunt intelligi,
quod si ipse Rex Angliae in dicto loco
& termino personaliter esse non posset,
idem Rex Karolus, & Nos præsente-
mus coram eo, quem idem Rex misericorditer
specialiter ad re:ipiendam praesentatio-
nem hujusmodi loco sui. Et si ipse Rex
Angliae in eodem loco & termino praes-
sens non fuerit, nec aliquem ad hoc
specialiter misericorditer loco sui, dictus Rex
Karolus, & Nos teneamur, nos praesi-
tentare coram eo, qui vicem dicti Re-
gis Angliae gesserit in loco praedicto.
Ordinaverunt rāmen & statuerunt praedi-
cti duodecim, quod praedicta Pugna
in loco praedicto non fieri coram aliquo
de gente ipsis Regis Angliae, nisi i-
pse Rex Angliae personaliter esset praes-
sens,

sens, salvo si ad Pugnam ipsam aliter facienda ipse Karolus, & Nos essemus in communi concordia & assensu. Quod si in praedicto die praedictus Rex Angliae praesens in dicto loco non esset, idem Rex Karolus, & Nos teneamus ipsum Regem Angliae, vel responsione sua de veniendo, vel de non veniendo ad locum ipsum, a die praedicto usque ad triginta dies expectare. Et ut ipsius Regis Angliae praesentia modis in hoc omnibus procuretur, voluerunt praedicti duodecim, quod idem Rex Karolus, & Nos, quilibet per se, promittamus & juremus, quod legaliter & bona fide pro posse procuremus, & sine fraude vel ingenio quolibet, diligenter & sollicite faciemus, & facere studeamus, quod ipse Rex Angliae ad praedictam statutam primam diem primò futuri mensis Junii in eadem Civitate Burdigalensi, sita in Guasconia, praesens sit, & personaliter: & quadias, per ipsum Regem Karolum, & Nos coram ipso offerendas, ipse Rex Angliae recipiat ad Pugnam bujusmodi faciendam.

Ordinaverunt & statuerunt praedicti duodecim, quod ipse Rex Karolus, & Nos cum nostra utriusque comitiva, donec in Guasconia morans traxerimus, pro Pugna bujusmodi facienda, & etiam per octo dies post omnem terminum completem, pro recedendo inde & eundo, quod utrique nostrum placuerit, Nos, & nostra dilecta Comitiva in personis, animalibus, & rebus, quas Nos, & ipsae Comitiae nostra duxerimus, & portaverimus ad Pugnam bujusmodi faciendam, Nos ad inicem nullatenus offendamus. Diclique Duodecim Treuguas & securitates utrique nostro nomine sibi dederunt & fecerunt ad invicem, ac eidem Regi Karolo, & Nobis Treuguas & securitates irdixerunt easdem, ut eas donec in Guasconia pro eadem Pugna facienda manserimus, &

A etiam per octo dies post omnem terminum prae completum, pro recedendo inde, & eundo, quod utrique nostrum placuerit, Treuguas & securitates ipsas Nos & Comitiva nostra inviolabiliter observemus. Ordinaverunt insuper praedicti Duodecim, quod praedictus Rex Karolus, & Nos legaliter & bona fide debeamus promittere & jurare, quod quicunque nostrum praedictorum duorum Regum, videlicet praedicti Regis Karoli, & nostri Petri, legitimamente, aperto, & bene probato corporis cessante defecitu, ad praefatos diem & locum praefato Regi Karolo, & Nobis statutos & praefitos ad Pugnam bujusmodi faciendam, defecerit, & in eadem die, qui erit primus dies primò futuri mensis Junii, & in eodem loco, qui est Civitas Burdigalensis, sita in Guasconia, in potestate Regis Angliae, cum eiusdem centum Milibus praesens non fuerit ab Pugnam bujusmodi faciendam, ab eadem prima die p. imd futuri mensis Junii, qui si defecerit, & in eadem Civitate Burdigalensi praesens non fuerit, ut dictum est in antea, toto tempore vitae suae se tenere debeat pro deucto, perjuro, falso, fallito, infideli, & proditore. Et quod numquam sibi ascribere debeat nomen Regium & honorem: quis immo ipso factio remaneat nomine & honore Regio, & cuiuslibet alterius officii, seu dignitatis exutus, spoliatus perpetuo & privatus, & tamquam devictus, perjurus, falsus, fallitus, infidelis, & proditor, infamis sit, & perpetuo habeat. Et si hoc aliquis ei eponuerit publice vel occulte, negare non possit, sed confiteri publice teneatur: prout haec omnia per praedictos Duodecim electos ordinata, sententiata, & summa in duabus consimilibus patentiibus Literis, pendentibus Sigillis eorumdem Duodecim communis inde cunctis. unâ ex eis praefato Regi Karolo, alter-

et verò Nobis traditè ad cautelam, A & tatis evidenter apparent.
Nos autem praesatus Rex Petrus, nolentes in his de contingentibus quicquam obmittere, vel aliquem pro parte nostra intervenire defecimus, quin immo volentes omnino praedicta & singula per praefato Duodecim electos ordinata, & quantum in Nobis est, completere totaliter, & inviolabiliter observare, bonâ & spontaneâ voluntate nostrâ, legaliter & bona fide promittimus, tactis corporaliter Evangeliiis sacrosanctis, quod si ad eosdem diem & locum, eidem Regi Karolo, & Nobis per eosdem Duodecim praefizum & statutum, ad Pugnam hujusmodi faciendam defecerimus, & in eadem die, qui erit prima dies primi futuri mensis Junii hujus XI. Indictionis, & in eodem loco, qui est Civitas Burdegalensis, sita in Gau-sconia, in potestate Regis Angliae, cum eisdem centum nostris Militibus personaliter praesentes non fuerimus ad Pugnam hujusmodi faciendam, prout per praedictos Duodecim ordinatum & statutum est, ac superius continetur, ab eadem prima die primi futuri mensis Junii, hujus XI. Indictionis: in qua se defecerimus, & in eadem Civitate Burdegalensi cum eisdem centum nostris Militibus ad Pugnam ipsam faciendam personaliter praesentes non fuerimus, in antea toto tempore vitae nostrae Nos tenebimus pro devicto, perjuro, falso, falliso, infideli, & proditore, & numquam Nobis nomen & honorem Regium ascribemus: quis immo volumus & consentimus expresse, quod ex tunc ipso facto remanemus nomine & honore Regis, & cuiuslibet officii seu dignitatis alterius exuti, spoliati perpetus & privati; & tanquam devictus, perjurus, falsus, fallitus, infidelis & proditor, infamis simus, & perpetuo habeamur. Et si hos aliquis Nobis opposuerit pa-

blice vel occulte, nullatenus hoc negemus, nec negare possimus, sed hoc confiteamur, & teneamur ubique publice confiteri. Et ut haec omnia eo permaneant firmiora, & quamplurimum fide clarorum testimonis & assertionibus firmiter reborata, infra scriptos quadraginta Milites affectuose rogavimus & roga-mus, quod ipsis haec omnia, quae Nos facturos & impleturos promittimus, pro Nobis & nostro nomine promittere de-
beant & jurare.

Nos autem praefati quadraginta Mi-lites, videlicet, Guillielmus de Castro-novo: Rodericus Eximeni de Luna: Petrus de Queralco: Eximenius de Ar-ceda: Rodulfus de Manuele Judez: Raynaldus de Limege de Messana, ad hec pro Milite computatus: Arnaldus Roglevii: Comes Palarien: Ermengal-dus Comes Urgelensis: Petrus Ferrandi, frater dicti Regis Petri: Jacobus Petrus, filius ejusdem Regis: Lucas Ferrandi de Luna: Girardus Estur: Pontius de Riballo: Santius de Anti-lieno: Petrus Arnaldi de Butidac: Al-lanus de Lentino, Regni Siciliae Ma-gister Justiciariss: Arduinus de Vigin-timiliis, Comes Insulae Majoris: Fed-ericus Musca, Comes Moac: Orlando de Apello: Gualterius de Altagirono: Ber-nardus Roglevii de Evil: Roglerius de Lamia: Lupus Ferrandi de Crusillo: Bernerdus de Monte Pavone: Stephanus Muni: Petrus Garzendae de Mirze: Bertrandus de Bellopodio: Guillielmus de Bellera: Garsias de Araur: Exi-menius Lupi de Ambon: Raymondus de Melina: Symon de Lauro: Blasius Massa de Gavalur: Egidius Rodo-rici de Montogna, Garsias Arnaldi de Til: Berengarius de Eusegario: Quintimodus de Villafranca: Raymondus de Corea-da: Jacobus de Oblitis: & Bastus de Alalcon; ad preces & requisitionem dicti Regis Petri, bona & spontanea vo-luntate

lureate nostra promittimus & juramus, tactis corporaluer Evangelii sacrosanctis, nos legaliter ac bona fide pro posse facturos & curaturos, quod ipse Rex Petrus praedicta omnia & singula, per eum promissa & jurata, firmiter adimplerit. & inviolabiliter observabit. Et si, quod absit, contingere, quod ipse Rex Petrus, legitimo, apero, & bene probato corporis cessante defectu, ad praedictos diem praefixum & locum statutum deficeret, & in eodem primo die mensis Junii primi futuri in eadem Civitate Burdgalensi, sita in Gasconia in posse Regis Angliae, cum eisdem centum suis Milibus personaliter praesens non fuerit ad Pugnam hujusmodi faciendam, prout per eodem Duodecim ordinatum & statutum, & per ipsum Regem petrum, promissum est firmiter & juratum: nos ex tunc in continentis societatem, ac servicium ipsius Regis Petri, velut de dictis promissionibus & conventionibus ex tunc devitti, perjuri, falsi, falliri, & infidelis, & proditoris, totaliter & perpetuo deseremus; & numquam postea tunc tempore vitae nostrae cum eo erimus, nec sibi praestabimus in aliquo auxilium, consilium, vel favorem, verbo vel opere, publicum vel occultum. Et nos praefatus Rex Petrus, si quod absit, in praemissis omnibus, legitimo, apero, & bene probato corporis defectu cessante, defecerimus, ex nunc volumus & consentimus expresse,

A quod ipsi quadraginta Milites ab omni fidelitate homagii, & quolibet alio juremento, quo nobis tenentur, prorsus sint liberi.

B Denique, ut hoc etiam moneam, qui in Certamine succumbebant, aut a victore urgente, aut a Judicibus cogebantur fateri, quod antea negabant, aut negare, quod antea affirmarant. Nunc appellamus Italice dissimili, atque in Formulis a me additis Legibus Langobardorum occurrit interdum eadem significatione se exprimere. Hoc idem significabat olim se Recredere, unde Recrediti, & Recreduti. Proibri autem gravissimi loco se Recredere habebatur, ita ut in infamiam cederet, & pro contumelia gravi objiceretur. Inter pacta de Duello ineundo ab eodem Carolo I. Siciliae Rege, inita cum Petro Aragonensium Rege, quae nuper attulit, Johannes Villanius Lib. 7. Cap. 85. Historiar. statutum tradit: Che quale di detti Re vincesse la detta battaglia, avesse di * choto la detta Isola di Cilicia con volontà della Chiesa: e quelli, che fosse vinto, s'intendesse per Ri reduto e Traditore per tutti i Christiani; e mai non s'appellasse Re. De eorum munere, quibus custodia campi Duellorum commendabatur, agam infra in Dissertatione LXIII. de Advocatis.

DE RHYTHMICA
VETERUM POËSI,
ET ORIGINE
ITALICAE POESEOS.
DISSERTATIO
QUADRAGESIMA,

Tom. VIII.


o

DIS-

WOMHTS 12
1210133.0000
1970-01-01
01T121213
1210133.0000

DISSESTITO

QUADRAGESIMA.



On minus, quam
Italica Lingua, o-
riginem suam bar-
baricis temporibus
debet Italica Poë-
sis, cuius tamen
fundamenta altius
sunt nobis inve-
stiganda. Aristoteles in principio Poë-
tices inquirens, unde ortum Poësis
habuerit, statuit eam ex amore imi-
tationis prodiisse, qui hominibus in-
itus est, atque ex amore Harmoniae,
& Rhytmī. Praecipue verò ait: Κα-
τὰ φύσιν δὲ ὄντος ήμην τὰ μιμεῖ-
σθαι, καὶ τῆς ἀρμοίας, καὶ τὰ
ρυθμοὺς (τὰ γὰρ μέτρα ὅτι μόσχα
τῶν ρυθμῶν, εἰσὶ φανερόν) Νέαρχος
οἱ πεφυκότες πρὸς αὐτὰ μάλι-
στα κατόπιν μικρού προάγοντες, ἐγέν-
ενταν τὴν Ποίησιν ἐκ τῶν αὐτο-
σχεδιασμάτων: quae Latine ita so-
nant: *Quam ergo secundum Naturam*
sit in nobis ipsum imitari, & Harmo-
nia & Rhythmus (nam Metra particu-
las esse Rhytmorum manifestum est) a
principio qui Naturā maxime ad haec
aperte erant, paullatim promoventes, ge-
nusserunt Poësim, extemporaneo versifican-
tes. Mirum, quantum ad haec ver-
ba haeserint, certarint, ingeniumque
suum torserint Aristotelicae Poëticas
Interpretes, praesertim Itali, quod
nempe vim vocis Rhytmī assequi fa-

A tis non possent, & Harmoniae vocem
hic aliter, aliter ille explicarent. At
Germanus Philosophi sensus est, nos
ex institutione naturae delectari non
solum Imitatione, sed etiam Harmo-
nia, hoc est modulatione & Musicâ
Harmonicâ, sive ea ex Cantu aut
voce animantium nascatur, sive ex
Sonitu instrumentorum Musicorum;
atque insuper Rhythmo, idest ordine
& collocatione verborum ita conjun-
ctorum, aut desinentium, ut voces
etiam sine cantu, ac tantummodo
pronunciatæ, consonantiam, ac quam-
dam, ut ita dicam, Melodiam red-
dant, & delectabili jucundâque sen-
satione auditorum aures feriant. Metra
autem nomine significatur oratio,
quarundam legum inventione & con-
stitutione ita ligata & fabricata, ut
certo pedum numero constet, & in
ipsis pedibus ex æte ratio habeatur syl-
labarum longarum & brevium. Metra
autem Versus Poëtarum ideo appellati
sunt, quod Mēτρα idem sit ac
Mensura. In Versibus verò ad leges
Poëticas constructis & vincitis ita men-
sura temporis servatur, ut eadem sem-
per recurrat in ejusdem generis Ver-
sibus, sive longis pedibus illi, sive
brevibus, sive mixtis constent. Scri-
bit autem Quintilianus Institution.
Oratoriar. Lib. 9. Cap. 4. *Longam*
syllabam esse duorum temporum, brevem
unius, etiam pueri sciunt. Proinde in

D

periodis Rhetorum occultâ arte elaboratis concentus quidam auditur: eâ que de causâ tum Tullius, tum i dem Quintilianus *Rhytmum* in oratione procurandum jubent, non autem *Metrum*. Praecessit autem Aristoteles, scribens Rhetoric. Lib. 3. Cap. 8. Πυθμόν δεῖ ἔχει τὸν λόγον, Μέτρον δὲ μή: idest, *Rhytmum* oportet habere orationem, non verò *Metrum*. Alioquin, ut ille addit, Poëma erit. Ad quem locum Cicero respiciens, ubi de ipso Aristotele loquitur, ait: *Is igitur Versum in oratione vetat esse, Numerum jubet.* Veritatem ille μέτρον *Versum*, πυθμὸν verò *Numerum*, unde *numeroſa oratio dicta* etiam fuit. Inde ergo exorta est Poësis, uti Philosophus reēte monuit: quod primo quidam Populi (sive Hebrei, sive Graeci, sive quisquis alius, hoc enim nihil moror) quum in sacrificiis, aut in nuptiis, convivis, victoriis, aliisque tripudii & laetitiae publicae vel privatae temporibus, Harmoniae operam darent, tibiis aut fidibus utentes, sensim Vocem & Cantum jungere sono tibiae aut citharae cooperunt. Quam in rem compositionem quamdam dictionum & pedum adhibebant, in quorum structura *Rhytmus*, sive Concentus audiebatur, quum in uno commate vocum ac pedum connexio alteri subsequenti commati responderet. Sed tunc nulla, aut certe exigua cura fuit brevitatis aut longitudinis Syllabarum, quum satis foret, ita construire brévem illam orationem, & statuere aliqualem pedum numerum atque mensuram, ut ad aurium judicium inde exsurgeret aliquid modulationis atque concentus. *Versus* appellari coepit est ejusmodi brevis orationis structura, quam non meditationis, sed extemporanea vis ingenii

A effundebat, ut nostris quoque temporibus ab iis Rusticis praestatur, qui ex tempore *Versus* faciunt. Haec Poëeos fuere primordia. Quum verò delectatio inde in auditorum aures a nimumque non modica flueret, rem imperfectam sensim docti & egregii Viri perfecerunt, investitis nempe non nullis legibus, quibus deinceps Versus construerentur, & adhibitâ in illis castigatione mensurâ pedum, ita ut rigide etiam temporis ratio & uniformitas servaretur in usu syllabarum brevium atque longarum. Priors Versus *Rhytmici* appellati sunt, Metricti verò secundi. Atque hinc intelligimus, cur Sanctus Augustinus Lib. 3. Cap. 2. de Musica scripsit: *Quocirca omne Metrum Rhytmus; non omnis Rhytmus etiam Metrum est.* Exempli enim gratiâ in Vergilii aut Homeri versibus Hexametricis non solum *Rhytmus*, seu melodicum quidquam auditur; sed etiam *M. trum*, hoc est accurata observatio temporis deprehenditur, quum sive brevibus, sive longis pedibus Versum Poëta efformet, atque in singulis Hexametricis semper vigintiduo tempora vocis occurrant. Eadem est proportio in reliquis Versuum generibus apud meliores Poëtas. At in Versibus Rhythmicis ita quidem ex copulatione verborum, ac pedum etiam numero saepius observato, concentus aliquis enascitur, ut audienti voluptas creetur; sed ibi aut parum aut nihil sollicitus est artifex, brevibus ne longis pedibus utatur: legemque respuit & compedes, quos sibi praestantes Poëtae jandiu posuerunt. Dicis causâ, penultimus Hexametri pes *Dactylum* exigit, hoc est tres syllabas, quarum prima longa sit, reliquae due breves, uti *Carmina*, *Turgidus*. Verum Quintiliano monente Lib. 9.

Cap. 4. Rhytmus indifferens est, Dactylus ne ille priores habeat breves, an sequentes; ac propterea idem est Rhythmus conficiens, adhibere Tribrachum, e tribus brevibus compositum, ut *Macula*, *Canimus*: an Anapaestum ex duabus brevibus & longa conflatum, ut *Rutilans*, *Erato*; aut Creticum ex longa, brevi, & longa contextum, ut *Ahates*, *Fulgialis*. Sonum istae quoque voces reddunt similem aut proximum Dactylo; & qui aures tantum judices habet, nihil aut parum discriminis deprehendit inter sonum istorum pedum, qui tamen apud Metricos Poetas diversus plane carentur. Qua olim arte, quae pulsatione vocis antiqui Graeci & Latini distinguenter verborum praecipue dissyllaborum brevitatem ac longitudinem, incompertum mihi fateor. Frustra enim intenta aure nunc quaero, cur vox *Mala*, sive res malae, diversam temporis rationem habeat a *Mala*, id est *Poma*, aut *Gena*, quum utriusque vocis sonus idem mihi sit, alius autem secundum Prosodiae leges habetur.

Itaque duplex Poëtos genus olim exturrexit; alterum antiquius, sed ignobile ac plebeium; alterum nobilis, & a doctis tantummodo viris excultum. Illud *Rhythmicum*, istud *Metricum* appellatum est. Sed quod potissimum est animadvertisendum, quamquam Metrica Poësis primas arripuerit, omniumque meliorum suffragio & usu probata, laudibus ubique ornaretur: attamen Rhythrica Poësis non propterea defecit apud Graecos atque Latinos. Quum enim vulgus indoctum, & rustica gens Poëtam interdum agere vellet, neque legibus Metri addiscendis par esset: quales poterat, Versus efformare perrexit; hoc est Rhythmo contenta, Metrum

A contempsit. *Metrum*, inquam, hoc est, rigidas Prosodiae leges, quas perfecta Poësis sequitur. Ceteroqui latiore significatione *Metri* quoque nomine donatos interdum video Rhythmicos Versus, quod & in iis aliqua mensura pedum & temporis observatur. Primi autem Rhythmicos versus, atque adeo Poësim invexere aperit *Latinos Rustici*, quibus tamen praeiverant Graeci. Mos enim eorum fuit, post messem sese exhilarare, conviciis alternis sese ferientes, & verbis Rhythmicis certantes, qui *Fescennini* etiam appellati sunt. Rem describit Horatius Lib. primo, Epistola primâ, & *Agricola* priscis eorum originem tribuit, ac tandem ait:

Fescennina per hunc inventa (an potius inventa?) licentia morem, Versibus alternis oppobria rustica fudit.

Par est Tibulli sententia Lib. 2. Elegiâ secundâ.

Agricola assiduo Primum lassatus aratro Cantavit certo rustica verba pede.

D Livius quoque initio Lib. 7. Annal. de ludionibus Etruscis loquens, ait: *Imitari deinde eos juventus simul inconditis, inser se jocularia fundentes, Versibus coepere.* Versus inconditos Livius appellat eorum Versus, quod & facit Vergilius in Ecloga secunda, atque in Lib. 2. Georgicor. ubi incontos dicit *Rusticorum Versus*, quod nescire rudes forent, neque certa Prosodiae ratione incederent. Ejusmodi Versus infra ab eodem Horatio appellatur *horridus*, id est *rudis & incontus*. Neque dispar fortasse fuit *Saturnius*, nam Saturni tempore illud Versuum genus in usu fuisse credebatur.

..... Sic horridus ille
Defluxit numerus Saturnius.....

Nume-

Numerus Latina vox Rhytmum Graecum exprimit. Pergit scribere Horatius:

..... *Et gravis virus
Munditiae pepulere. Sed in longum
tamen acrum
Manerunt, bodieque manent vestigia
ruris.*

Hoc est, quamvis a Graecis didicimus Metri regulas, & pro rudibus Rusticorum Rhytmis castigatos nunc politosque Versus conficiamus, attamen Rhythmica Poësis perduravit semper, & adhuc apud vulgus viget. Horatii Interpretes in hunc locum verba Servii proserunt, qui ad Lib. 2. Georgicor. *Versus incomitos a Vergilio memoratos explicans, carminibus, ait, Saturnio Metro compositis, quae ad Rhytmum solum Vulgares componere consueverunt.* Quare conjicere hinc possumus, eosdem fuisse olim *Saturnics & Fescenninos* versus. Obstat tamen Asconius, cui commemoratur *senarius hypercatalepsus*, qui & *Saturnius* dicitur: haec enim indicare possunt, Versum illum non Rhythmicum, sed Metricum fuisse. Attamen Livius iterum audiatur. qui Poësi paullatim nitorem acceperisse scribens Libro eodem septimo ait: *Non sicut ante Fescennino Versu similes, incompositum temere, ac rudem, alternis jacentibant.* Quibus ille verbis describit primos Latinorum Versus; incompositos, videlicet ex tempore & imoroviso effusos, atque procuos sine exactâ ordinis ac temporis observatione, quam in Metris ad Prosodiae leges compotitis sentimus, ideoque impolitos ac rudes. Quam vero in nimiam dicitatem ac Satyram ejusmodi Fescennini seu joculares Versus ruerent, legibus Romanis eorum licentia compressa est, ita ut fas tantummodo fue-

A rit, per eos mordere in Nuptiis atque Triumphis. Vide Ferrarium Lib. 6. de Veter. Acclamationib. Capite decimo, qui rem inlustrat, atque exempla profert. Inclinante autem Romanorum Imperio, oblectatum fuisse Populum hujusmodi quoque Rhytmis, satis prodit Vopiscus in Aureliano, cujus verba multis illustravit Salmasius. Tum vero sub Augustis Christianis, sed potissimum sub Regibus barbaris, multus Rhytmorum usus fuit, non ad maledicentiam, aut vituperationem, sed ad honesta quaevis argumenta, ac praecipue ad laudes Dei atque Sanctorum, sive etiam viventium. Quamvis enim nullo unquam tempore Metrica Poësis defecerit, suosque Poëtas, vincitâ oratione utentes, neque omnes contempnendos, singula Saecula ostendere potuerint: attamen quum bonis Literis magnum vulnus infi etum fuisset, & ignorantia plerosque tunc hominum teneret, Prosodiae legibus pauci studebant, erratque iis levius negotium sese exercere in Rhytmis: quod nempe id genus lucubratiunculae minus curae atque laboris exigeret. Proinde viideas medii aevi Scriptores tum Rhythmica, tum Metrica Opuscula commemorare atque distinguere. Sanctus Bonifacius Moguntinus Episcopus circiter Annum Christi DCCXL. Epistol. 4. scribit: *Obsecro, ut mibi Aldhelmi Episcopi aliqua Opuscula, seu Prosa sua seu Metrorum, aut Rhythmicorum dirigere digneris.* Literariae Historiae Scriptores commemorant Aldhelmi istius Librum de Metrorum generibus, sive de Arte Metrica. Ita Alvarus Hispanus Scriptor circiter Annum DCCCXLVII. in Vita Sancti Eulogii, haec habet verba: *Epistolatim invicem egimus, & Rhythmicis Versibus nos lardibus mulcetamus.* Ekkehardus in Vi-

ta Beati Notkeri Balbuli, apud Geldastum Tomo primo pag. 237. Rer. Alamann. Cap. 16. haec scribit: *Sequentias, quas idem pater Sanctus fecerat, destinavit per bajulum Urbis Romae Papae Nicolao, & Liutwardo Versellensi Episcopo, tunc tempore Karoli Magni Imperatoris (idest Caroli Crassi circiter Annum DCCCLXXXIII.) Qui venerandus Apostolicæ Sedis Pontifex omnia, quae Beatus vir Notkerus dictaverat, canonizavit, videlicet Hymnos, Sequentias, Tropos, Letanias, omnesque Cantilenas Rhythmice, Metrice, vel Prosaice, quas fecerat &c.* Porro idem Ekkehardus, seu alter, Cap. I. de Casib. S. Galli, agens de Salomone Abate & Episcopo Constantiensi, haec scribit: *Scholas praeteriit, ostium aperuit, & intravit. Erat utique jus illorum, sicut hodie quidem est, quoniam ex leges quidem sunt, ut hospites intrantes capiant, captos, usquedum se redimant, teneant. Vide, quam vetustus sit abusus, qui in Ticinensi Gymnasio perdurare adhuc dicitur. Spupillare appellant. Post multa Discipuli illi, medii Rhythmice, ceteri vero Metrice effantur:*

*Quid tibi fecimus tale, ut nobis facias male?
Appellamus Regem, quia nostram fecimus legem.*

At alter versificator inquit:

*Non nobis pia spes fuerat, quoniam sis novas hospes,
Ut vetus in pejus transuertere tute velis jus.*

Sic Hermannus Contractus apud Pezium in Praefatione ad Thesaur. Anecdotor. Rhythmicum hunc Versum habet:

A

Carmen oro pange Metro, seu canore Rhythmico.

B

Ordericus quoque Vitalis Seculo XII. Rhythmicos Versus laudat; & circiter Annum MCXCV. Silvester Giraldus Britannus in Speculo Ecclesiae Lib. 4. Cap. 16. de quodam Golia haec tradit: *Literatus affatim, sed nec bene morigeratus, nec disciplinis informatus, in Papam & Curiam Romanam Carnisna famosa pluries & plurima, tam Metrica, quam Rhythmica, non minus impudenter, quam imprudenter evaserunt.* Quae omnia fatis indicant, quanto olim in usu fuerit Rhythmica Poësis, neque ab ea interdum abhorruisse doctos etiam viros. Qua ratione verò a Metris Rhythmi different, Beda Seculo VIII. in Lib. de Metris ita explicuit: *Videtur autem Rhythmus Metris esse consimilis. Est autem verborum modulata composicio, non Metrica ratione, sed numero Syllabarum ad iudicium aurium examinata, ut sunt Carnina vulgarium Poëtarum. Et quidem Rhythmus sine Metro esse potest; Metrum verò sine Rhythmo esse non potest. Quod liquidius ita definitur: Metrum est ratio cum modulatione; Rhythmus modulatio sine ratione.* Isidorus quoque Lib. primo, Cap. 38. Origin. Rhythmos a Metris distinguit.

C

D

E

Age verò quis Rhythmorum cursus fuerit, videamus. Paucis gressibus plerique iter suum conficiebant, Disthiorum, Epigrammatum, Odarura, aut Hymnorum, cursum imitati, hoc est, exigua, aut certe mediocri Versuum serie contenti. Sed neque defuere, qui ultra hasce metas progrediebantur, prout materies, aut artificis consilium exigebat. Rhythmopoejos autem si dixero omni Versuum genere usos olim fuisse, quibus Poëtica disciplina est oblectata, fortasse non

ron immeritò dicam. Immo veri videtur simile, Lyricam Poësim e Rhythmorum artificibus tantam varietatem carminum primo didicisse, eamque paullatim Metro adjuncto perfecisse. Dithyrambica enim Poësis primis temporibus instituta, ex Rhythmis variis generis, Proclo etiam teste, composita est; atque ut illinc Tragoedia & Comœdia ortum traxisse creditur, ita & Lyrica credenda est. In hoc etiam consentire videtur Scholiares Aristophanis. Sed haec missa facio. Illud tantummodo animadvertisendum, Anacreontem, et si inter Lyricos Graecos suavitate & gratia excellat, at tamen magnâ licentiâ ferri in Versibus suis, usque adeo ut ad Rhythmicam libertatem accedat. Accedit quod, quae verba Horatii supra mihi memorata sunt, de Dithyrambis illius aetate efformatis dicta fuere Lib. 4. Ode 2. Inquit enim:

*Seu per audaces nova Dithyrambos
Verba devolvit, Numerisque fertur
Lege solutis.*

Spartianus quosdam Versus adfert Hadriani Augusti, videlicet:

*Ego nolo Florus esse,
Ambulare per tabernas,
Latitare per popinas,
Culices pati rotundos.*

Vix dubito, quin inter Rhythmicos ii sint referendi, ut & alii, quos idem Augustus moriens effudisse dicitur. In iis certe exactam Metri rationem minime deprehendas. Attamen ut verum fatear, Rhythmi ipsi ita efformabantur, ut saepe aliquam Metrorum speciem exhiberent. Nam si verum est, quod Quintilianus tradit Lib. 9 Cap. 4 Institution Oratoriæ. Metrī quidem pedes adeo repe-

A riuntur in oratione, ut in ea frequenter non sentientibus nobis omnium generum excidant Versus. Et contra nihil est prosa scriptum, quod non redigi possit in quaedam versiculorum genera. Quanto ergo facilius idem in Rhythmis occurrat? Auctor verò est Leo Allatius in Diatriba de Simeon. usum Rhythmerum apud Graecos quoque recentiores perdurasse. Politicos Versus ii appellabant, qui, ut ipse scribit, Jambicis, & Anacreonticis ut plurimum constant: ita tamen, ut nulla quantitatis Syllabarum (quod accuratissime veteres observabant) ratio habeatur; tantum earum numerus, declinationesque accentuum attendantur. Quae ratio fingendorum carminum non nunc primum in ea natione, sed multis ab his Saeculis in usu fuisse comperitur, ut videmus in Phorii Patriarchae, Christophori primi a secretis, Pselli &c. versibus. Vessius quoque Lib. primo, Cap. 8. Institut. Poëtic. animadvertisit, Rhythmus, non Metrum, inesse in Versibus Politicis Constantini Manassis, * Tzetzae, & similium. Tum subdit: Nec dubium, quin antiquiores sint Versus, in quibus solum Rhythmus est. Addit etiam: Poëtarum aliqui solo erant Rhythmo contenti; nec alio a vulgari sermone discrepabant. Alii Rhythmus animabant sermone Poëtico. Alii denique etiam Metrum superaddebat. Quod ipse didicit a Beda in Libro de Arte Metrica. Sunt ejus verba connexa cum iis, quae nuper attuli: Plerumque tamen casu quosdam invenies etiam rationem in Rhythmo, non artificii moderatione servatam, sed sono & ipsa modulatione ducente, quem vulgares Poëtae necesse est rusticè, docti faciant docte. Quo modo & ad instar Jambici Metri pulcherrime factus est Hymnus ille præclarus:

Rex

* An Tzetzae, seu Tzezis?

Rex aeternæ Domine
Rerum creator omnium,
Qui eras ante Saccula
Semper cum Patre Filius.

Et alii Ambrosiani non pauci. Item ad formam Metri Trochaici canunt Hymnum de Die Judicii per alphabetum:

Apparebit repentina Dies
Magna Domini, fur obscurâ
Velut nocte improvisos occupans.

Haec Beda. Nisi excidissent innumeri ex hisce Rhythmis (neque enim par eorum cura habita est atque Metrorum) ingentem in iis Versibus varietatem nunc deprehenderemus. Evidem e MS Codice Ambrosianae Bibliothecae descriptum dedi Antiphonarium Benchorensis Monasterii, atque edidi Tomo 4. Anecdotor. Latinorum*. Ejus aetas ad Seculum Christianae Aerae Octavum referenda videtur. Complures ibi occurrunt Hymni, quos omnes in Rhythmicorum censum conjiciendos parum custodita Metri ratio persuadet.

Praecipue verò in Rhythmis frequens usus fuit Versus Trochaici catalecti, ut illum Terentianus Maurus appellat in Lib. de Liter. & Metr. Immo reliquit & ille ex iis non paucos a se lucubratos. Exemplum ex eo proferamus.

Syllabas, quae rite Metro congruunt Heroico,
Caput ut meus ferebat, disputatas
astuli &c.
Est celer phaselus ille, quem videtis
bosipes.

Eiusmodi versu dieteria praesertim efferebantur, ut est decantatum illud militum in Julium Caesarem, dum triumphum Gallicum duceret:

Tom. VIII.

* Hac in Edit. Tom. XI. P. III. pag. 219.

A

Gallias Caesar subegit: Nicomedes Caesarem:
Ecce Caesar nunc triumphat, qui subegit Gallias:
Nicomedes non triumphat, qui subegit Caesarem.

B

Alterum exemplum Suetonius suppeditat, Versus nempe in eundem Caesarem tunc deponitos:

Urbani servate uxores. Moeckum calvum adducimus.
Aurum in Gallia effutuisti: heic sumisti mutuum.

C

Utrōque idem habes Metrum, & Dactylum in fine, & quindecim syllabas singulis in Versibus; sed non eamdem brevium & longarum observationem. Quindecim inquam syllabas: paritatem enim syllabarum Rhythmopoeji veteres fere semper curabant, quum & ejusmodi Versus canerentur ad Musicos modos. Immo & saltatio addebat, & quaedam digitorum percussio, ut Cicero, Quintilianus, & alii innunt. Id quoque a Judaeis antea factum videtur. Neque enim tantummodo apud Romanos dieteria per Rhythmos jaētata in usu fuere, sed etiam apud Judaeos, & longe antea, quam a Romanis usurparentur. Vide Lib. primum, Cap. 18. vers. 6. Regum. Quum reverteretur, percuso Philistaeo, David, mulieres cantantes, chorosque ducentes in occursus Saul Regis, praecinebant dicentes: Percussit Saul mille, & David decem millia. Male habuit Regem aculeatus Rhythmus, cuius voces antiquissimus Interpres ita vertit, ut Versum Trochaicum inde confecerit, quales erant complures e veterum Rhythmis. Idque ea ratione factum, quod in Hebraico scomma illud duobus versiculis octosyllabis effertur hoc modo:

E

P

תְּבָנָה

הכה שאול באלפי
Iochà Saùl balafaju,
ודוד ברביבתִי
Vedavìd berivvodaju.

Atque heic mature animadvertis velim, in ejusmodi Versiculorum fine syllabas consonas, quas *Rime* Italice appellamus. Casu-ne, an arte factum, judicent alii. De his infra sermo erit. Itaque sicuti Cantilenae nostrae certis pedibus constant in singulis strophis, ut idem sit in omnibus Musicus concentus; ita & veterum Rhythmi processere. Eundem verò morem retinuere Christiani barbaricis temporibus, quum Hymnos componebant: quod etiam e Benchorensis nuper memoratis liquebit. Exempli gratia hos tantum commemoro, unum Versum in duos versiculos dividens:

*In Prophetis inveniris
Nostro natus Saeculo:
Ante Saecla tu fuisti
Factor primi Saeculi, &c.
Cum jubet parvos necari,
Turba fecit Martyrum.
Fertur infans oculendus,
Nili flumen quo fluit.*

Allatius quoque praelaudatus animadvertisit in Versibus Graecorum Politicis, in quibus, ut ipse scribit. *Syllabas quindecim numquam excedunt;* & si quae ultra videntur, eas per aphæresin, sive synaloephen, decurrent & absunt. Ejusdem autem Metri sunt *Planctus Rhythmicus* super morte Constantini Monachi Luxoviensis a Guidino Monacho compositus, & Adelmani Scholastici Rhythmi Alphabetici de Viris Illustribus sui temporis, quos Saeculo XI. compositos Mabillonius

A V. Cl. inter vetera Analecta edidit. Vide pariter inter Opera Sancti Fulberti Rhythmos, versibus minime distinctis editos. Floruit ille quoque Seculo XI. Similem etiam Rhythmum Landulphus senior Historicus Mediolanensis exhibuit, a me evulgatum Tomo IV. Rer. Italicar. Mihi de ipso infra sermo recurret. Alterum quoque vide a me publici juris factum in fine Paralipomen. Anonymi Salernitani, Part. II. Tomi II. Rer. Italicarum. Sed supra ceteros Rhythmos ii fortassis aestimandi, utpote antiquissimi, atque ad Historiam perutiles, quorum primum, Veronae encomia complexum, suis Analectis Mabillonius idem adjunxit. Alterum in Mediolani laudem fabricatum edidi ego in eadem Part. II. Tomi II. Rer. Italic. Uterque Veronensi Rhythmopoejo natalem suum debet, aut saltem debet vitam, qua nunc fruiatur, quum ex Codicibus Veronensis bus ambo de promti curâ tandem nostrâ in lucem emerserint. Et sane hoc praecipue titulo tam Mabillonio, quam mihi spes futura erat, nos gratiam inituros Clarissimi Viri Marchionis Scipionis Maffei Veronensis, qui tum patriam suam, tum antiquam eruditionem summa cum laude illustrare pergit. Sed quod mire, vix aliud ille in consilio nostro reperit, nisi argumentum irae atque censure. Quid amico viro heic minime probatum fuerit, quidve ille scripserit in Dissertatione, quam de Versib. Rhythmicis Anno MDCC-XXVII. edidit, amice referam.

Moleste fert ille primo, ejusmodi Rhythmos a nobis fuisse productos, quales in MStis Codicibus deprehendimus, hoc est, erroribus scatentes. Deinde nos arguit, quod non Versibus distinctis, sed continuatâ oratione

ne ad instar prosae, servato dunat xat stropharum ordine, utrumque Rhythmum proelo subjecerimus: si fatti Monumenti, scribit ille, non vanno stampati come le Iscrizioni, o come i vecchi Strumenti, senza mutar lettera; essendo che altro è un' originale d' antico Notaio, dove p'ù cose insegnano anche gli errori; ed altro è un' Iistoria, o Componimento tramandato: da' Copisti, i quali dalla mente, e dallo scritto dell' Autore abbiano deviato sciocamente. In questo caso egli è necessario usar lucerna critica, e conoscere ed emendare, ove possiam farlo con sicurezza. Tum Rhythmum a Mabillonio editum rursus ipse exerit, singulos Versus distinguens; & errores, quo cumque potest, adhibita emendatione tollit. Criticam viri doctissimi lucernam hercle ego & probo & commendo, quod est ad castigandos defaecandosque eosdem Rhythmos: sed nemo fortassis erit, qui homini plaudat insurgenti, non dicam, in me (hoc enim nihil refert) sed in Mabillonium, tam bene de Literis & de Republica Literaria meritum, ac summa veneratione apud omnes dignum. Quum ex uno antiquissimo MSto aliquod veterum monumentum describitur & evulgatur, rite semper munere suo fungitur editor, si quidquid Codex MStus habet, fideliter exprimit, exceptis crassioribus quibusdam sphalmatis, quae uti in omnium oculos incurunt, ita veniam dant cuncti, ut, ne menito quidem Lectore, auferantur. Nunquam Lectorem fallo, dum ego non fallar in intelligenda recteque reddenda antiqui illius Codicis scriptura. Deinde vero liberum cuiuscumque Critico Lectori est, innuere meliores lectiones, castigare depravata, supplere quae desunt. Immo securus agere periculorum videatur, &

A praeципue quum de Carminibus veterum agitur, quorum similes Rhythmi sunt: delicatum enim artificium illorum est, neque nimium in iis castigandis audendum, nisi de medela adhibita Lector moneatur, cui meditanti forsitan melior in mentem venire possit. Si locus futurus esset regulae, quam nunc primum procurdit amicus Maffejus, miseros jam appellare liceret quosvis Eruditos, qui monumenta veterum tenebris, nostro potissimum Seculo, eripuerunt, neque Lucernam Criticam ad singula accenderunt. Atque mea in primis deploranda fortuna foret, qui in Rerum Italicarum Collectionem tot Historias intuli nunquam antea editas, easque dedi, quales e MStis accepi, vitiis videlicet veterum Librarium saepe foedatas. Sed aliud certe erudit Orbis judicium erit. Mabillonio, mihi, ceterisque Anecdotorum editoribus unum plerumque consilium fuit, ac futurum est, nempe in Literatorum commodum quae latebant in MStis luce donare, non autem subsistere ad omnia, expendenda meditatione rigidâ, atque expurganda, suscepit veluti anatome exquisitâ vitiosi ac inordinati corporis. Est hoc hominum majori otio fruentium; immo omnium esse potest, qui beneficio per nos delato uti deinde velint. Quamobrem morosus plane sit, qui celeberrimum illum Virum, meque simul increpandos sibi sumat, quod Rhythmos, quales in unico vetustissimo Codice invenimus, versibus etiam indistinctis, quemadmodum reapse illos Codex suppedavit, ab interitu atque oblivione vindicaverimus, etiamsi omnes inde errores per nos non fuerint sublati. Sed quid plura? Censorem nostrum ad Judicem egregium sisto, cuius cal-

culo constabit, quām levi fundamen-
to nitatur novitia hujusmodi censu-
ra. Is autem non alias est, quām
Eruditissimus ipse Maffeus, qui pri-
mū editis Florentiae Anno MDCC-
XXI. Cassiodorii Complexionibus, E-
pistolam suam addidit, antea quoque
evulgatam Tomo V. Italiae Sacrae,
Venetae editionis, in qua Rhythnum
ipsum de *Laudibus Veronae* a Mabillonio
editum, non semel, sed bis,
aeneis typis tradidit, atque iisdem
plane verbis, quae apud Mabillonium
leguntur, & nullā factā Versuum di-
stinctione, nullāque adhibitā Criticā
Lucernā, quum tamen in eodem Li-
bro ipse Rhythnum sepulcralem Pa-
cifico Archidiacono positum, ac ejusdem
Metri, mihi quoque rursus infra e-
dendum in hoc Opere, Dissertatione
XLIII. *De Literarum statu*, ordinatis
versibus protulisset. Cur, amabo,
quod ipsi Maffeo fas ac laudandum
Anno MDCCXXI. credebatur, post
sex annos nefas & culpandum visum
fuit? Enī ut suis ipse armis contra
se pugnat. Si quid ergo video, non
quod ille adversus Mabillonium, me-
que ex cogitavit, sed hoc unum ex
illius nuperrime ad inventā sententiā
consequi tantummodo potest: scilicet,
Lectoribus injectam suspicionem fui-
sse, eamque vix unquam delendam,
si quando aliquid novi ex antiquis
Codicibus ipse proferet, nos non ac-
cepturos illud, quale in membranis
erat, sed quale *Lucernae Criticae* do-
ctissimi Viri visum fuerit; atque a-
deo certos nos in posterum esse non
posse, multis-ne in locis veterum
verba ac mentem, an Maffei (vete-
res loquentes, prout ipse melius cen-
suit, inducentis) sensa habeamus.
Quae ergo illi fides in posterum ha-
benda?

A

B

C

D

E

Has ego legitimas germanae Cri-
tice regulas reor. Scilicet in Veter-
um monumentis primū edendis,
& praecipue si ex aliquo singulari
antiquissimo MSto illa depromantur,
coque magis si Carmina sunt, nihil
opus esse discedere a lectione Codic-
is: immo rem poscere, ut quantum
sieri possit, eadem lectio retineatur,
exclusis tantū apertissimis Librarii
mendis, quae tamen distinguere om-
nium est. Si quid verò gravius edi-
tori immutare, delere, supplere ani-
mus est, id clanculum facere, Lecto-
ribusque minime consciis, nequaquam
licet. Neque enim ad ejusmodi li-
centiam purgandam, satis esset dice-
re: felicissimas conjecturas, opportu-
naque remedia ad mentem Auctorum,
& ad Metri leges adhibui. Nam ut
ut ingenii acumine quisquam abun-
det, quam laudem procul dubio a-
gnosco & ego in Clarissimo Maffeo:
attamen liberum semper Lectori
judicium servandum erit, ut perspic-
cere possit, recte-ne, an secus Criticus
vir medicas manus intulerit an-
tiquis Codicibus, veterumque lucu-
brationibus. Et profectō quanticum-
que sint Critici in emendandis veter-
um Libris, ii non raro nobis pro-
pinant non Auctorum verba, sed me-
ditamenta ac divinationes suas, quae
tamen veteres ne somniarunt quitem.
In Rhythmo Mabillonii curā edito
ita se habebat hic Versus:

Ab Oriente habet primum Martyrem Stephanum.

Ita illum e conjecturā suā restituit
Maffeus.

Ab Oriente habet primum Protomartyrem Stephanum.

Si Auctori illud *primum* adhibitum
fuisse non adverbii, sed adjectivi
loco

loco (quod sane merito opinari licet, alioquin is primū non primū dixisset) rideret ille, puto, nunc vi-dens in ejusmodi emendatione se co-a-
etum appellare primum Martyrem non semel, sed bis Stephanum. Cur ergo non liceat & mihi versum illum le-
viori additamento restituere, ac scri-
bere?

*Ab Oriente habes primum nam Mar-
tyrem Stephanum.*

Quando luxata ossa reponenda heic sumimus, satius est curam complere, quām nova inferre vulnera. Duobus enim versiculis constant horum Rhythmorum versus: quorum primus octo, alter septem Syllabis expeditur, dummodo legibus communibus illius Rhythmi pareatur. Si Protomartyrem Stephanum legimus, ultra metas excurret Syllabarū numerus: aequius ergo suppleatur scribendo nam Martyrem Stephanum. Sed quid heic ajo? Cae-cutiamus necesse est in barbaricorum temporum scriptis emendandis, ac non raro fallemur, quoties Librarium incuriae ac ignorantiae tribuemus vitia, quae ipsis indoctis Auctōribus sunt tribuenda. Metri leges, hoc est Syllabarū numerum, in versibus hisce Rhythmicis neglectas cernimus. Quis certos nos facit deliquesce Librarium potius, quām eorum Auctorem? Alspice illic alias versus enormes:

*Praecursorēm Baptistam Johannem, &
Martyrem Nazarium.*

*Mammam, Andronicum, & Probum
cum quadraginta Martyribus.*

*Temporibus Principum, Regum Desi-
derii & Adelchis.*

Ceteros omitto. Similem habemus in Epitaphio Pacifici Archidiaconi, quod tamen ex marmore expressit idem Marchio Maffejus:

*Septimo Vicefimo aetatis Anno Cae-
saris Losbarii.*

Scribendum autem monet Clarissimus Marchio in Mabillonio *Adelchis* (an melius *Adelchi*?) ut & alibi *Baptis-
tium & Ravennia*: *Dactylum* enim, aut *Creticum*, aut *Anapestum* in fine exigunt id genus Rhythmi. Ita sane. Sed adhuc incertum est, an vulgares eorum temporum Rhythmu-poeji tam religiose hisce legibus constringi se sinerent. Quid factum fuerit in Syllabarū obseruatione nuper vidimus. Vopiscus etiam in *Aurelia-no militarem Rhythmum* refert, hisce verbis conceptum:

*Mille, mille, mille, mille, mille de-
collavimus.*

*Unus homo mille, mille, mille decoll-
lavimus.*

*Mille, mille, mille vivat, qui mille
occidit.*

*Tantum vini habet (fortasse bibit)
nemo, quantum fudit sanguinis.*

Ita scribendos eos versus puto, e quibus tertius, uti videtur, contra leges clauditur verbo occidit. At Hexametri quoque interdum non Da-
ctylo, sed Spondaeo clauduntur apud meliores Poëtas.

Quod est ad Rhythmum *de Laudib-
us Mediolani* a me editum, doctissi-
mus Censor conqueritur, quod prave descriptus fuerit ex pervertusto Co-
dice Veronensi: quibus verbis tacite imperitiam objicere videtur doctissi-
mo Viro Bartholomeo Campagno-
lae, Capituli Canonicorum Veronen-
sium Cancellario, & nunc in eadem Urbe Archipresbytero Ecclesiae San-
ctaæ Caeciliae, a quo Opusculum de-
scriptum, atque ad me missum fuit.
Sed mirum, quei vir alioqui perspi-
caciissimus non ante secum reputave-
rit,

rit, an praecipitis Judicis notam incurrire posset, quando Codice MSto minime inspecto sibi de re ignota ferendum erat judicium. Atqui erroribus abundat Rhythmus. Non abnuo: sed quid inde apud cautum Judicem consequitur? Non minora via in Mabilloniano Rhythmo occurrunt; incomparabilem tamen virum certe nemo neget, antiquae scripturae peritissimum. At, regerit Maffejus, paucissimorum nunc est intelligere veterum characteres: quos ille *antico corsivo* appellat. Sed quid si inter hosce paucissimos locus Campagnolae ipsi negandus non esset? Liberum est nunc, ut puto, Maffeo ipsi (quod olim non licuit) sub oculos habere eumdem Codicem, qua parte Rhythnum a me editum complectitur. Tum prudentius judicabit, tribuendane sint antiquissimo Librario, ne dicam Rhythmi ipsius Auctori, an solertissimo Campagnolae, quae aut corrupta, aut obscura in hocce Rhythmo adhuc deprehenduntur. Et ego Rhythnum eumdem exactissime describendum, iisdemque plane characterum formis ex MSto exprimentum curavi, ita ut propriis veluti oculis Codicem ipsum inspicerim: ac manu tetigi nihil ab ejusdem Codicis fide discrepasse exemplum olim ad me missum ab accuratissimo ipso Campagnola. Quidquid in editione a me facta dissidet a Codice immutatum, emendatumve a me uno fuit. Indulgetur enim (id repeto, atque id etiam praccipit Clarissimus Maffejus) describenti veterum monumenta e Codicibus (quorum pauci Libriorum erroribus carent) patentia inde tollere menda, ea tamen tantum, quae recte conjicere possumus ex Amanuensium oscitantia processisse. Reliquum ego dimisi, ingentis

A operis mole ad alia solicitatus atque intentus. Neque vero majora audere fas putassem insciis Lectoribus. Nunc etiam animadverto, nihil opus fuisse, scribere *quaestu* pro *quaestum*; sed ultra non vacat, levibus hisce controversiis seu tricis insistere.

B Unum tantummodo adjiciam, nempe cogi nos credere, amicum Maffejum ingenti prurigine censoriae virgae adhibendae, quum haec scripsit, agitatum fuisse. Neque enim hisce contentus, & extra semitam proreptus, invasit etiam frustulum Vitae Sancti Geminiani Episcopi Mutinensis, quam ex altero Veronensi Codice excerptam protuli in eadem Parte II. Tomi II. Rcr. Italicarum, ejus Auctorem arbitratus, circiter Annum Christi DCCCCX. floruisse. Mihi profectò si eadem libido insideret, sique par pari reddere animus foret, non deessent, quae in Censoris doctissimi Libris aequiori censurae patuerent. Verum amicitiae leges minime oblitus, clypeo tantum, non ense heic utar. Ille ergo scribit, fragmentum nuper memoratum Vitae Sancti Geminiani desumtum fuisse e *Lezionario* circiter *Sacculum XIV.* scripto. Ut lubet: rariores etiam gemmas interdum servarunt nobis Seculi ejus Codices, videlicet & ipsi ab antiquioribus descripti. Addit: Poco conto, si pud farne, mentre *interpolazioni* molto inette hanno le Vite in tal *Lezionario*: e così tra l' altre quella di San Zenone. Quod in Vita Sancti Zenonis Interpolationes occurrant, deducere velle, reliquas etiam Vitas Codicis illius interpolationibus scattere, non probabunt, ut puto, Erudditi. Quod plus est, nullam in praelaudata S. Geminiani Vita Interpolationem quisquam ostendet. Cur ergo haec Maffejus? Pergit ille: *L'*

E *Auctor*

Autor della giunta fa menzione dell'anica scorreria degli Ungheri; ma non mostra effer vissuto a tempo di quella, bensì d'alcun'altra delle fatte da quella gente. Atqui certum apud omnes E-ruditos futurum est, eamdem Vitam, una cum lacinia a me edita, ante medium Saeculum X. fuisse literis consignatam. Mihi persuaseram, ad-ditamentum illud luce hucusque caruisse, quod in Vita a Cl. P. Bollando edita ad diem XXXI. Januarii ipsum desiderari animadvertissem. Sed haec scribens, nunc deprehendo, ab eodem Bollando in Calce Tomi in Addendis ad eam diem ex Codice MSto Bodecensi fragmentum idem fuisse jandiu productum, quanquam eā diversitate, ut me neutiquam poeniteat, illud ipsum rursus evulgasse. Jam ergo habemus, non uni Codici Veronensi fragmentum illud acceptum esse referendum. Ibi verò scriptum est: *Sed quia tanti Patris Domni Geminiani, prout potuimus, Vitam stilo transegimus, libet quoque de situ Urbis, in qua sededit Episcopus, aliquid encleare veracius.* Palam haec produnt, non ab aliena manu, sed ab ipso Auctore Vitae adjecta fuisse, quae ad situm Mutinensis Urbis pertinent. Quoniam autem tempore idem Auctor floruerit, evidentissime ex aliis ejus verbis colligitur, ubi de Hungarorum saevissima, ac paene omnibus metuenda gente is loquitur, quam, inquit, in Nostris tribulationibus Compertam Habemus. Deinde subdit, eos a parte Aquilonari Italiam ingressos, Forojuliensi vastata Marchiā, Veronam usque transiliisse, & universam regionem depopulatos, cuncta firmissima Urbitum moenia, cunctaque murata, nullo resistente invassisse Oppida. Denique scribit: *Itaque lues illa (quam Utinam Nesciremus) non dico certaminis, sed*

A insoliti funeris &c. tandem ad Mutinense devenit Episcopium &c.

Nemo non videt, haec scripta fuisse ab homine, qui non tantum vi-derat, sed etiam expertus fuerat, quantā rabie Italiam dilaniaret, aut paucos ante annos dilaniasset imma-nis Hungrorum Populus, e Scythia in Pannoniam, quam sibi subjecit antea, hoc est, circiter Annum Chri-sti DCCCLXXXIX. illapsus. Prima eorum impressio in Italiam, teste Hermanno Contracto, & Continua-tore Annalium Fuldenium, alii-sque, illiganda videtur Anno DCCC. Annalista Saxo, ab Eccardo editus, Reginonem sequutus, aut eamdem, aut alteram irruptionem describit ad Annum DCCCCI. his verbis: *Lan-gobardiam quoque ingressi, caedibus incendia miscent: quumque incolas terrae conglobati resistere conarentur, plurimi Episcopi, & Comites cum innumerabili hominum multitudine sagittarum itib[us] trucidantur. Liutwardus Vercellensis E-piscopus assumis thesauris fugiens, incidit super eos, moxque interficitur.* En quousque Anno illo aut praecedenti penetrarit ferocissima gens. Illorum autem irruptio in Mutinensem agrum, & vastatio celeberrimi Nonantulani Monasterii per eos facta, in eosdem Annos conjicienda videtur, ut Pa-gius recte monuit. Tum subsequen-tibus Annis nova ab iis vulnera inflcta fuere Italiae; nam post profli-gatum Christianorum exercitum, quem in eos Berengarius I. Italiae Rex adduxerat, non erat (ut Liutprandus Ticinensis tradit Lib. 2. Cap. 6. His-tor.) qui eorum praesentiam, nisi mu-nitissimis fortè praestolaretur in locis. Teste eodem Liutprando, quo Anno Ludovicus III. Imperator a Berenga-rio captus temeratae fidei poenas de-dit, hoc est, aut Anno DCCCCII., aut

aut serius, ut alibi ostendi, Hungarorum rabies totam per Italiam nullis resistentibus dilatatur. Richardus Cluniacensis, & ex eo Bonfinius, tradunt, Hungros exinde fere quotannis populandi caulsâ, ut quidquid remanserat eraderent, repetere Italiam consuevisse. Anno Christi DCCCCV. Sigonius scribit, barbaros eosdem novam incursionem fecisse. Tum Anno DCCCCXXI. & subsequenti ex eorum gladiis, & sagittis Italia sanguine maduit. Anno autem DCCCCXXIV. adeo illorum potentia, ac rabies est aucta, ut praeclarissimam Regni sedem Ticinum ad deditioinem compulerint, & incendio absumserint. Idem An. DCCCCXXXVII. Alamanniam, Galliam, & Burgundiam pervagati, per Italiam ad sua regna redierunt. Auctor quoque est Lupus Protospata, eos Anno DCCCCX. Italiam vexasse, tum An. DGCCCXXXVI. DCCCCXL. & DCCCCXLVII. in Apuliam irruisse, Capuam obsedisse, ac innumera iis regionibus intulisse mala. Habetur etiam nota marginalis in MSto Codice Bibliothecae Casanatenis Romae, ubi legitur Cyclus Paschalis Dionysii Exigui, hisce verbis concepta: *Hoc Anno (idest Anno C. 922.) venerunt Hungari in Apuliam quarto die stante mensis Februarii.* Sed clades ejusmodi nihil ad Langobardiam spectare videntur, quum non terrestri itinere, sed navigio adhibito illuc Hungari penetrasse potuerint. Post mortem quoque Hugonis Italiae Regis iidem Hungri in Italiae finum irruerunt, sed muneribus a Berengario Marchione, postea Rege, placati abscessere. Baroni & Pagius actum hoc Anno DCCCCXLIX. putant. Sed hoc antea contigisse, ex Liutprando Historico fortasse colligas.

A Denique Frodoardus in Chronico ad An. DCCCCLI. tradit, Hungaros ex Italia in Aquitaniam fuisse progressos. Fortassis & Anno DCCCC-LIV. Hungros e Gallia fugientes Italia vidit; at ultra non legimus, immitissimam gentem irrupisse in hanc regiones: eam quippe bellicosi Germanorum Populi, multis caedibus illatis, sese intra limites suos continere tandem edocuit. Tota ergo periodus aerumnarum, quas ab Hungris Italia sustinuit, inter annum DCCCC. & DCCCCL. revera concluditur. Quum ergo exploratum sit, ut supra vidimus, Scriptorem Vitae Sancti Geminiani eadem ipsa tempestate floruisse: peto ego, an censurae alicui justae locus fuerit, quod scriperim, Auctorem illius CIRCITER Annum Christi DCCCCX. floruisse? At inquit amicus Maffejus: *non ostendit is Auctor, se vixisse, quum Hungari Anno DCCCC. aut DCCCCII. impressionem in Mutinenses fecere, sed quidem servente una e reliquis incursionibus ab ea gente factis.* Et quid tum? Nonne satis mihi est, si is vixit, dum Hungri in Italiam palantes excursabant? Sed cur vivere is non etiam antea potuit? Conjecturis heic uterque agimus. Neget ille, si potis est, potuisse florere Scriptorem illum vel ipso Anno DCCCC. Si accidisse id potuit, satis illud mihi est, nec est, cur meae conjecturam suam Maffejus anteferat. Ac praecipue, quum Clarissimus Bollandus ad ea verba, quam in Nostris Tribulationibus Crudelissimam Experiti sumus (ita enim ille Bodecensi Codice usus eum aliter locum recitat) hanc Notam apposuerit: *Haec esse videtur Hungarorum incursio, quam memorat Liutprandus Histor. Lib. 2. Cap. 4. 5. 6. sub initium Saeculi De-*

B

C

D

E

cimi.

cimi. Eoque magis id mihi licuit A scribere, quandoquidem non ad Annum DCCCC. conjeci scriptam Sancti Geminiani Vitam, sed quidem ad Annum DCCCCX. quem praeterea certò quidem designavi, nam ad didi CIRCITER, Lectori eâ ratione ianuens, seriùs etiam statui posse Scriptoris aetatem. Sed ego, si plura adderem, neque temporis, neque alienae patientiae me curam habere proderem. Ergo satius est, interruptum iter repetere.

Ut autem luculentius pateat, imperitiam veteris scripturae Campagnolae supra memorato minime obji-

ciendam fuisse, atque in veteres Autores Latinae Linguae parum gna-
ros, & in Librarios foedissime cae-
spitantes, rejiciendos esse errores,
quibus antiqua Opuscula scatent;
juvat heic adjicere alterum Rhythmum
ejusdem Metri, nunquam antea editum,
atque excerptum ex vetustissi-
mo Codice Veronensi per Campa-
gnolam eumdem. Nullum ego inde
vitium, quamquam in oculos multa
incurrant, sustuli. Primae Stropha-
rum literae Acrostichon exhibent,
nempe GAIDHADLUS, qui Parro-
chus Veronensi in Urbe fuisse vide-
tur, atque ipsius Rhythmi Author:

- „ Gracia excelsa Regi referamus pariter,
- „ Qui nos in unum congregavit, te laudamus Domine,
- „ Ut possimus invenire requiem in seculum.
- „ Ad alta sede postulemus summo Dei filio,
- „ Ut suo mittere dignetur Angelum perspicuum
- „ Ad expugnandum expellendum hostis antiquissimus.
- „ Invidus ille temptator fallax atque perditus
- „ Semper cupit discordare concordantes fratribus.
- „ Ut possit gratiam mereri ante nequam Principem.
- „ Dominus atque Salvator, quod suum redemit sanguinem,
- „ In sua semper potestate reservare animas,
- „ Ut nec unus praeter eum potestatem habeat.
- „ Honor illi & potestas in aeternum permanet,
- „ Qui nos Pastorem super gregem vocare dignatus est,
- „ Ut salvas oves consignemus ante ejus oculos,
- „ Almus ille speculator Sacerdos in Populo
- „ Semper adstat, superadstat supra gregem, pugnat contra impies,
- „ Ut nec una possit oves rapere de gregibus.
- „ Divina Tempa coëntes suspireremus pariter,
- „ Populorum gregi obsecrantes pro nostra facinora,
- „ Ut ipse pius Miserator donet indulgentiam.
- „ Libare Deo studeamus hostiam pro fratribus,
- „ Ut ante eum mereatur portare manipulos,
- „ Atque de talentum lucrum consignemus geminum.
- „ Vigilemus & oremus unusquisque pro alio,
- „ Ut possimus invenire requiem in seculum,
- „ Atque vitam possidere, quam misit Dominus.
- „ Summo Regi postulemus pro cunctorum scelere,
- „ Et de nostra mereamur invenire veniam
- „ Per eum, qui semper vivit & regnat in secula.

„ Te deposco , dulce frater , qui canis unc Versiculum ,
 „ Ut requiras principales Litteras per ordinem .
 „ Sic invenit ejus Nomen , qui hunc expoquerat .

Tot errores heic offendis . Num cul-
 pandus ego , qui haec evulgo ? Num
 Campagnola , qui haec fideliter de-
 scripsit ? Ab aequis certe Lectoribus
 non hanc mihi mercedem polliceor .
 Atque hæc tenus Trochaicum Versum
 in Rhythmis servatum , neglecta ta-
 men Prosodiae ratione , animadvertis-
 mus . Dicendum nunc restat , Rhythmo-
 rum Autores temporibus barbaricis
 ad aliorum quoque Versuum imita-
 tionem se contulisse . Sanctus Boni-
 facius Episcopus Moguntinus & Mar-
 tyr circiter Annum DCCXL . haec
 in Epistola 65. scribebat : *Terium*
Carmen , non pedum mensurâ elucubra-
tum , sed octonis Syllabis in uno quolibet
Versu compositis , unâ cùdemque li-
terâ , comparibus linearum tramitibus a-
ptata , cursu calamo perarante carazatum
(idest , exaratum) tibi , sagassissime
Sator , transmittens dicavi . Rhythnum
a se compositum hisce verbis desi-
gnat , cuius etiam exemplum praebet
in Epistola praecedenti , ubi leguntur
hi Versus :

*Pro me quaero oramina
 Precum : pander præcipua &c.*

Sed & ipsum Hexametrum imitati
 sunt Rhythmopoeji , tantâ tamen a-
 speritatis facie interdum , ut nisi qui
 prævia rei cognitione Rhythmos ibi
 quaerit , miserum indoctae gentis co-
 natum in aemulando nobili Metro ,
 animadvertisat . Rhythmi hujus exem-
 pla si petis , vide Inscriptionem VII.
 Christianam , pag. 1061. Thesauri
 Gruteriani veteris editionis , uti &
 in Tomo IV. Italiae Sac. in Episco-
 pis Vercellensis Epitaphium Fla-

A viani Episcopi , qui circiter Annum
 Christi DXL. sedisse in Vercellensi
 Cathedra censemur . Verum antiquius ,
 & omnium lucidissimum exemplum
 informis hujus Poëeos aspicias ve-
 lim in Poëmate Comodiani , rudit
 Poëæ Christiani , quod a Rigalio
 olim editum , in Bibliothecam Pa-
 trum Tom. 27 subinde inlatum fuit .

B Floruisse is creditur ineunte Seculo
 Christianæ Aerae Quarto : immo
 sunt , qui ad Seculum Tertium ejus
 aetatem referendam arbitrati sunt .
 Non aliis ille Versibus , *Instructiones*
 suas Acrostichas exsequitur , quâm
 Hexametris , sed nullis Metri legi-
 bus servatis : quod paucorum exem-
 ple palam fiet . Ita ille *Instructio-*
ne XV.

C *Hercules , quo monstrum Aventini*
montis elicit ,
Evandi , qui solitus erat armenta
furari ,
Rustica mens hominum indocilis quo-
que pro laude
Quum gratias agere vellent , absenti
Tonanii &c.

D Pergit ille hac methodo , quippe vul-
 garis homo , & ad vulgi captum
 Versibus hisce utilissima documenta
 claudit . Certum est , ejusmodi licen-
 tiâ deinde usos , & quidem diutissi-
 me , fuisse Poëtas cum vulgo facien-
 tes . Arque heic exempla duo se mi-
 hi offerunt , spectantia ad Langobard-
 i Regni tempora . Alterum est E-
 pitaphium positum circiter Annum
 DCCXXII. in celebratissimi Monas-
 terii Bobiensis Temolo , Liutprando
 Rege regnante , Sancto Cumiano E-
 pisculo

piscopo Scotorum, qui illic finem vivendi fecit. Ughellius Tomo quartto Ital. Sacr. in Episcop. Bobiensib.

A illud evulgavit. Ego quum ex mā more ipso diligentius olim descripserim, rursus Lectoribus exhibeo.

Epitaphium Sancti Cumiani Episcopi in tabula marmorea Bobii inscriptum.



HIC SACRA BEATI MEMBRA CV
MIANI SOLVVNTVR,
CVJVS CÆLVVM PENETRANS ANIMA GVM
ANGELIS GAVDET.
ISTE FVIT MAGNVS DIGNITA
TE, GENERE, FORMA.
HVNC MISIT SCOTHIA FINES AD
ITALICOS SENEM.
LOCATVR EBOVIO DNI CONS
TRICTVS AMORE,
VBI VENERANDI DOGMA COLVM
BANI SERVANDO,
VIGILANS, JEJVNANS, INDEFES
SVS SIDVLE ORANS,
OLIMPIADIS QVATTVOR
VNIVSQVE CIRGVLO ANNI
SIC VIXIT FELICITER, VT FELIX
MODO CREDATVR.
MITIS, PRVDENS, PIVS, FRATRIBVS
PAGEFICVS CVNCTIS.
HVIC ÆTATIS ANNI FVERVNT
NOVIES DENI,
LVSTRVM QVOQVE VNVM MENSES
QVE QVATTVOR SIMVL.

AT,

AT PATER EGREGIE POTENS
INTERCESSOR EXISTE.
PRO GLORIOSISSIMO LIVTPRANDO
REGE, QVI TVVM
PRÆTIOSO LAPIDE TYMBVM
DECORAVIT DEVOTVS
SIT VT MANIFESTVM ALMVM VBI
TEGITVR CORPVS.
DP. (a) EST HIC DMS CVMIANVS
EPS XIII. KL. SPTBS. FECIT
IOHANNES MAGISTER.

Refert etiam P. Romualdus a Sancta Maria, Ordinis Eremitar. Exscalcator. Sancti Augustini in sua Patria Flavia, Part. prim., pag. 131. Epitaphium Theodotae, illius nempe, cui originem suam debet vetustissimum aequa ac nobile Monasterium Ticinense Sacrarum Virginum, nunc

A appellatum *della Postiera*, ejus est mentio apud Paullum Diaconum. Dignum erat frustum illud Langobardiae eruditionis, scriptum sub initium Saeculi Octavi, quod accuratius ex lapide expressum ad nos deferretur. Primos tantum versus ego indicabo.

CÆLICOLA (b) SIC DEMVM EJVS PROSAPIAM TEXAM.
MATER VIXIT VIRGINVM PER ANNOS NIMIVM PLVRES,
IN GREGE DOMINICO PASCENS OVICVLAS CHRISTI,
QVAS FOVENS DOCVIT, ARGVIT, CORREXIT, AMAVIT &c.

Vide etiam Epitaphium hexametris & pentametris hujus generis versibus efformatum, sed a Librario mire deformatum, in Vita Sancti Felicis Archiepiscopi Ravennatis apud Agnelum, Tomo II. Rer. Italic. pag. 164. Illud autem circiter Annum DCC-

B XVI. compositum fuit. Neque his Charitibus caruit Urbs ipsa aeterna. Turrigius Part. II. pag 539. de Crypt. Vatican. Epitaphium retinet Elisabetae puellae depositae VI. Kal. Sept. Indit. V. quae formula ad remota Secula spectat.

OCCE PVELLE JACET TVMVLO CORPVS ELISABETE,
QVOD MANET IN SANCTA AVLA BETISSTE JOHANNIS.
ILDE-

(a) Hoc est: *Depositus est hic Dominus Cumianus Episcopus XIV. Kalendas Septembries &c.*
(b) fortassis CÆLICAM.

ILDEBRANDVS EJVS (a) GENITA, THEODORAQVE MAMMA.
BIS ANNOS ABVIT SENIS, ET MENSIBVS DECEM
DVCTA JOHANNES VESTRA, PAVLEQVE JVRE SVB ALMA &c.

Sed prae ceteris id genus Rhythmis, dignum est quod legatur Epitaphium Thomae, qui Honorio I. Papae circiter Annum DCXXXVI. suam operam contulit ad tollendum Schisma Aquilejensis Ecclesiae. Exhibitetur illud ab immortalis nominis Cardinali Baronio in Appendix ad Tom. 12. Annal. inter addenda Annalibus Ecclesiasticis ad Annum DCXXXVIII. B.

A quae cauſſa, ut puto, fuit, cur nunquam satis commendandus alter Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis Henricus Norſius monumentum hoc minime animaduerterit, quum in Dissertatione de Synodo V. §. 6. egit de tempore sublati ejusdem Schismatis. Ita se habent primi versus, ad Hexametrorum formam confeſti.

QVIS MIHI TRIBVAT, VT FLETVS CESSENT IMMENSI,
ET LVCTVS ANIMÆ DET LOCVM VERA DICENTI:
LICET IN LACRYMIS SINGVLTVS VERBA ERVMPANT,
DE TE CERTISSIME TVVS DISCIPVLVS LOQVOR.
TE GENEROSITAS, MINISTER CHRISTI, PARENTVM,
TE MVNDA ACTIO, THOMAS, MONSTRABAT HONESTVM.
TECVM VIRGINITAS AB INCVNABVLIS VIXIT &c.

Neque his versibus incompositis caruerunt ipsa Ethnicorum tempora, eorumque vulgus. Cujus rei exemplum, nondum, ut opinor, editum proferre nunc juvat. E schedis MStis Eminentissimi S. R. E. Cardinalis Do-

C minici Passionei, subsequens Carmen descripsi. Jacet in Villa Salsulae Comitatus Urbini, in vetusto lapide exaratum, barbariem sane & Linguae & characterum praferens.

D. M

B. ♀ M.

C. ARRIVS ♀ VICTORINVS ♀

MARITVS

VTTIDIE TITIANENI ♀

TV DVM ESSES AD SVPEROS NEMO MIHI FVIT FORMOSIOR VILLA
QVÆ PROSTRATA JACES INDICNA CIRCVMDATA TERRÆ
(e) fortasse pro GENITOR.

QVÆ

QVÆ CARVISTI VIAM LVCI SECVTÀ ES.
 SIC MERITO TALES VERSVS DESCRIPTSERIM IN TE
 NON STVDIO SED MENTE DATA ET COGENTE DOLORE.
 HÆC MIHI TITIANE PRIMVM IN CONNVBIO JVNCTA EST
 HÆC PRIMA DOLORIS DVLCIOR IN ME FVIT.
 VT MEI TE REPELLAT ET SVBITOM ESTVM RAPTA RELIQVIT IN ÆVVM
 QVEM FRVI NON LICVIT ANNIS PERVLTIMO FATO.
 ACERVA A MATRE (an MORTE?) RAPTA ES VT PARVVLVS ACNVS
 SICVT ILLE MISER RAPTUS VOVITVR ARIS
 ET ME TAM PVERVM CITO FECISTI DOLENTEM.
 PARENTES MISERI MECVM PATIVNTVR IN ÆVO
 DOLOREM VT ROSA VERE NOVO CRATA EST IN TEMPORE PARVO
 SIC FVIT INFELIX HÆC MIHI CRATISSIMA CONJVNX ♀
 VIXIT ♀ ANIS XVII MESIBVS VIII. DIEB.....
 FELIX LAPID.....

His adjunge Epitaphium Christianum A de a Fabretto emendatius Cap. X.
 Catervii, quem uti Sanctum Tolentino num. 505 Inscriptio. Antiquar. e-
 tinates venerantur, a Mabillonio in ditum in haec verba:
 Itinerar. Italic. evulgatum, ac dein-

QVOS PARIBVS MERITIS JVNXIT MATRIMONIO DVLCI
 OMNIPOTENS DOMINVS, TVMVLVS CVSTODIT IN ÆVVM.
 CATERVI, SEVERINA TIBI CONJVNCTA LÆTATVR,
 SVRGATIS PARITER CHRISTO PRÆSTANTE BEATI.

Infra:

QVOS DEI SACERDVVS PROBIANVS LAVIT ET VNIXIT.

Et diu quidem ejusmodi plebejorum B ta a Cl. V. Marco Antonio Boldet-
 Versuum usus perduravit; idque in dicabit Inscriptio circiter Annum Chri-
 sti MXIV. Romae posita, atque edi- to in egregio Opere de Coemeter.
 Martyr. Lib. 2. Cap. 5.

PE-

PETROCIO REQVIESCVNT HIC SEPVLTAQVE MEMBRA.
 RECTE BONVS sapiensqve fvit; nam genere magno
 erat, formosusqve præclarvs, largvs amicis.
 GRATIA SEMPER TVNC FVERAT ILLI, COLLOQVIA DIGNA,
 OMNIBVS AMABILISQVE, BENIGNVS, PRONTVS, ET AVDAX,
 REGNA D.L:GENS CELESTIA, SEMPER AMATOR
 ILLEQVE MITIS NVTRITOR, PAVPERVMQVE DEFENSOR.
 OMNES VOS QVI LEGITIS QVESO DICITE CVNCTI:
 CLEMENTISSIME DEVS, MISERERE FAMVLO TVO,
 VIRGO DEI GENITRIX, CVM OMNIEVS SANTIS MISERERE PETROCCIO.
 OBIIT IN PACE TEMP. D. BEN. OCTAVI PP. IN MEN. JAN.

DIES XVIII.

Sed & Fabrettus Cap. 3. pag. 146. Inscription. Antiquar. hanc refert
 NOME. FVIT. NOMEN. HÆSIT NASCENTI COSVCCIA
 VTRAQVE. HOC. TITVLO. NOMINA SIGNIFICO.
 VIXI. PAROM. DVLCISQ. FVI. DVM. VIXI PARENTI
 HOC. TITVLO. TEGEOR. DEBITA. PERSOLVI.
 QVIQ. LEGIS. TITVLVM. SENTIS. QVAM. VIXERIM. PARVM
 HOC. PETO. NVNC. DICAS. SIT. TIBI. TERRA. LEVIS.

Vide & alias similes, immo plus adversantibus Musis conceptas apud eundem Fabrettum Cap. 4. pag. 329. 418. 419., & 421. Vide etiam Epitaphium Boni Consulis & Ducis Neapolis, qui Seculo Christi Nono floruit, Tomo II. Rer. Italicar. pag. 342. Atque haec tenus de Rhymis Hexametris & Pentametris.

Hifce nunc subjungendi Endecasyllabi, Dodecasyllabi, Heptasyllabi &c. qui in usu fuere apud vetercs. Quod & lubentius facio, quum inde potissimum exempla suorum carminum derivarit Italicae vulgaris Linguae Poë-

A sis. Quod antequam ostendam, juvat alterum Rhythmicæ, immo & Metricæ Poëeos ritum vetustissimum in medium afferre. Sunt qui credant, vel ipsis olim Romanis & Graecis gratam fuisse consonantium Syllabarum modulationem (nunc *Rima* appellamus, conversâ voce *Rhytmus* in *Rima*) in fine praecipue versuum quae sitam, ita ut postrema versus aut membra Syllaba postremæ subsequentis responderet. Poëtis ipsis hujusmodi verborum collocatio, sive Figura placuisse fertur. Certe placuit Oratoriis, dum tamen parce adhiberetur.

O'uoio-

Oμοιοτέλευτον Graeci Figuram hanc appellantur. Similiter cadens idem Latinis fuit. Pervulgati sunt duo Tullii Verius a Quintiliano memorati Libro Undecimo Cap. primo, quos tamen multi eo quoque vivente irrisere:

*Cedant Arma Togas, Concedat Lau-
rea Linguae.*

*O fortunatam natam me Consule Ro-
mam!*

Varro quoque in *τάρπη Μετίττως*.

*Neque orthophallica attulit psalteria,
Quibus sonant in Graecia dicteria,
Qui Fabularum collescant exordia.*

Heic Exodia scribendum reor. Immo & vetustissimus Ennius hisce delectatus videtur. Hos enim illius Versus refert Cicero in Tuscul. I.

*Haec omnia vidi inflammari,
Priamo vi vitam evitari, (an potius
evirari?)*

Jovis aram sanguine turpari.

Hosce etiam (alienos-ne, an suos, ignoro) idem Cicero in eadem Tusculana commemorat:

*Caelum nitescere, arbores frondescere,
Vites laetificae pampinis pubescere,
Rami baccarum ubertate incurvescere.*

Similes autem antiquorum Versus in eam sententiam Stilianum induxerunt, de Arte Versificandi scribentem, ut sibi persuaderet, Rhythmos (nunc *la Rime*) meliori ipso Latinorum Seculo ulvurpatos fuisse. Nam, ut is scribit, Vergilius Lib. 6. vers. 165. Aeneidos habet:

*Aere ciere viros, Martemque accende-
re cantu.*

& Ovidius:

A

*Quo: caelum stellas, tot habet tua Ro-
ma puellas.*

& Propertius:

*Non non humani sunt partus talia
dona.*

Ista D lim menses non peperere bona.

Ita Horatius de Arte Poëtica:

*Nor satis est pulchra esse Poëmata:
dulcia sunt,
Et quocumque volent, animum Au-
ditoris agunto.*

Ita & Ausonius in Idyl. 2.

*Vel tria petanti, vel ter tria multi-
plicanti.*

C

Sed Versificatoribus antiquis vix fieri potuit, quin ejusmodi Versus interdum exciderint, etiam nil tale cogitantibus: ac proinde minime meis opponam, qui haec potius casu, quam arte nata, sive consulto facta, censeant. Attamen quum Oratoribus non displicuisse dixerim ὄμοιοτέλευτον, non est praefraete negandum, quin & Poëtae eadē Figurā delectari quandoque potuerint. Ac prae-

D

cipue rustici & vulgares, quorum auribus gratior accidere potuit vocum consonantia. Nisi tot Rhythmi & Carmina plebeiorum Poëtarum aevi illius periissent, fortasse plures Versus ex Latio ipso petitos, similiter cadentes haberemus. Paria quoque apud Graecos occurrunt, ut in Anthologia, & alibi visitur. Sunt etiam qui Hebraeos putant in Poësi sua quaevisse paria aurium obiectamenta, sive in mediis Versibus, sive in eorum clausulis: quod potissimum a Clarissimo Huetio affirmatum video. Et sane id pertinetias in Rhythmo Hebraico, quem in Davidis laudem cecinere mulieres, & ego supra attuli.

E

tuli. Sed & Clarissimus Vir P. Martinaceus Monachus Benedictinus Congregationis Sancti Mauri in Prolegomenis ad divinam Bibliothecam Sancti Hieronymi, prolatis exemplis ostendit, in Canticō Deuteronomii, atque in Threnis Jeremiae Rhythmos occurrere, hoc est in fine commatum parem vocis desinentiam. Verum controversiam de Hebraeorum Poësi aliis dimitto; fortassis & in aliqua ejusdem loca similitudo vocum casu, non arte irrepsit. Praesertim verò barbaricis Saeculis mos fuit, lenocinium hoc suis tum Rhythmis, tum Metris adjungere. Quod, uti conjicio, praestitero indocti, ut his saltem phaleris pensarent quantitatem pedum a se neglectam: docti autem, ut similiter cadentes Versus facilius a Populo memoriā retinerentur. Et primo quidem levem hanc modulationis umbram statuerunt in una Versus Syllaba postrema, cui consona foret postrema subsequentis, aut subsequentium Versuum. Quandoque etiam alterni Versus sibi respondebant. Quod si in Dactylum delinebat Versus, non nulli consuevere postremis duabus Syllabis pares in succedentibus Versibus collocare. Denique eo res deducta est, ut in fine Verlus geminae integrae Syllabae, si longae forent, literis ac sonitu responderent Versibus subsequentibus: tres verò Syllabae par modo responderent, si penultima Versus brevis esset, ut est in Dactylo. Quem morem accepere, & adhuc retinent vulgaris Linguae nostrae Poëtae.

Versus autem, in quibus hoc postremum οὐοιοτέλευτον, sive similiter cadens occurrebat, praecedenti sane gratius, in aures hominum incurrens, Leonini olim appellabantur. Cur sic fuerint appellati, ignoravit Scaliger Poëtic. Lib. 2. Cap. 29. Stephanus

Tem. VIII.

A Guazzius a cauda Leonis ita nuncupatos inepte censuit. Renatus Moreau Medicus Parisiensis in Commentar. ad Scholam Salernitan. & Du-Cangius in Glossar. Latino, eos arbitrantur *sic sonè nuncupatos, quod inventi fuerint a quodam Leone Poëta, qui circa tempora Ludovici VII. vel Philippi Augusti, Regum Francie visit.* Addit idem Du-Cangius, hanc etiam fuisse sententiam Stephani Paschasi Lib. 7. Cap. 2. Disquisition. Francicar. qui perelegantes quosdam hujus Leonis Poëtae Versus produxit. In eamdem quoque opinionem concessit Doctissimus Papebrochius in Act. Sanctor. ad diem I. Junii, in Vita Sanctorum Gratiani & Felini, arbitratus duntaxat, *ad summam perfectionem adductos fuisse eos Versus a Leone Gallico Poëta Saeculo Duodecimo.* Et profectò Aegidius Parisiensis apud Du-Chesnium Tomo Quinto Scriptor. Franc. pag. 323. inter alios Poëtas sui temporis, hoc est ab Anno MCXCI. ad MCXCVIII. commemorat:

D *Nec minus in sacris melico sermone Leonem
Ludentem historiis.*

E Idem autem ille est, qui Du-Cangio, ac Papebrochio laudatur, ut proinde non recte veluti diversos Poëtas hosce putarit Polycarpus Leyserus in Histor. Poëtar. medi sevii num. 79. & 95. Doctissimus quondam amicus meus D. Gaspar Beretus Benedictinus, saepius mihi hoc in Opere laudatus, de Leoninis Versibus verba fecit in Prolegomen. ad Tabulam Chorographicam, quam edidi Tomo X. Rerum Italicar. Ibi num. 62. pag. 117. censet, Leoninos Versus in Italia vix post Normannorum adventum componi coepisse, hoc est Sa-

R

culo

culo Christi Undecimo. Atque adeo A tum ille, tum Papebrochius, Eccardus, & alii, Inscriptiones quasdam, antiquorum Seculorum creditas, non nisi post Annum Christianae Aerae Millesimum confecetas statuerunt, quod Leoninis Versibus constarent. Quae mea in hanc rem sententia sit, deinde Lector accipiat. Primo certum statuo, Versuum, quos Leoninos antiqui nuncuparunt, nos *Versi Rimatori* appellamus, originem, seu inventionem nequaquam tribuendam esse Leoni illi, seu Leonio Preterae Parisiensi, & Monacho Benedictino Monasterii Sancti Victoris, qui circiter Annum Christi MCXC. floruit, uti censuerunt Du-Cangius, Jacobus Perizonius, & alii. Praecesserant enim, qui hujusmodi Versibus luserant, sive Rhythmos, sive Metra componentes. Deinde an istam saltem versificandi rationem ille perficerit, incertum adhuc esse contendō. Sed, si quidem gloriam aliquam in illum conferre velimus, opinari fas erit, aut ab eo elucubratum fuisse Poëma tam concinnum & elegans, verborumque sibi invicem respondentium concentu sonorum, ut unus in admiratione Populi effet; aut ita eos Versus contexuisse, ut quamquam longum opus confecerit, in clausulis tamen Versuum perpetuum ordinem, ac Similiter cadens duarum Syllabarum servaverit, quod fortasse nemo ante eum plene fuerat ausus. Nam, ut praefatus sum, plerique veterum in una Syllaba, consonante cum altera, concentum suorum Rhythmorū, aut Metrorū collocarunt. Plerique etiam non in fine geminorum Versuum, sed in ipso Versu (cujus primum membrum subsequenti respondebat) hanc aurium oblationem conquisiere. Quae omnia exemplis confirmatum eo.

A Sub finem Seculi a Christo natum Sexti floruit Sanctus Columbanus, celeberrimus ille Bobiensis Coenobii institutor. Inter ejus Opera legitur Rhythmus de Vanitate vitae ubi plerosque Versus ὄμοιοτελέστες cernimus. Exempli cautsâ.

B

Differentibus vitam mors incerta surripit:

Omnes superbos, vagos moeror mortis corripit &c.

Plerique perpassi sunt poenarum incensdia,

Voluntatis lubricae nolentes dispensdia &c.

C

Reliquos omitto. Qui sane si Columbanum auctorem habent, antiquissimam praebent Versuum similiter cadentium formam. Sic inter Opera Bedae leguntur Versus de *Computus regulis*, in queis Leoninum concutum audis. Priores accipito:

Adventum Domini non est celebrare Decembri

Post ternas Nonas, neque quintas ante Kalendas &c.

D

Sed & Sanctus Bonifacius Mogunitinus Episcopus & Martyr, supra mihi laudatus, in Epistola prima, circiter Annum DCCXXX. conscripta Rhythrum effudit, consonis vocibus distinctum:

E

*Vale frater florentibus
Juventutis cum viribus,
Ut florens cum Domino
In sempiterno folie &c.*

Tum in Epistola 69. Carmina quatuor ejusdem referuntur, geminis versibus simili sono respondentibus, sed ita ut, quamquam fere semper Daedalus Versum claudat, duae tantum postremae Syllabae similes sint. Specimen profero:

1 1

Sung-

*Summum satorem solia
Sedet qui per aetralia,
Alti olympi arcibus
Obvallatus minacibus &c.*

Ita verò me Deus amet, cuiquam dubitatio succurret, num tanta vetustas ejusmodi Carminibus sit tribuenda. Verùm dubitandi finis erit, si *Antiphonarium Benchorensis*, a me, ut supra dixi, evulgatum consulet, quod certe Saeculo Septimo, aut summum Octavo, in usu fuit celebris illius Monasterii in Hibernia siti, ac deinde in Bobiensem Bibliothecam, denique in Ambrosianam translatum est. Occurrit ibi *Hymnus Sancti Comgilli* in Strophas sextus, quarum singulae a litera Alphabeti initium sumunt, earumque singuli Versus in eamdem syllabam desinunt:

*Recordemur justitiae
Nostri Patroni fulgidae,
Comgilli Sancti nomine,
Resurgentis in opere &c.*

Secundae Stropheae Versus quilibet in A. desinit:

*Audite pantes ta erga
Allati ad Angelica
Athletae Dei abdita
A juventute florida &c.*

Eodem ordine reliqui procedunt. Sed & ibi leguntur *Versiculi familiae Ben-*

A *chuir, ex quibus multi perfectam praefferunt eorum formam, qui serius Lec-nini appellati sunt. Experimentum capiat Lector:*

*Verè regalis aula,
Variis gemmis ornata,
Gregisque Christi caula,
Patre summo servata.
Virgo valde fecunda,
Haec & Mater intacta,
Laeta ac tremebunda,
Verbo Dei subasta.*

C Haec adeo aperta sunt, ut quisque jam intelligere possit, antiquos Rhytmopoejos atque Poëtas non expectasse tempora Leonis Parisiensis Poëtae, ut ab eo edocerentur efformare Versus simili concentu cadentes; neque nimirū facilitate censenda esse Carminalia composita tantummodo post Annū Christi Millesimum, si qua occurruunt modulo hocce constructa. Refert Cardinalis Baronius in Annalibus ad Annū Christi DXXXVIII. Versus incolumes adhuc Romae adservatos in Templo Cruciferorum, quod Belisarius Justiniano I. imperante condidisse dicitur. Illos autem doctissimus Cardinalis eādem ipsā tempestate confeccos, ac marmore inscriptos arbitratur. Lectori & ego inspiciendos exhibeo.

D

HANC VIR PATRICIVS VILISARIVS VRBIS AMICVS

OB CVLPAE VENIAM CONDIDIT ECCLESIAM.

HANC IDCIRCO PEDEM SACRAM QVI PONIS IN AEDEM;

VT MISERETVR EVM, SAEPE PRECARE DEVVM.

Haec si quisquam rejiciat post Seculum X. adversari ego nolim. Attamen sunt, quae suadeant, ipso Secu-

E lo Christianae Aerae Sexto Inscriptio-nem fuisse positam. Vix enim post multa Saecula rogandus fuerat Popu-lus.

lus, ut precibus repetitis Belisario misericordiam a Deo impetraret. Sed alterum, qualemcumque sit, etiam antiquius similiter cadentium vocum exemplum habemus. Sanctus Augustinus circiter Annum CCCXCIII. elucubravit *Psalmum contra partem Donati*, qui nihil aliud est, quam Rhythmus. Singuli Versus e duobus versiculis octo-syllabis constant. Sunt ibi, qui plures syllabas praeferunt, sed fortassis emendandi sunt. Intuere hunc Psalmum inter Onera Augustini in primis paginis Tom. IX. editionis novissimae. De eo ipse haec scribit Lib. primo Retractat. Cap. 20. *Psalmum, qui ab imperitis & idiotis cantaretur, per Latinas literas feci.* Tales autem Abecedarios appellant. Ejus generis est Rhythmus de Mediolano, quem supra innui, uti & alter Adelmanni Scholastici antea memoratus. *Alphabeticum* illum Mabilionius appellavit, *Abecedarium* vero Augustinus. Similem quoque infra dabo, ex Veronensi Codice expressum de capture Ludovici II. Augusti. Praeterea mihi est Rhythmus in *Sanctum Zenonem*, a supra laudato Campagnola ad me missus, atque ex eodem antiquissimo Codice excerptus, in quo laudes Mediolani jam supra editae legebantur. Et istud Abecedarium est. En eius initium:

Audiant Principes, audiant Populi &c.

Illic habetur:

*Kasta permanserat Imperii filia &c.
Rogat te Imperium, ad se te convocat &c.*

Ibi Imperium pro Imperatore. At rursum audi Augustinum cumdem de illo Psalmo loquentem: Ideo autem non aliquo Carminis genere id fieri volui, ne me necessitas Metrica ad aliqua ver-

A *ba, quae vulgo minus sunt usata, compelleret.* Quare tum ex his, tum ex supra allatis verbis intelligimus, Rhythmos olim confeitos, ut ab imperitis atque idiotis canerentur. In eum quoque finem compositi fuere, qui mihi nuper memorati sunt de *laudibus Mediolani, de Ludovico II. &c.* Erant enim iis quoque temporibus, quales nostris, qui *Carmina ruda, ac praeципue Rhythmos aut solatii causâ domi, aut in plateis Populo congregato lucri obtentu caneabant.* Ejusmodi Cantilenas saltē semidocti intellegebant: nondum enim quisquam ausus fuerat vulgari sermone uti ad *Carmina aut ad Rhythmos;* aut si utebantur, ex iis ne fragmentum quidem ad nos pervenit. Redeo ad *Psalmum Augustinianum.* Ibi singulorum Versuum clausulae in E desinunt: quod & in aliis Rhythmis observatum vidi. Occurrunt & plurimae voces consonae in ARE & ORE &c. quas tamen casu potius quam certo quaerendae ejusmodi euphoniae consilio coiisse puto. Saltē constat, vel Seculo Christianae Aerae Quarto Africanae Plebi in Rhythmis placuisse aliquam verborum, ut ita dicam, consonantiam, quam subsequita Saecula amplificarunt & diligentius exornarunt. Praecesserat etiam Comodianus mihi supra memoratus in postremo Carmine suo, ubi singulos versus in O desinere sentias.

Benchorensibus Rhythmis, aliisque Seculo Octavo compositis cum vocibus consonantibus, quos nuper retuli, addo Epitaphium Lantfridi Abbatis Burenensis in Bajoaria, quod Mabilionius in Analectis publici juris fecit. Is floruit sub Pipino & Carolo Magno Francorum Regibus, & circiter Annum Christi DCCXC. excessisse e vivis videtur.

EN LANTFRID DOMNVS, PRIMIS NATALIBVS ORTVS,
DEBITA SOLVIT HVMO, QVAE SIBI DEBET HOMO.
AETATIS FLORE SPONSI CVRRENS IN ODORE,
PLVRIBVS EXEMPLVM PRAEBVIT IPSE BONVM &c.

Eodem concentu pergununt reliqui Versus: qui si revera tunc fuere conditi, uti veri videtur simile, confirmant quae dixi de ingeniosis hujusmodi musicâ delectatis ipso Seculo Christi Octavo. Alterum exemplum præbent portae aereae Basilicae Parisien-

A sis Sandionysianae, circiter ea tempora fabricatae. Auctor ibi suum nomen inscriptum voluit, hoc est, *Airadus Monachus*, geminis versiculis incisis, quos ad Annum DCCLXXX. attulit idem Mabillonius in Annalibus Benedictinis:

HOC OPVS AIRADVS CÆLESTI MVNERE FRETVS
OFFERT ECCE TIBI, DIONYSI, PECTORE MITI.

Porro quantum subsequenti Seculo Nono in deliciis foret apud quosdam Poëtas conquista ista consonantium vocum harmonia in texendis Versibus, longe pluribus exemplis ostend-

B ere possum. Vetustissimum Musivum in Aede sacra Sanctae Mariæ Novae adhuc visitur Romæ, teste Ciampinio Part. II. Cap. 28. Veter. Monumentor. Ibi hi duo Versus:

ARBOR SACRA CRVCIS FIT MVNDO SEMITA LVCIS.
QVAM QVI PORTAVIT, NOS CHRISTVS AD ASTRA LEVAVIT.

Uti Anastasius tradit, ejus Templi, simulque & operis tessellati auctor fuit Leo IV. Papa Anno Christi DCCCXLVIII. aut Nicolaus I. Papa circiter Annum DCCCLX. Quae si certa sunt, jam tenemus, in ipsa Urbe ferme ante novem Secula in usu fuisse consonam vocum harmoniam in Versibus. Si eodem Seculo, quo Ludovicus Pius Augustus e vivis excessit (hoc autem contigit An-

C no Christi DCCCXL.) compositum fuisset Epitaphium, ejus tumulo Metensi in Urbe appositum, quod Tomo II. pag. 320. Scriptor. Franciscor. Du-Chefnii, & in Annalibus Cardinalis Baronii legitur, luculentum alterum haberemus homotoniae in Versibus tunc adamatae testimonium. Quatuor tantum versiculos inde excerptos offero.

IMPERII FVLLEN, FRANCORVM NOBILE CVLMEN,
EXCITVS E SECULO CONDITVR HOC TVMVLO,

REX

REX LVDOVICVS, PIETATIS TANTVS AMICVS,
QVOD PIVS A POPVLLO DICITVR ET TITVLO &c.

Drogoni quoque Archiepiscopo Me- | A | eodem Du-Chefnio editum, ejus en-
tensi, ejusdem Ludovici Pii fratri, | | primos Versus:
alterum Epitaphium positum fuit, ab

CONDITVR HOC BVSTO PRAESVL DROGO MARMORE SCVLPTO:
SPIRITVS IN REQVIE LÆTVS OVAT ABRAHÆ &c.

Praeterea in Laureshamensi Mona- | B | lus Magnus e folio dejecit, cum hi-
sterio Sepulcrum adhuc visitur Tassili- | | sce Veribus:
onis Bajœariae Ducis, quem Caro-

CONDITVR HAC FOVEA, QVEM PIE CHRISTE BEA,
TASSILO DVX PRIMVM, POST REX, MONACHVS SED AD IMVM.
IDIBVS IN TERNIS DECESSERAT ILLE DECEMBRIS.

Sed quia dubitare licet, ne longe
serius additi fuerint tumulis ejusmo-
di Versus, certiora apponamus. Ga-
spar Barthius vir spectatissimae eru-
ditionis Lib. 32. Cap. 12. Adversarior.
Erinfredi Monachi Carmen Rhythmi-
cum ex MSto Codice profert. Hic
autem vixit Anno DCC. VI., u: Vita
ejus testatur. En duas tantum illius
Carminis strophas:

*Felicitatis regula
Hac fine semper constitit.
Ad puncta cum venit sua,
In se voluta corruit.
Quaecumque vita protulit
Ambigua, laeta, tristia.
Quocumque se spes extulit
Infida, dura, credula &c.*

Sed præcipue Seculo illo, ac duo-
bus subsequentibus, multis curae fuit
in singulis Versibus concentum vo-
cum similium inservere, divisus quo-
dammodo in duo membra Versibus,
postremae quorum syllabæ invicem

C sibi respöndebant. Evulgavit saepè
laudatus Mabillonius in Annalibus
Benedictinis ad Annum DCCXXVII.
Versus in vetustissimo Codice Altiv-
illarense circiter ea tempora scri-
ptos, e quibus quae nunc ajebam,
leviori negotio intelliges:

D *Ebo, Remense, decus, Praeful, Pa-
rio que coruscus,
Doctor Evangelicus, præcessi Regis
amicus,
Hunc in amore Dei, Petrique in bo-
nere beati,
Librum iussit agi, plenus spiraminiis
alti &c.*

E Heic praeter commata Versus cuju-
scumque consona, etiam finis unius
Versus consonat cum fine alterius,
unicā tamē syllabā. Ita in Musivo
adhuc superestate Basilicae Ambrosia-
nae Mediolanensis, quod circiter An-
num DCCXXXV. compositum suis-
se, neque immerito, Puricellius cen-
set, Tetraastichon istud legitur:

MARTINV S MORITVR, SED VITÆ DONA MERETVR:

TRISTATVR MVNDVS, ADJVBILATQVE POLVS.

MORS SVA DIGNA BONO FERTVR CELEBRATA PATRONO,

SPIRITVS AMBROSII DVM FAMVLATVR IBI.

Milonis quoque Elnonensis Monachi
Versus pari concentu elaboratos An-
no Christi DCCCLV. refert idem
Mabillonius in Annalibus Benedicti-
nis ad Annum DCCCLXXII. Vide
etiam Formulas X'V. & XV. Tomi
II. Capitular. Baluzii pag. 565. Non
eae quidem sunt Formulae, sed
Rhythmi duo, summam barbariem
spirantes, atque, ut opinor, ab in-
doctis Librariis mirum in modum
deformati. Supra verò commemoravi
Notkerum Balbulum Coenobitam San-
cti Galli, qui sub finem Saeculi No-
ni, atque initium Decimi, *Sequen-
tiarum* Librum edidit, ab antiquis
laudatum, & a Clariss. Viro P Pe-
zio Part. primâ Tomi primi The-
saur. Anecdotor. Novissim. editum.
Eiusmodi *Sequentiae* (quas Hymnos
potius appellare placeat) Rhythmicā

A licentiâ compositae sunt sub variis
metris. Unam ex iis feligo:

B
Sancti merita
Benedicti inclyta
Verendae sanctitatis,
As: Monachorum Praesulis,
Pro posse
Atque nosse
Organa nostra concrepent:
Nursia felix
Tulit natum genitrix:
Domina Mundi Roma fovit alerix:
Hic ergo praevenitus optimo
Sancti Spiritus dono &c.

C
 Anno DCCCCXII. finem vivendi fe-
cit idem Notkerus, cuius Epita-
phium metricum Mabillonio debe-
mus in Annalibus Benedictinis edi-
tum his verbis:

ECCE DECVS PATRIÆ, NOTKERV S, DOGMA SOPHIÆ,
VT MORTALIS HOMO, CONDITVR HOC TVMVLO.
IDIBVS OCTONIS HIC CARNE SOLVTVS APRILIS,
COELIS INVEHITVR, CARMINE SVSCIPITVR.

Plura ejusmodi nullus dubito quin
haberemus, scripta longe etiam ante
Notkerum, nisi tempus, cui tot pre-
tiosa succubere, levia haec quoque
nobis invidisset. Unum illud San-
Gallense Coenobium celeberrimum,
in quo Notkerus vixit, alia suppe-
ditare heic potest ab Henrico Cani-
fio edita, ac deinde in Bibliothecam

D
 Patrum inlata. Illic Hymnum legas
ab Hartmanno Monacho compositum
(floruit ille circiter Annum DCCC-
LXX.) cuius hi sunt primi Versus:

Cum natus esset Dominus,
Turbatur Rex incredulus,
Magi tulerunt munera,
Quos stella duxit prævia.

Eodem

Eodem ordine consonantium vocum procedunt reliqui. Sunt ibi & alii Hymni, aliaque Poëmata, eamdem verborum texturam praeferentia, aut eodem Seculo IX. aut X. composita; ita ut jam abundet, unde eorum opinio male consuta nobis videatur, qui ubi aliquid Leonini concentus audiunt, illud continuo ad Saeculum XI. & subsequentia pertinere sibi persuadeant. Edidit quoque Canisius Carmen Salomonis Episcopi Constan-

A tiensis, qui currente Anno DCCC-XCV. florebat.

*Eximie Antistes, has accipe, Dado,
salutes,
Conscriptas tristis a Salomone ti-
bi &c.*

B In reliquis idem est artificium. Hisce junge Inscriptionem positam Emmae Francorum Reginæ Anno DCCCC-LIV. quam profert Mabillonius nuper laudatus. Ejus primos tantum Versus exhibeo:

SANGVINE CÆSAREO JACET HIC EXELSA PROPAGO,
FRANCORVM POPVLO PRODITA DE KAROLO &c.

Quod si plura id genus Epitaphia cupis, adi ejusdem Mabillonii Annales. Confule etiam Annales Trevirenses Broweri, qui multa adfert Seculis Octavo, Nono, & Decimo composita. Eodem autem Saeculo Decimo floruit Frodoardus Remensis, qui in Carmine de Vita Sancti Columbani multos interserit Versus, eodem artificio elaboratos: quod & praefecit Rosvitha, incomparabilis ejusdem Seculi Sanctorialis in Car-

C mine de Gestis Oddonis. En duos tantum illius Versus:

*Postquam Rex Regum, qui solus re-
gnat in aevum,
Per se cunctorum trasmutans tempera
Regum &c.*

D Finem vivendi fecit Anno Christi DCCCCXCVI. Sanctus Gebhardus Constantiensis Episcopus, eique tunc positum fuit Epitaphium, a Canisio & Surio relatum.

DEBITA PARS TERRÆ FALLENTIA TEMPORA SPERNE,
ET MEMORARE VIÆ, QVAM TESTATVR CINIS ISTE.
GENTIS HONOR NOSTRÆ JACET HIC, GENTIS DOLOR ATQVE;
PRÆFVIT HVIC VRBI, CVNCTO SED PROFVIT ORBI &c.

Adelmanni Scholastici *Rhytmum alphabeticum*, a praelaudato Mabillonio inter Annales editum, supra memoravi. Is ad Saeculum XI. spectat: compositusque fuit circiter Annum M-XXXV. Tres Versus stropham conficiunt, ac singulorum finis simili syllaba constat, uti e prima strophe constabit:

E *Armoniae facultatis adspirante gratia;
Refero Viros illustres, Literarum
lumina,
Quos recenti recordatur mens dolore
saucia &c.*

Consonas quoque voces in fine Rhythmorum invenias, quos Sanctus Fulbertus

bertus ante Adelmannum elucubravit. Similem Rhythnum circiter Annum Christi MLXXV. Landulphus Senior Historicus Mediolanensis proculdit in fine Libri Primi Historiae a me editae Tomo IV. Rer. Italicas. Accipe priorem stropham:

*Jesu Christe, splendor Patris, via,
veritas, & vita
Omnium Redemptor pie, cunctorum
aequitas,
Universos, qui te quaerunt, tua re-
plet Caritas.*

In primo versu legendum est *vita & veritas*. Eodem metro ceteri procedunt. Sed & idem Landulphus Lib. 2. Cap. 16. resert *Cantilenam*, hoc est, Rhythnum, super statum Regis Alber-*ti*, in quo describendo non semel peccavit antiquus Librarius. Vix dubito, quin ejusmodi Rhythmus confectus fuerit, quo tempore ex Regno Italiae excidit Adelbertus Berengarii II. filius Italiae Rex, idest circiter Annum DCCCCLXII. Hos ibi animadverte Versus, in ejus contemptum more veterum Romanorum Medioli-*ni cantitatos*:

*Te, Alberte, decet nemus,
Et Otonem manet decus.
Pro infamia Walpertii
Te decet alga Regni.
Pro Regina nunc Latina
Utere jam nunc marina.
Pro Regali sceptro nostro
Fruere jam navis rostro &c.*

Landulpho synchronus fuit Benzo Pseudo-Episcopus Albensis, qui prae-*cipue hisce Rhythmis delectatus est* in lutulento Panegyrico Henrici IV. Germaniae Regis, Tomo primo Scri-*ptorum Rer. Germanicar. Menkenii.* Et tane eodem Saeculo XI. ita homi-*nes capiebantur harmonia ejusmodi*

Tom. VIII.

A Versuum consonantium, ut pauci numerarentur Musis additi, qui Carmina sua hocce, ut putabant, orna-*mento destituta vellent. Cujus con-*suetudinis testem luculentum dabo Othlonum Monachum Sant-Emmera-*mensem, cujus Opera evulgavit su-*pra laudatus P. Pezius Part. II. To-*mi III. Thesaur. Anecdotor. Novissim.*

B Florebat Monachus iste Anno Chri-*sti ML. & post se Carmina complura reliquit, in quibus plurimes Ver-*sus consonantes invenias. Is autem in Carmine de *Doctrina Spirituali* in haec verba loquitur:

*Porro qued interdum subjungo CON-
SONA VERBA,
Quae NVNC MVLTORVM nimius
desiderat VVS,
Hoc quoque verborum plus ordine con-
venienti,
Insuper ANTIQVA de CONSVENTU-
DINE feci.*

C Ut vides, *Consona Verba* apud veteres appellabantur, quae nunc nobis *Rime* dicuntur: atque ejusmodi Poëseos currente Seculo XI. *antiqua* erat *Con-
suetudo*. Quare nil mirum, si subsequenti Seculo XII. familiare in Italia quoque idem studium fuerit Mu-*sarum cultoribus. Vide Donizone,* qui Anno MCXV. Poëma contexuit de *Vita Comitissac Matildais*. Animad-*verte, quibus Versibus Guilielmus Apulus Librum Quintum de Norman-
nis concludat. Vide etiam Anony-
mum, qui circiter Annum MCXXVII.* Poëma struxit de *Excidio Urbis Comen-
sis*: uti & Radulphum Cadomensem, cui *Gesta Tancredi Principis* debemus, circiter eadem tempora metro ac prosa conscripta. Denique Godefridi Vi-*terbiensis Pantheon, & Gaufredi Ma-
laterra Historiam Siculam*; quae omnia complectitur *Collectio mea Rerum Ita-*

Italicarum, praeceps Tomo V. Leges quoque velim Rhythmos quosdam, a venerabili Petro Cluniacensi Abate circiter Annum Christi MCXXX. compositos, in quibus eundem vocum concentum invenias. Praetereo innumera alia cum Metra, tum Rhythmos, eodem artificio elaborata, mihi que e monumentis Saeculi IX. X & subsequentium collecta, ne nimius sim.

Nihil tamen dissimulandum. Pleaque ex his Carminibus, Rhythmis aut Metricis, eo tantum artificio constant, ut unica syllaba in medio Versu adhibita sonum reddat similem syllabae claudenti, aut par tantum syllaba duorum Versuum finem occupet. Quum vero, ut supra innui, singulari fortassis appellatione Leonini Versus ii dicerentur, in quibus geminae syllabae longae, aut tres, si penultima brevis foret, sono aequali sibi responderent in medio & fine Versus, aut in fine duorum Versuum: dubitatio adhuc superesse potest, sine hujus artificii inventio aut perfectio tribuenda Leoni Parisiensi Poetae, qui circiter Annum MCXC. flouruit. Verum quonam justo titulo in Leonem hunc transferenda sit ejusmodi gloria, non video, quando tot alii mihi occurront, qui ante eum Metra aut Rhythmos pari condidere artificio. Nam quod est ad singulares Versus consonis vocibus contextos, in iis pangendis Leonem plu-

Arimi praecessere. Et primo quidem Italia ipsa nobis continuo exhibet Magistrum Moyser Bergomensem, Autorem Carminis de Laudibus Bergomi, a me editi Tomo V. Rer. Italicarum. Scribebat ille circiter Annum Christi MCXX. atque is sane in fine Versuum consecutatus est duorum syllabarum perennem concentum. Ita suum exorditur Poëna:

*Alme Deus Rector, qui Mundi fre-
na gubernas,
Nec sinis absque modo sedes fluitare
supernas. &c.*

Eodem pede procedunt reliqui Versus. Sed & antiquiores sunt, quos in honorem Sancti Lulli Episcopi Moguntini Wilielmus Malmesburiensis Lib. primo de Gest. Reg. Angl. circiter Annum MCXXVII. scribebat se a pueritia audisse; videlicet:

*Antistes Lillus, quo non est sanctior ullus:
Pollens divinâ, tribuente Deo, medi-
cinâ,
Occurrit morbis, ut totus praedicas
Orbis.*

Vetusissimus quoque Versus est, quousi sunt non pauci e Germanicis Imperatoribus in suis Sigillis. Exemplum dabo petitum ex autographo Diplomate, quod in suo Tabulario adservat Capitulum Canonicorum Lucensium.

Diploma Conradi I. Augusti, quo privilegia confirmat Canonicis Lucensibus, Anno 1038.


IN nomine Sancte & individuae Tri-
nitatis. Chuonradus divina favente
clementia Romanorum Imperator Au-
gustus. Quia decet Imperialis magnifi-

centia loca sancta ditare atque venerari,
& omnibus Christianis de animabus suis
curam atque sollicitudinem gerere: ideo
dignum duximus modum in presenti San-
ctissimi

Bissimi Martini Episcopi locum Lucae situm in aliquo locupletare, ut & ipsis, pro quibus donatum est, ad refrigerium, & nobis ad remedium proficiat sempiternum. Quapropter considerantes nos hoc, & in animo volentes, prece & admonitione dilectae Conjugis nostrae, simulque Consortis nostri Regni Gislae, confirmamus predictio sancto Loco, sicuti

A olim Ugo, Lotharius, atque Primus Otto, & Secundus, ac Tertius, nec non Heinricus, Precessores nostri Reges & Imperatores pro remedio animarum Adelberti Marchionis & Bertae Comitissae, nec non & suorum, dederunt Beato Martino Pontifici, Ecclesiaeque suae sitae Lucae, suisque fidelibus &c.

Signum Domni Chuonradi Serenissimi



Imperatoris Augusti.

Kadelobus Cancellarius vice Herimanni Archiepiscopi & Arbcancellarii recognovit:

Datum VII. Kalendas Martii, Anno Dominicae Incarnationis MXXXVIII. Indictione VI. Anno Domni Chuonradi Regni XIV. Imperii XIII.

Altum ad Viam Veniarium in Comitatu Lucensi, feliciter. Amen.

Non in medio, sed in extremo latere membranae pendet Bulla plumbea, in cuius antica parte visuntur imagines duorum virorum, altera quarum manu tenet pomum, altera sceptrum, & inter illas leguntur hac

literae

H
E
N
R
I
C
V
S
REX

In circuito vero CONRADVS D^I
GRA IMPR AVGSTVS. In postica effigies Romae sculpta visitur cum
hoc Versu:

B ROMA CAPVT MVNDI
REGIT ORBIS FRENA RO-
TVNDI.

C Sed & Robertus Abbas Sancti Remigii, qui Historiam Hierosolymitanam circiter Annum MCX. literis consignavit, editam Tomo primo Gestor. Dei per Franc. similibus Versibus prosam suam interspersit, quorum pars in margine, pars in ipso textu legitur. Nonnullos profero:

Nec leviter tacitus Raynaldus, apo-
stata factus,
Abjurando Deum, se probat esse reum.
Quid faceret Turcus, Populusque per
omnia spurcus?
Ni sua terga daret, quo venerat &
remearet.

D

Ita & Gaufredus Malaterra, qui circa Annum MXCIX. Historiam Si-
culam scripsit, editam Tom. V. Rer.
Italicar. pares Versus nobis exhibet
Lib. 3. Cap. 23. Hos paucos audi:

*Nec nimis hoc culpo, quamvis hic ta-
lia sculpo.*
*Nec prohibens vito; cum fiat juncta
marito,*

QVAMVIS PECCATRIX SVM DONNA VOCATA BEATRIX
IN TVMVLO MISSA JACEO QVÆ COMITISSA.

Ita Carmen in Ivonem Dionysianum
Abbatem, Anno MXCIV. interfe-
stum edidit Clarissimus Mabillonius,
in quo prior Versuum pars subsequen-
ti respondet. Paucos tanium feligo:

B

*Qui nondum norat, sub quale caribde
laborat,*
Occultans illa fiat damnata favilla:
*Et ceu scintillæ stipularum corrut
ille &c.*

Pariter in ejus Epitaphio legitur:

IVO GRAVIS SORTE, CRVDELITER OBRVTE MORTE,
QVEM TEGIT HÆC PETRA, FELIX HABEARIS IN ÆTHRA &c.

Ad haec in Dissertatione XXXVII.
de Hospital. evulgavi fundationem Bre-
photrophii factam Mediolani a Da-

C

theo Archipresbytero Anno Christi
DCCLXXXVII. Duo Versus in illius
Aedis pavimento inscripti leguntur:

SANCTE MEMENTO DEVS, QVIA CONDIDIT ISTE DATHEVS
HANC AVLAM MISERIS AVXILIO PVERIS.

Praestare non possum, Anno eodem
DCCLXXXVII. hunc Versiculos suis-
se illic scriptos: attamen verba illa
iste Datheus viventem illum indicare
videtur. Quod ubi statuas, jam te-
nes, quantam antiquitatem praeferant

D

Versus, quos nunc *Leoninos* appella-
mus. Ita antiquissimi erunt, sed tem-
poris notâ carentes, Versus in Musi-
co scripti, quos Panvin'us legebat
in Claustro Monasterii Lateranensis
ex eos jam atque cadentes:

CANONICAM FORMAM SVMENTES, DICITE NORMAM,
QVAM PROMISISTIS, HOC CLAVSTRVM QVANDO PETISTIS.

Reliqua eodem concentu continuantur. 11 Pluribus congerendis tempore. Ad
alte-

A *Diligat & juste foedus servando ve-
nuste.*
*Nam quos Lex jungit, sententia nul-
la repungit &c.*

Sed & tumulo Beaticis Ducissae Tu-
sciae Anno MLXXVI. vitâ functae
Psis positum fuit hoc Epitaphium:

alterani versificandi rationem quod atrinet, videlicet statuendi consona verba in fine geminorum Versuum, neque heic desiderantur exempla longe ante Leonis Parisiensis aetatem. Profecto circiter Annum MLV. hoc est, centum annis & ultra, priusquam Leo ille nomen suum Parnasso daret, Versus in Italia conficiebat celebratissimus vir Sanctus Petrus Damiani, postea Ostiensis Episcopus. Atque ex eo habemus multa Carmina, Hymnos, & Rhythmos varii metri, ea que fere cuncta consonis vocibus contexta. Sed potissimum considerandus nobis est ejus Rhythmus super Salutatione Angelica, num. 63. in quo perfecti Leonini Versus occurunt.

*Ave David filia, Sancta Mundo nata,
Virgo prudens, sobria, Joseph de-
sponsata,*

A

*Ad salutem omnium in exemplum data,
Supernorum civium consors jam pro-
bata.*

*Maria, miseria per te terminatur,
Et misericordia per te revocatur &c.*

Audi & ejus Carmen 64. ad eamdem Sanctissimam Virginem:

*O miseratrix = o dominatrix = praecipe dictu,
Ne devastemur = ne lapidemur =
grandinis illu &c.*

C

Haec videant, qui contendunt, Maiores nostros a Provincialibus didicisse usum consonantium vocum. Mabillonius quoque in Annalib. Benedictinis, Epitaphium prodidit. adhuc marmore insculptum Alberti Abbatis Miciacensis, qui Anno MXXXVI. naturae debitum solvit, non absimili vocum collocatione distinctum:

HIC JACET ALBERTVS, QVONDAM REGALIA SPERNENS,
PRVDENS ATQVE PIVS, TANTVM COELESTIA CERNENS,
MVNDI DIVITIAS CVM REGALI DITIONE
GEMETICA PRIMAS SPREVIT PRO RELIGIONE &c.

Floreat Anno MXCV. Baldricus Andecavensis Abbas, cuius Carmina editit Du-Chesnius Tom. 4. Scriptor. Franc. In his quaedam concentum vocum in fine Versuum exhibent. Primi Epigrammatis bini Versus sunt hi:

*In rotulo multi cum sollicitudine qua-
dam*

*Dixendi seriem semper metantur ab
Adam &c.*

Ita in Carminibus de morte Mathildis Abbatissae Condomensis Anno MXII. compositis, & a supra laudato Mabillonio Tomo quinto Annal.

D

Benedictinor. evulgatis, idem concentus occurrit:

*Si lacrymae cuiquam coelestia regna
pararent,
Desunt quenquam si carmina no-
stra juvarent &c.*

E

Floruit eodem Saeculo Christi Undecimo Gualdo Corbejensis Monachus qui Vitam Sancti Anscharii Episcopi Hammaburgensis metro contexuit, editam a Lambecio. Is in Praefatione lusit Versibus eadem finali consonantia distinctis. En exordium:

*Dulce tuis, Alberte, decus, jubar i-
gnivaporum,*

&c-

*Ecclesiae turris, Regni diadema decorum,
Gloria Pontificum, Regum venerabile numen
Quod tibi mater init Corbeia, sume volumen &c.*

ARCHIEPISCOPI NON DIVITIAS NEC HONORES
LANFRANCVS SVBIIT, SED CVRAS ATQVE LABORES.
NATVS IN ITALIA, PAPIENSI DE REGIONE,
CIVIBVS EGREGIIS, ET HONESTA CONDITIONE &c.

Rhythmos quoque Petri Abbatis Cluniacensis nuper memoratos vide. Inter ceteros unum commemoro de Resurrectione Domini, in quo hi Versus:

*Lumen clarum ≡ tenebrarum ≡ sedibus resplenduit,
Dum salvare ≡ recreare ≡ quod creavit voluit:
Hinc Creator, ≡ ne peccator ≡ moreretur, moritur.
Cujus morte ≡ nova sorte ≡ vita nobis oritur &c.*

Est ibi & alias Rhythmus similis in honorem Matis Domini, sub nomine *Prosa* editus. Haec autem circiter Annum Christi MCXXX. scripta fuerat. Ita Johannes Severanus in Libro *Memorie Sacre di Roma* pag. 314. Inscriptio refert Anno MCXXVIII. positam Johanni de Crema Cardinali in Sancti Chrysogoni, cuius ecce verba:

HOC PIVS ANTISTES, CLERI LVX, OTTO PARAVIT,
ECCLESIÆQVE PATER, RES, MORES AMPLIFICAVIT.

Si referenda Inscriptio est ad Ottонem Capuanum Episcopum, quem sub finem Seculi Noni floruisse Ughellius

A Vide etiam Epitaphium Beati Lanfranci Archiepiscopi Cantuariensis celeberrimi, a Sancto Anselmo itidem Archiepiscopo circiter Annum M- LXXXIX. compositum. En primos Versus:

O BONE SALVATOR
NOSTRÆ SALVTIS AMATOR,
FILI CHRISTE DEI
PARCE REDEMPTOR EI.

B Et apud Canisium Antiquar. Lection. Tom. 3. Part 2. noviss. editionis, Carmina leguntur Metelli Tegerseenensis Monachi, qui Anno saltem MCLX. floruit, hoc est, ante Leonem, sive Leonium Gallum. Ibi Rhyhmici Versus complures. Paucos audi:

C Laudabunt alii clarum genus: at mibi lene

*Christi jugum dat verba Camoenae.
Sydereæ patriæ cives abolere studebat,
Per quos pacem rebus habebat.*

D *Vivebat scintilla tamen, frigente fa-*
villa,

Tandem meta procul micat illa &c.

Sed longe ante haec tempora compo-
fiti videntur non absimiles duo Ver-
sus, qui Capuae adhuc leguntur:

1

E opinatur, iterum confirmatam vides hujusmodi Versuum antiquitatem. Ita Mabillonio teste in Annalib. Bene-
dictin.

dictin. ad Annum DCCVII. in the-
ca argento constituta, ubi collocatae
videntur Anno Christi DCCCCXLVI.

A Reliquiae Sancti Hidulfi Episcopi,
hi Versus legebantur:

QVORVM MVNERE SVM TALI VESTITVS HONORE,
DIGNI REDDANTVR DIVINO SEMPER AMORE.

Ita in fine Chronici Centulensis apud
Daherium in Spicilegio Hariulfus ejus
Historiae Auctor Anno MLXXXVIII.
Carmen subjunxit, cuius en primos
tantummodo Versus:

*Toto corde meo te, Centula mater,
amavi,
Traxit a puero, mea sub te colla
ligavi &c.*

Reliqui eodem vocum contextu pro-
cedunt. Consule etiam, si lubet, Wi-
lielmum Malmesburensem, qui Car-
men profert in Aethelstani Regis ho-
norem conditum, longe antea quam
Leo Parisiensis nasceretur. Illius spe-
cimen habeto:

*Regia progenies produxit nobile stem-
ma,
Cum tenebris nostris illuxit splendida
gemma &c.*

Vide etiam Radevicum Lib. 2. Cap.
11. de Gest. Friderici I. uti & Hen-
rici Huntindoniensis Histor. Librum
quintum, & Scholam Salernitanam,
& Godefridum Viterbiensem, & Car-
men a me evulgatum in Chronicu
Catauriensi Part. II. Tomi II. Rer.
Italicar. pag. 785. uti & Praefatio-
nem Cl. Viri P. Pezii in Thesaur.
Anecdotorum. Sed in primis recole,
quae antea protuli e vetustissimo An-
tiphonario Benchorensi: nihil enim
ibi desideratur ad Leoninae cantile-
nae metrum absolutum. Antiquitatem
intuper artificii hujus longe majorem,
quam vulgo credatur, confirmabit

B Hymnus Hartmanni Monachi San-
Gallensis, Tomo 27. Bibliothec. Pa-
trum, pag. 517. Jam praedixi floruis-
se illum Anno DCCCLXX.

*Tribus signis,
Deo dignis,
Dies ista colitur.
Tria signa,
Laude digna,
Coetus hic persequitur.
Stella Magos
Duxit vagos
Ad praesepe Domini &c.*

C Eundem concentum vocum ceterae
Strophae reddunt. Alia monumenta
veterum ejusdem generis praetereo,
dicturus tandem, me vix assequi pos-
se, cur Leo Parisiensis Poëta, qui
circiter Annum Christi MCXC. flo-
ruisse dicitur, Leoninos Versus exco-
gitasse credatur, quando tot longe
antiquiores habemus, qui Rhythmos
& Metra condidere eodem ipso con-
sonarum vocum artificio ac tinnitu.
Certe a sententia Papebrochii disce-
ndendum, qui ad diem XIX. Maji in
Vita Sanctae Pudentianae & Praxe-
dis Versus Rhythmicos in Ecclesia
Sanctae Pudentianae rejicit ad tem-
pora Innocentii II. Papae circiter An-
num MCXXX. hanc rationem subji-
ciens: *Nam Leoninorum Versuum ini-
tium nemo Eruditus fecerit Saeculo XII.*
antiquius. Alia erit in posterum, ut
opinor, Eruditorum opinio.

D Atque haec de Rhythrica veterum
Poësi. Nunc ad originem Poëeos I-
talicae

talicae vulgaris me converto. Nullus dubitandi locus est, quin Poësis a vulgarium Linguarum Poëtis adhibita, nativitatem suam debeat antiquorum Rhythmicae. Neque enim vulgares Linguae, Italica videlicet, Gallica, Hispanica &c. in contextenis versibus spectant ullam syllabarum quantitatem, sive prosodium: quod ab antiquis Graecis & Latinis factum est. Et quamvis Italica Lingua duo verborum genera praeferat, brevia nempe & longa: attamen haec vocum quantitas in penultimis tantum syllabis sistit, si verba sint trisyllaba aut tetrasyllaba &c. ac praeterea nulla harum brevium aut longarum ratio habetur, nisi quantum exigat vocum collocatio ad uberiorem aurium voluptatem in Versu audiendo. Recentiorum ergo Carmina nihil aliud sunt quam *Rhytmī*: & quemadmodum plurimi ex antiquis Rhythmis numerum tantummodo pedum seu syllabarum, non verò temporis observationem quaerebant: satque artifici in iis conficiendis erat, demulcere auditorum aures quodam concentu, erumpente ex una dispositione ac paritate pedum in singulis Versibus: idem quoque a vulgarium Linguarum Poëtis factum fuit. Quare quum primum Itali, Galli &c. condere Versus coepерunt, propriâ vulgari Linguâ utentes, hosce appellarunt *Rhytmos*, quae vox apud Italos, Gallos, Anglos, aliosque Populos, levi mutatione facta, appellata fuit, & adhuc appellatur *Rima*. Non me fugit, per vocem hanc *Rima* non a recentioribus tantum, sed & a quibusdam antiquis Italicae Linguae Scriptoribus significari ὄμοιοτέλευτον, seu *Similiter cädens*, quo potissimum suos Versus vulgares quoque Poëtae ornare consueverunt. Verum ex institutione sua

A *Rhytmus*, seu *Rima*, coepitus est nominari integer Versus vulgaris, seu Carmen, atque Poëma, ad imitationem Rhythmorum Latinorum lucubratum, de quibus haec tenus egimus. Hac de causa Petrarcha cecinit:

Voi, ch' ascoltate in Rime sparse il suono.

B Nam, ut supra ex Othlono vidimus, *Similiter cädens* olim appellabatur consonum verbum, seu consonantia vocum, ut Antonius de Tempo testatur. Scriptoris hujus Librum adhuc luce carentem, & in Bibliotheca Estensi, ac Ambrosiana adseratum, ego jamdum memoravi Lib. primo, Cap. 3. de Perfect. Poësi Italic. cuius hic titulus: *Summa Artis Rhythmici vulgaris dictaminis, composta ab Antonio de Tempo, Judice, Cive Paduano, ad Illuminem Principem Albertum de la Scala Anno Domini MCCCXXXII.* Ac proinde is Carmina Petrarchae suâ lucubratione praecessit. Is ergo Rhythmorum vulgarium septem genera enumerat, Sonetum, Ballatam, Cantionem extensem &c.

C Ex quo vides Carminibus ipsis nomen *Rhytmī* inditum fuisse. Rursus ille scribit in Rubr. I. *Rhytmus vulgaris* est genus quoddam dictaminis &c. Literalis *Rhytmus* (idest Latinus) secundum Grammaticos est consonans paritas syllabarum, certo numero comprehensarum. Et eadem dispositio cadit in quolibet vulgari *Rhytmo*, praecepit in Motu conseculo &c. Infra subdit: *Quilibet Rhytmus babeat saltē unam Consonantiam cum dictione, quae babeat diversum significatum &c.* Sunt ibi tamen & alia loca, in quibus *Rhytmī* vox idem significare videatur, ac nobis *Rima*. Sed quandonam, & apud quos nata Italica Poësis?

D Omnia Eruditorum calculo jam firmatum est, primos in Italia Siculos
E vul-

vulgarem Linguam, Italicam nimirum, usurpasse ad condendos Versus. Quae omnium vetustissima Poëmata Italicae Linguae supersunt, Siculis Poëtis tribuuntur. Insuper Petrarcha in Triumph. Amer. Cap. 4. Italicos Poëtas recensens, commemorat i Siciliani,

Che fur già primi, e qui vi eran da sezzo.

Unde verò Siculi hauserint Versum ac Poëmatum vulgarium formam, usumque consonantium vocum, antea disputatum est inter Italicos eruditos. Johannes Marius Crescimbenius, cui supra ceteros lucem suam debet Historia Italicae Poëseos, in Comment. Tom. prim. Cap. 2. veluti rem *evidentissimam* statuit, Siculos a Provincialibus Poëtis, quorum Vi-tas Nostradamus scriptas reliquit, ut-pote qui antea floruerent, universam Poëseos oeconomiciam fuisse mutuatos. Et revera Provincialium Carmina fe-re omnia complectitur pretiosus E-stensis Bibliothecae Codex manu exaratus Anno MCCLIV. eosque novimus scripsisse Versus ab Anno MCX. usque ad eundem Annum, quum contra, Italorum Poëtarum vestigium vix post Annum Christi MCC. nunc inveniamus, atque eorum praeterea pauculi Versus, incomti omnino ac rudes, nascentis Poëseos infantiam prodant. Clarissimus autem Fontaninius in Lib. primo de Eloquent. Italic. Cap. 7. & sequent. ostendit Brunetti Latini auctoritate fretus, vulgarem Provincialium seu Francorum Lingua Anno MCCLX. fuisse *la più dilettevole e la più comune, che tutti gli altri Linguaggi: ac propterea illius sententia est, non solum ex ea Lingua Italos derivasse artem Rhythmorum vulgarium, sed etiam, cb: la*

Tom. VIII.

A Lingua Provenzale in realtà fu Madre in gran parte dell' Italiana dopo il Secolo Undecimo. Evidem suspicor, Fontaninius neminem tam enormi sententiae consentientem habiturum, quamquam & Varchius censuerit, Provincialium Lingua matrem magna ex parte fuisse Italicae post Annum MCC. Neque enim tam sero emerit, statumque accepit Italica Lingua: immo haec a Provincialibus nonnisi pauca vocabula accepit, uti jam palam factum est supra in Dissertatione XXXII. de Origine Linguae Italicae. Et quamquam multas voces ex Francorum aut Provincialium Lingua in Italicam migrasse daremus: non propterea jura Matri illi tribuenda forent. Huetius ipse, vir spectatissimae eruditio-nis, licet Gallus, in Lib. de Origin. Fabular. Romanens. nostros ridet, quod nimiè liberalitate multas Linguae nostraræ voces Provincialibus veluti acceptas referant, quas tamen cum illi tum nos Latio debemus. Exempla & ego attuli in Notis ad Carmira Italica Petrarchae. Denique eos etiam improbavit Dantes Aligerius in Convivio, qui Provincialium Lingua Italicae præferebant. Ceterum quod est ad Italorum Poësim, non abs re Marius Equicola, Petrus Bembus, Speroni, Sansovinius, atque, ut alios omittam, prælaudati Crescimbenius & Fontaninius arbitrati sunt, originem istius a Provincialium imitatione esse omnino arcessendam. Liceat tamen & mihi addere: id quidem veri simile, minime verò certum esse. Jam produxi Lib. primo, Cap. 3. della Perfetta Poesia, verba Petrarchae, quæ rursus heic consideranda veniunt. In Praefatione ad Epistolas suas Familiares de Libris a se compositis ille agens, Rhythmos etiam vulgari Lingua a se lucubra-

T

tes

tos hisce verbis describit: *Pars multis vulgi auribus intenta, suis & ipsa legibus utebatur. Quod genus apud Siculos (ut fama est) non multis ante Saeculis renatum, brevi per omnem Italiam ac longius manavit: apud Graecorum olim ac Latinorum vetustissimos celebratum; siquidem & Romanos vulgares Rhythmico tantum Carmine uti solitos accepimus.* Haec Petrarcha circiter Annum Christi MCCCLX. scribebat: quae Ludovico Castelvetro Mutinensi in Additament. ad Lib. primum Prof. Bembi jamdiu animadversa, persuaserunt, immerito obtrudi Provinciales Poëtas, tanquam parentes aut Magistros Italicae Poëseos. Et ea quidem sibi opposuit Crescimbenius; sed quamvis multa commentatus fuerit, nemini haec tenus videatur debilitata, nedum confossa Castelvetri sententia. Nam quod nulla Siculorum Carmina vulgaria habeamus, ante Annum MCC. scripta, nequaquam inferendum est, nulla re pse composita ante Annum illum fuisse. Quot enim & quanta nobis eripuerit tempus, is tantum ignorat, qui hospes in eruditione prorsus est: ut omittam, plura condi potuisse, quae literis minime fueriat consignata.

Perspectissimum verò Petrarcha habuit, utpote per annos complures in Provincia versatus, quot Poëtas ea regio tulerat, quoque tempore illi floruere. Nihilo tamen fecius, non ab iis Siculos didicisse artem Rhythmorum scribit, sed potius a Latinis & Graecis, apud quorum vulgus in usu olim fuisse Rhythmos, ipse Petrarcha

A cha acceperat. Cur nos affirmemus, quod is longe propior Provincialium Poëtis, & inter patres Italicae Poëseos numeratus; ignoravit? Ac praeципue quum Leonardus Arretinus in Vita Dantis scripsiterit ex ipsius Dantis verbo: *Rhythmorum Vulgarium Itallicorum artem circiter Annos centum quinquaginta ante eumdem Aligerium originem habuisse.* Epochæ ista in eos ipsos Annos convenit, quibus & Provincialium Poëtarum primi floruerere. Quid? quod & idem Crescimbenius Part. 2. Libri 2. Commentar. auctor est, Tusciae non defuisse vulgares Poëtas Anno etiam MCC. Quum verò Etruscis, Petrarchâ teste, praeiverint Siculi, reliquum est. ut quo tempore Provincialium Poësis vigebat, Siculorum quoque Poësis usitata apud vulgares fuerit: ac proinde veritate niti, quod Petrarcha ait, videlicet Rhythmorum artem *apud Siculos non multis ante Saeculis* (duabus saltē) *renatam fuisse.* Neque injuriâ subdit ille, Siculos e Graecis atque Latinis id genus Poëseos didicisse, quum antea consoexerimus, familiares fuisse cum Graecis tum Latinis Rhythmos, ac praeterea vocum consonarum usum, quas nunc Rime nuncupamus, serâ antiquitate commendari. Apud ipsos Siculos, Saeculo Duodecimo decurrente, ejusmodi Versus a Latinis Poëtis excultos, paucis ostendam. Rogerio I. inclyto Siciliae & Calabriae Comiti, qui Anno MCI. naturae debitum solvit, tumulus hac epigraphe ornatus Miletì positus fuit, Roccho Pitro teste in Chronolog. Reg. Siciliae:

LINQVENS TERRENAS, MIGRAVIT DVX AD AMOENAS
ROGERIVS SEDES, NAM COELI DETINET ÆDES.

Par

Par est Epitaphium Raynaldi Comitis Anno MCXXVI. rebus humanis exempti, apud eumdem Pirrum in

A Notitia Catanens. Ecclesiae. Ita Guilielmi I. Regis sepulcro, Anno MC-LXX. Inscriptio haec incisa est:

HIC TVA ROGERI DVX QUONDAM TEMPORE PATRIS
OSSA TENET TVMVLVS, TVMVLO CONTERMINA MATRIS,
VNDECIES CENTVM DECIES SEX, BIS MAGIS ANNO,
MIGRANS POST CHRISTVM NATVM SVB HERODE TYRANNO &c.

Reliqui Versus eodem Rhythmo procedunt. Similis est Inscriptio Anno MC-LXXXIII. posita Margaritae Reginae

HIC REGINA JACES REGALIBVS EDITA CVNIS,
MARGARITA, TIBI NOMEN QVOD MORIBVS VNIS &c.

Nihil ergo opus fuit Siculis Provincialium disciplinae sese tradere ut artem contexendi Versus ὁμοιοτελέυτες edocerentur.

Atque heic addendum est, non Latinos tantum, & Graecos Rhythmicis Carminis exempla Siculis praebuisse, ut Petrarcha eruditè animadvertisit; sed alios quoque Populos in hac arte eisdem & reliquis Italìs facem ministrare potuisse. Nam ultra duo Secula sub Saracenorum Arabum jugo Sicilia gemuit ad Annū usque MLX. quo Messana eis erepta est. Anno autem MXCI. integra Insula in Principum Normannorum ditionem venit. Atqui certum est, Arabes quoque delectatos Rhythmicis Versibus, quos in morem nostrorum consonantibus verbis terminabant. Sunt autem eos antiquissima Carmina, quae adhuc fidem rei faciunt. Idque vel ipsius Maumetis temporibus familiare fuit: nam testante Marraccio in Prodromo, ubi de Alcorano agit Cap. 2. impii illius Libri Signa, siue Versiculi, in Rhytmum desinunt, qui ut plurimum consonans est, vocali

B affecta, cum unde ex tribus quiescentibus præcedente, ut Una, Ina, Ano &c. Usque adeo id certum est, ut eruditissimi Huetii in Libr. de Origin. Fabular. Romanens. sententia fuerit, nos ab Arabum Populo accepisse Arēm Rhytmandi, hoc est, consonantium verborum usum in Versibus, ex quo videlicet nefanda gens meliorem Hispaniae partem jugo suo premere coepit: quod ineunte Seculo Ostavo contigit. Eadem quoque Seculo Nonno sedem fixit in Sicilia atque Calabria. Innumera dixi adhuc existere Arabicae gentis Carmina: idque etiam Derbelotius nos docuit. Immo Spanhemius auctor est, Poëtis illis non inventione tantum, sed & numero Poëmatum ac Versuum copiâ ab eis scriptorum, quemlibet aliuna Populum longe concedere. Et profectò mihi perquam veri simile videtur, nos posse non temere Arabum Populo acceptam referre Arēm Rhytmicam, sive usum consonantium vocum in fine Versuum, quando Eruiti testantur, antiquissimum esse apud eam gentem Rhytmandi monrem,

rem, quem adhuc retinent, & celebre fuit olim eorum nomen e Literarum studiis, multumque commercii eis erat cum Europaeis, ac praecipue Italos. Fortassis & ab eis acceptimus varias Versuum formas, quas describit Agapitus a Valle Flemmarum Ordin. Minor. in Libello de Arte Metrica Arabum. Praeter alios ejus gentis Libros in hanc rem celebris est Tractatus *Bader Aladini Damiani Principis Poëtarum* apud Arabes, qui accurate de usu *Rhythmorum* scripsit. Antiquis verò Seculis post abactum ex Italia Graecorum Imperium, Arabum doctrina tanto Italos in honore fuit, ut ii praecipue Literarum magistri censerentur: quod & commemorandum mihi erit infra in Dissertatione XLIV. de *Literarum fortuna*. Addo, non levem nobis suspicandi caussam praeberi, Arabes a vetustissimo Populo Judaico Rhythmorum artem & usum edoctos fuisse. Supra vidimus dipterum Mulierum Hebraearum in Saul caussâ victoriae a David relatae. Ibi consonantia vocum. Hac de re disputatio proxime praeteritis annis viguit inter doctissimum virum Blasium Garofolum, ac alios Eruditos. Quod novi, Augustinus Eugubinus, Meibomius, Ludovicus Capellus, Clericus, Huetius. & alii sensere, Judaeos ab antiquissimis Seculis concentum hunc verborum usurpare in suis Carmibus, Hymnis, & Canticis. Quid? quod Fourmontius V. Cl. Parisiis Anno MDCCXIV. Dissertationem dididit, in eadem Urbe typis impresa Tom. 6. *Memoires de Litterature de l' Academ. des Inscriptions*. Ibi pag. 160. multâ eruditione ostendit, in Poeticis Libris veteris Testamenti eiusmodi concentum in fine Versuum occurrere. Exemplis parco.

A Quae ubi statuamus, jam patet, consonantium vocum usum in Versibus, supra quam vulgo credatur, longe antiquissimum esse, utpote qui a Judaeis in Syros, & Arabes fluxisse videtur. Deinde ex Arabum gente veri videtur simile ipsos Occidentis Populos artem hanc didicisse, nisi eamdem a Populis Septentrionalibus antea didicerint. Nam & ad illos in hisce investigandis oculos convertamus oportet. Certe post Arabes imperium Siciliae arripuere Comites, Duces, ac Reges Normanni: gens nempe e gelido Septentrione olim in Galliam, ac demum in magnam Britanniam, Apuliam, atque Siciliam effusa, dominatione iis in locis fortissime constabilità. Ad Annum usque MCXCIV. Normannorum Regum potentia ac sedes apud Siculos perduravit. Ab hoc autem Populo ediscere etiam licuit Siculis, quando consentire nolimus, ab Arabica gente eos accepisse vulgarium Carmatum artem. Rhythmorum profecto vulgari Lingua conditorum apud gentes Septentrionales antiquior est usus, quam Provincialium & Italorum. Ostendunt Germani Evangelia *Rhythmis Theotiscis* e Latino reddita per Otfridum Monachum circiter Annum DCCCLXXX. quae cantica brevibus Versiculis in voces consonantes desinentibus constant. Alia quoque ejusdem generis Poëmata ille producit, quae adhuc MSta servantur in antiquissimis Codicibus Caesareae Vindobonensis Bibliothecae ac Vaticanae, immo typis etiam aeneis a Johanne Schiltero tradita prostant. Sunt & alia apud Danos, Suecos, ceterosque Germanos ejus generis vetustissima Carmina. Georgius itidem Hickesius, inter Britannos summae vir eruditonis, in *Thesaur. Veter. Sem-*

pter-

ptentrional. quanquam scribat, in antiquissimis Anglo-Saxonum Versibus Pseudo-Rhythmos, hoc est, *le Rime*, minime reperiri: attamen Cap. 24. Grammaticae Anglo-Saxon. specimenia adfert Carminum, quae ipse *Semi-Saxonica* appellat, ubi *Similiter cadens* occurrit, quale a nobis in fine Versuum usurpatum. Ufferius quoque Cap. 17. pag. 450. Antiquitat. Britann. Eccles. ex Vita Beati Albei haec adfert: *Inde Sanctus Patricius, Archipontifex & patronus totius Hiberniae, Versum sequentem Scoticâ Linguâ, quasi quoddam oraculum, Legis vigorem habens, cantavit. Quem Versum familia Sancti Albei, & familia Sancti Declani noluerunt pro se vel Rhytmice, seu Metrice in Latinum verseremus; sed majoris auctoritatis ei conciliandae gratiâ, illum proprio & genuino, quo pronuntiatum & compositum est a Sancto Patricio, idiomate, pro dignitate profereamus in medium. Ita Scoticæ canitur ille Versus:*

VEQVIT CASTE CLERC, BON MOINE, MEILLEV ABBÈ,
ET D'AGAPIT LY ROMAIN FVT AVBÈ &c.

Idem Mabillonius in Act. Sanctor. Benedictin. Seculo V. hos Versus non longe ab illis temporibus scriptos, & ipse arbitratur. Apud eos sit fides. En ergo unde alteram normam vulgarium Rhythmorum haurire potuerint Siculi: ex Normannis videlicet Siciliae ipsi imperantibus, aut ex aliis Germaniae Populis, antequam Poëtae in Provincia famam suis Carminibus sibi quaererent. Francorum autem ac Germanorum, adde & Britannorum, mores & Linguam Normanni probe edocti, hunc etiam Poëtos usum in Siciliam invexisse non immerito credantur. Quantopere ve-

A

*Ailbe umal, Patric Mumana, mō gach Rath
Theslan Patri: Nandeist, ag theclan go brath.*

B

Ad haec Mabillonius Tom. 3. Annal. Benedictin. pag. 684. producit Rhythnum Teutonicâ Linguâ Anno DCCC-LXXXIII. consecutum, in quo eundem vocum concentum invenies. Haec profectò, ultraquam multi sint opinati, Rhythmorum Vulgarium antiquitatem oppidò seram evincunt. Franci ipsi, antequam Provincialium Poëtarum celebrata cohors emerget, ejusmodi Versus elucubrassè videntur. Bulaeus in Histor. Univers. Paris. refert Epitaphium Gallicis Rhythmis Frodoardo Remensi Historico positum, qui Anno DCCCCLXV. finem vivendi fecit. Duos tantum Versus delibatos inde accipe:

C

D

ro ejusmodi Rhythmis oblectatus fuerit circiter Annum Christi MC. Gaufredus Malaterra, patria Normannus, sed noviser factus Siculus, supra innui.

E

Ad Vulgarium Italicorum Carmimum formam quod attinet, ne hanc quidem necesse fuit, ut Siculi, ceterique Italici a Provincialibus Poëtis mutuarentur. Crescimenius Lib. primo Histor. Vulgar. Poëtos scriperat: *Egli è chiara cosa, che l'Endecasillabo Volgare venne in Italia dalla Provenza. Verum ipse re diligentius inspecta, ab ejusmodi opinione discessit in Commentar. Lib. primo, Cap. quinto, ubi diserte fatetur, se quoque*

que agnoscere, Italicorum Verlus ex imitatione Latinorum processisse. Id verò ante illum erudite adnotarat noster Castelvetrus, & Jacobus Mazzinius Lib. 2. Cap. 33. in Apoleg. Comoed. Dantis. Addo ego, non e Metris tantum, perfectisque Latinorum Versibus, derivari potuisse Italicorum formam, sed etiam ex incomitis, rudibusque eorum Rhythmis. Jam supra ostendi, & nullo negotio luculentius ostendere rursus possem, Rhythmos Latinos fuisse compositos tetralyllabos, pentyllabos &c. eosque longe ante tempora Poëtarum Provincialium. Sed jam satis superque Dissertatione ista excrevit. Quare unum persequar, Versum videlicet Hendecatyllabum, quo potissimum Italica Poësis delestat, praeterquam quod apud Graecos & Latinos occurrit, a Rhythmopoejis etiam ac Metricis Poëis exultum fuisse, dum barbarica tempora fluerent. Inter Opera Walafridi Strabonis, cuius est fama celebris inter Scriptores Seculi Noni, legitur ejusdem pia Oratio, e qua nonnullos Versus decero :

*O rcrum Sator omnium tremende,
Dum poenas Crucis innocens lucti;
In quo nil nisi repperis ruinam &c.*

In his non tantum pedes, sed & numerum habes Hendecasyllabi Italici: quod & contingit in Horatiano illo:

Jam satis terris nivis, atque divae &c.

Et quoniam Poësis nostra pro Spondeo Daëtylum adhibere potest in fine hujusmodi Versuum, qui tunc propterea evadunt Dodecasyllabi, ejusdem tamen temporis atque Hendecasyllabi, *Sdruccioli* Italice a nobis appellati (quorum inventum nescio cur Varchius in Herculano tribuerit

A Sannazario) eorumdem Versuum specimen ex ipsius Walafridi Carminibus exero :

*Legislis, meminit vestra sagacitas.
At multis egomet fordibus obstitus
Denari veniam credo sagaciter &c.*

B Sane in hisce antiquorum Hendecasyllabis raro deprehendas collocacionem accentuum (*Pesature nos dicimus*) in Versibus Italicis facilem atque patentem. Attamen quum primi Poëtae Vulgares Versibus paucarum syllabarum praincipue operam darent, ac postea Versum conquirerent, cui aliquid majestatis ex plurium syllabarum cursu accederet, nullum aptiorum invenire quam Hendecasyllabum,

C five is ex duobus brevioribus Versibus confletur, five alio ordine coalescat: illius autem exemplum apud Rhythmorum Scriptores obvium habuere. Atque heic publici juris factum volo Rhythnum haec tenus luce carentem, cuius mentionem feci in Dissertatione I. de *Esteris Gentibus*. Eum descripsi ego e vetustissimo Codice MSto Capituli Canonicorum Mutinensis. Tum quae praecedunt, tum antiquitas Codicis, satis indicant, ipsum fuisse compositum sub initium Saeculi Decimi a Christo natum: quo tempore, ut ibi praefatus sum, Hungari tot impressiones in Italiam, & praesertim in Mutinenses fecere. Dodecasyllabi sunt Versus, sed temporis ratione computata pares Hendecasyllabis. Inter ipsos autem quosdam sentias ita contextos, ut familiarem in iis texturam ac sonum nostrorum Versuum deprehendas. Ad haec singuli Versus aliquid Leonini praferunt, quum in unam eandemque vocalem, ac pari concentu, definant. Tu experimentum facito.

D dice MSto Capituli Canonicorum Mutinensis. Tum quae praecedunt, tum antiquitas Codicis, satis indicant, ipsum fuisse compositum sub initium Saeculi Decimi a Christo natum: quo tempore, ut ibi praefatus sum, Hungari tot impressiones in Italiam, & praesertim in Mutinenses fecere. Dodecasyllabi sunt Versus, sed temporis ratione computata pares Hendecasyllabis. Inter ipsos autem quosdam sentias ita contextos, ut familiarem in iis texturam ac sonum nostrorum Versuum deprehendas. Ad haec singuli Versus aliquid Leonini praferunt, quum in unam eandemque vocalem, ac pari concentu, definant. Tu experimentum facito.

E Hendecasyllabis. Inter ipsos autem quosdam sentias ita contextos, ut familiarem in iis texturam ac sonum nostrorum Versuum deprehendas. Ad haec singuli Versus aliquid Leonini praferunt, quum in unam eandemque vocalem, ac pari concentu, definant. Tu experimentum facito.

Rhythmus canendus Militibus, Mutinensis Urbis custodibus
circiter Annum 924

„ **O** Tu, qui servas armis ista
 moenia,
 „ Noli dormire, moneo, sed vi-
 „ gila.
 „ Dum Hector vigil extitit in
 „ Troia,
 „ Non eam cepit fraudulenta Grae-
 „ cia.
 „ Primâ quiete dormiente Troia,
 „ Laxavit Sinon fallax claustra
 „ perfida.
 „ Per funem lapsa occultata agmina
 „ Invadunt Urbem, & incendunt
 „ Pergama.
 „ Vigili voce avis Anser candida
 „ Fugavit Gallos ex Arce Romu-
 „ lea;
 „ Pro qua virtute facta est argen-
 „ tea,
 „ Et a Romanis adorata ut Dea.
 „ Nos adoremus celsa Christi nu-
 „ mina,
 „ Illi canora demus nostra jubila.
 „ Illus magnâ fisi sub custodiâ,
 „ Haec vigilantes jubilemus car-
 „ mina.
 „ Divinâ, Mundi Rex Christe, cu-
 „ stodiâ
 „ Sub tuâ serva haec castra vigiliâ.
 „ Tu murus tuis sis inexpugnabi-
 „ lis,
 „ Sis inimicis hostis tu terribilis.
 „ Te vigilante, nulla nocet fortia,
 „ Qui cuncta fugas procul arma
 „ bellica.
 „ Tu cinge haec nostra, Christe,
 „ munimina,
 „ Defendens ea tuâ fortî lanceâ
 „ Sancta Maria Mater Christi
 „ splendida,

A „ Haec cum Johanne, Theotocos, „ impetra: „ Quorum hic sancta veneramur „ pignora, „ Et quibus ista sunt sacrata nu- „ mina (a). „ Quo duce victrix est in bello „ dextera, „ Et sine ipso nihil valent jacula. B „ Fortis juventus, virtus audax bel- „ lica, „ Vestra per muros audiantur car- „ mina: „ Et sit in armis alterna vigilia, „ Ne fraus hostilis haec invadat „ moenia. C „ Resulteret Echo comes: eja vigila. „ Per muros eja dicat Echo, vigila.	D Dissertationi huic postremam ma- num imponam, colophone addito non vulgaris pretii: Rhythmo nempe Hi- storico evulgato, quem ex eodem ipso Codice vetustissimo Capituli Cano- nicorum Veronenium, unde alter <i>de</i> <i>Laudibus Mediolani</i> depromtus est, de- scriptum ad me misit supra laudatus Bartholomaeus Campagnola, multis titulis de me benemeritus. Anno Christi DCCCLXXI. Italianam totam, immo & reliquum Francorum Imper- ium, concussum detestandum facinus Adelgisi Principis Beneventani, qui Ludovicum II. Augustum, quanquam rot beneficiis in ipsos Beneventanos collatis illustrem, utpote qui Sarace- nicae gentis cornua fregerat, ejusque acinaces ex eorum jugulo averterat, ausus est seditione commotâ com- prehendere, & in custodiam tradere. E Sunt
--	---

(a) an moenia?

Sunt, qui hominem excusant, cul-
pamque in ipsum Augustum, ejusque
Conjugem rejiciunt, ut ex Erchem-
pertō, ex Annalibus Bertinianis, &
ex Anonymo Salernitano, a me edi-
to Part. II. Tomi II. Rer. Italica-
rum, sublucere potest. Et revera quum
Adelgiso nihil intentare contra Lu-
dovici vitam animus fuerit, sed ti-
morem tantummodo ac vim ei in-
ferre, ut ex Urbe & regione Bene-
ventana excederet: excogitare liceat,
non defuisse aliquam justae irae cau-
sam, aut ansam Principi Beneventa-
no. Attamen vix nemo fuit, qui
non horruerit, audiens tot oppobriis
oneratum, ac dolose captum, ut i-
dem Erchempertus scribit, *Augustum*
sanc&issimum virum, salvatorem scilicet
Beneventanae provinciae, Beneventi in-
fra moenia degentem, ac secure quiescen-

A tem. Hanc tamen sanctitatem infra
in eodem Ludovico minime agnoscit
laudatus Erchempertus. Hoc ergo fa-
cinus Auctor Rhythmi Alphabetici,
seu Abecedarii, nunc evulgandi, de-
scribit, synchronus profecto, ut res
& narratio ipsa suadet, sed simul
sermonis Latini imperitissimus. Ego
Rhythmum ipsum, qualis in MSto
Codice Veronensi habetur, accuratis-
sime descriptum, ne unā quidem li-
terā immutatā, Lectori sistere decre-
vi, distinctis duntaxat Verib⁹bus, in
MSto indiscretis, ut hoc onere Clas-
sissimum Marchionem Maffejum le-
vem. Sed & ille heic etiam inspiciat
velim, quot erroribus abundet fru-
stulum istud antiquitatis, partim Au-
ctori, partim vetusto Librario tri-
buendis.

B

C

Rhythmus de Ludovico II. Imperatore per Adelchim, seu
Adelgisum Beneventi Principem capto, compositus
Anno 871. aut 872.

„ **A** Udite omnes fines terrae (1) errore cum tristitia,
„ Quale scelus fuid factum Benevento Civitas.
„ Lhuduicum comprenderunt sancto, pio Augusto. (2)
„ Beneventani se adunarunt ad unum consilium.
„ Adalferio (3) loquebatur, & dicebant Principi:
„ Si nos cum vivum dimitemus, certe nos peribimus.
„ Celsus (4) magnum preparavit in istam Provinciam:
„ Regnum (5) nostrum nobis tollit: nos habet pro nibilum.
„ Plures (6) mala nobis fecit. Regnum est, ut moriad. (7)
„ Deposuerunt sancto (8) pio de suo Palatio;
„ Adalferio illum ducebat usque ad Pretorium:
„ Ille vero gaude (9) visum tamquam ad martirium.

Exie-

(1) Legendum puto horrore.

(2) Si Legibus Maffei amici parendum est,
Augustio scribendum erit. Sed iis legi-
bus veteres rigide se obstrinxisse mini-
me videntur.(3) Adalferius, unus e Primitibus Bene-
ventanis.

(4) pro Scelus, ut puto.

(5) Vide Annales Bertinianos, & Anony-
mum Salernitanum.

(6) Plures: scribe plura.

(7) Idest moriat, cum bonâ Prisciani venia.

(8) Pro sanctum pium, idest Ludovicum Au-
gustum, quem & Erchempertus sanc&issi-
mum appellat.

(9) Forte, gaudens ibat.

- „ Exierunt (10) Sado & Saducto (11) inoviabant imperio:
 „ Et ipse sancte pius incipiebat dicere:
 „ Tamquam ad latronem venistis cum gladiis & fastibus.
 „ Fuit jam namque tempus, vos allevavit (12) in omnibus:
 „ Modo vero surrexisti adversus me consilium.
 „ Nescio pro (13) quid causam vultis me occidere.
 „ Generacio crudelis (14) veni interficere,
 „ Ecclesie que Sanctis Dei venio diligere,
 „ Sanguine veni vindicare, quod super terram fusus es.
 „ Kalidus ille, temptator (15) ratum adque nomine
 „ Coronam Imperii sibi in caput ponet, (16) & dicebat Populo:
 „ Exce sumus Imperato: possum (17) vobis regere.
 „ Leto animo habebat (18) de illo quo fecerat.
 „ A Demonio (19) vexatur, ad terram ceciderat.
 „ Exierunt multae turmae videre mirabilia.
 „ Magnus Dominus (20) Jesus Christus judicavit judicium.
 „ Multa gens Paganorum exit in (21) Calabria,
 „ Super (22) Salerno pervenerunt possidere Civitas.
 „ Juratum (22) est ad Sancte Dei Reliquie
 „ Ipse Regnum defendendum, & alium requirere.

Tom. VIII.

V

DE

- (10) *Sado*, seu *Sadosn*, *Sugdan*, Princeps Saracenorum tunc Beneventi captivus. Narrat etiam *Anonymous Salernitanus*, ejus consilio ad hoc facinus usum esse Adelgisum.
 (11) *Saducto inoviabunt*, Quid heic scribendum sit, majori otio fruentibus divinandum relinquo. Num qui obviabant Imperio.
 (12) Pro *allevavi*. Beneficia innuit in Beneventanos conlata.
 (13) *Elegantiae Tullianae*. Scribe pro qua causa.
 (14) *Veni illum interficere*, qui huc venit, ut Ecclesiæ sanctas Dei e Saracenorum jugo eriperet. Hostium tuorum sanguinem, qui super terram fusus est, veni vindicare.
 (15) *Quis tentator iste?* Num Adelgicus, an Seadan, aut aliis quisquam? Nonne faciunt verba illa *ratum adque* (pro *adque*) *nominis*.
 (16) *Pro ponit*.
 (17) Latine volens efferre Italicum *vi posse regere*, ignoravit, an illud *vi Accusativo responderet* potius quam *Dativo*.
 (18) *Pro cibibat*, ut puto, laetus de illo, quod fecerat.

- (19) Et heic incertum, fueritne Adelchis Princeps, an Seadan, vexatus a Daemonio.
 (20) *Scriberem Donnus*, ut mensura prioris Versiculi rectius procederet. Sed leges Syllabarum video alibi neglectas. Scribendum quoque foret *judicat judicium*.
 (21) Pro *e* Calabria.
 (22) Exente supra memorato Anno DCCC-LXXI. Salernum obsidione pressum est a Saracenis, quam solvere demum coacti sunt, regreso adversus illos Ludovicus Augusto. Pro *possidere* scriberem obcidere.
 (23) Stropha haec spectans ad literam I. suora desideratur. Nescio an suo loco sit restituenda. Videtur autem heic innui sacramentum, quo se se obstrinxit Ludovicus, se *vindictam aliquam ex calunia*, quom tunc patiebatur, numquam exacturum, ut scribit Regino. Ceterum manca est haec Stropha, & aliae integras fortasse considerantur: neque enim Rhythmus per reliquas Alphabeti literas progreditur.

DE NOMINIBUS
E T
A G N O M I N I B U S
ANTIQUORUM.
DISSERTATIO
QUADRAGESIMAPRIMA.


V 2

DIS

западной эпохи
и восточной эпохи
западной эпохи
многое осталось
отталкивается
от западной эпохи

DISSESTITO

QUADRAGESIMAPRIMA.



Idendum nunc, qui mores fuerint Majoribus nostris in usu *Nominum*, deinde vero & *Cognominum*. Et primo, antequam Gothi & Langobardi sese effunderent in Italiam, usitata fuere apud nos nomina Romanae aut Graecae originis; eaque crebrius a Christianis renovabantur, quae a sanctis Martyribus, aliisque Christianis virtute illustribus olim fuerant usurpata. Neque unum interdum Nomen, seu Cognomen sat erat eorum temporum Magnatibus. Ita *Pennius Meropius Paulinus*, *Nolanus Episcopus*, vir sanctitate celebris, nobis est notus. Postremum Nomen, sive Cognomen, ita Sancto viro adhaesit, ut non alio quam isto a reliquis Romanis distinctum inveniamus. Eodem Seculo floruit *Turcius Rufius Apronianus Asterius*, & ipse Consul, cuius chirographum ex vetustissimo Vergiliiano Codice Mediceo depromsis Glarissimus Cardinalis Norisius in Cenotaphiis Pisanis, pag. 431. Ita Seculo subsequenti occurrunt nobis *Magnus Aurelius Cassiodorus* (sive *Cassiodorus*, ut contendit Scipio Maffejus Marchio V. Cl.) & *Flavius Anicius Manlius Terquatus Severinus Boëtius*, tot nominum comitivâ stipatus. A-

A lios omitto: neque enim ea Secula mihi illustranda proposui. Sed ubi in Italiam erupere, veluti tot muscarum examina, barbarae Septentrionis nationes, desit ambitiosa caterva tot nominum, & vel ipsae Romanæ aures simplicitati assuescere cooperunt. Rudibus ejusmodi Populis uno uti nomine mos fuit. Illud etiam rude atque asperum plerumque erat, ut pote ex eorum Lingua, hoc est, Germanicâ antiquâ, derivatum. *Lutpræd*, *Audusld*, *Rotbar*, *Potelsrit*, *Rizelsf*, *Rodpert*, *Agilupb*, aliaque hujusmodi Nomina eorum fuere, quae Latine inflexa in Libris & Chartis invenimus. Neque suaviora ex Francorum Lingua emersere, quum & ipsa foret Teudisca, sive Germanica. Iisdem autem Seculis, quibus intermixtae cum Italico Populo fuerunt exteræ Gentes, nomina Romanorum, veterumque Sanctorum, apud aliquos servata fuere, sive Religionis causa, sive quod ab antiquo Populo Italico prognati, barbarica nomina averserentur, & suæ gentis vocabula amarent. Id praesertim apud Ravennates diu, & semper apud Romanos, observatum est, quorum Civitas feliciter Langobardorum unguis evasit. Sed in Langobardico Regno longe plura nomina in usu fuere, ex eorum Lingua petita, quam e Graecâ atque Latinâ. Idque vel in ipsis Monachis animad-

nimadvertere possumus. Vino indigebat Aupaldus, insignis Ambrosiani Monasterii Mediolanensis Abbas, ideoque ad famulos Curtis suae Lemontae confugit, eos deprecans, ut Monasterii necessitatibus liberali oblatione opem ferrent. Non recusarunt ii; sed simul petiere, ut Abbas profiteretur, non illud ex debito se exiguisse, sed quidem ab iis per preces impetrasse. Non ii fuisse videntur servi rigide sumti, sed Manentes in praediis Monasterii, hoc est, ut opinor,

A Aldii coloni, quibusdam pactis ad excolendas eas terras adsciti, quibus tamen Abbas Senior dicebatur. Experiere præterea, ut Abbas eâ occasione scriptis commendaret, quaecumque onera fuerant eis ante imposita, videlicet quot *Solidos*, quot *Formaticos* (idest caseos, unde Italica vox *Fornaggio*), quot modios tritici, ova, pullos &c. singulis annis Monasterio deberent. En Chartam non pauci sciendam, quam ex Archivo ejusdem Coenobii descripsi.

Charta concordiae initae inter Aupaldum Abbatem Monasterii Ambrosiani Mediolanensis, & Famulos Curtis Lemontae, de censibus ac oneribus, quibus ipsi famuli obnoxii sunt, Anno Christi 957.

Dum vir Reverentissimus Dominus Aupaldus venerabilis Abbas, ins in caminata supra solario juxta Ecclesiam beatissimi Ambrosii resideret pariter cum suis Monachis, ibidem cum eo residentibus, causâ utilitatis sui Monasterii, & cum eisdem simul sermocinaret: accidit, ut inter reliquas verbas ita eis alloqueretur, dicens: Scimus omnes, qualis inter nos imminet tempus, maxime & fructus vindemie ob nostris imminentibus peccatis, quod nobis pejus afflida contritione satis fallit; ideoque solitus fui secundum temporis qualitatem aliquantis vicibus nostre Curtis Lemonta Famulos ibidem commandentes precare, ut secundum de illorum possibilitatem de Vino, quod fecissent, non pro conditionem, sed propter nostram precationem, juxta quod potuissent, nobis deferrent: quod ita se omnes fecisse hucusque cognovimus. Unde ipsi Famuli timore compulsi, ne hanc precationem sibi, suisque parentibus pro conditione eis in usum aliquis

C requireret, vel in posterum ex hoc pro lege ipsi requisituri aliquatenus fuissent. Unde factum est, ut dum predictus Dominus Abbas in ipsa allocutione cum suis alloqueretur Monachis, accidit, ut ibidem in medio illorum, parte predicti Famuli de eadem Curte Lemonta advenirent, provoluti ad pedes prelibati Domni Aupaldi Abbatis, ita precari sunt, dicentes: Domine preclarissime Senior, vestram suppliciter flagitamus mercedem, quatenus de Vino, quod quali tempore aliquod partem optulimus, talis exinde vestra magnificissima nobilitas scriptio facere dignetur, ut non hoc nobis quisquam pro conditione..... sed propter precationem nos omnes cognoscere possimus. Quapropter Dominus Reverendissimus Abbas una cum omni consilio confratrum suorum Monachorum, eis assensum prebuit: & hanc scriptiōem Johannem suum fideliissimum Levitam scribere rogavit, quatenus de eodem Vino superius nominato omnes sciant & intelligant non pro conditionem, sed propter

pter precationem deinde si ceterique omnes cognoscant esse mansuram. Placuit etiam eidem Domino Aupaldi Abbatii, hanc scriptiōnem ipse firmare, simulque & per manus Monachorum sibi commissos roborare, ut conditio illorum nullatenus infringatur, excepto sin necessitatis causa supervenerit per nostram precationem bono animo & pari voluntate cuncti obedient. Precamur denique & nos Famulos nostre Curtis Lemonta, ut in hac scriptione, quam facere precepistis, nostra conditio scripta permaneat, & quod legibus facere debemus vel persolvere per unamquamque nostram Villulam juxta antiquitatem temporis ad vestrum Monasterium persolvendum aperiissime cognoscatis. In primis de Madrunino Denarios Solidos XIV. Formaticos ad statera illorum Libras X. Formentum stria II. Pullos VI. Ova LX. De Salvaniade Denarios Solidos XIV. & reliqua similiter. De Cautenigo omnia similiter. De Vero Denarios Solidos IV. Aliud nichil, nisi tantum amiscere de piscibus bonis quatuor vices in anno. Et si precati fuerint, similiter faciant, si ceteri faciunt. De Civenna Denarios Solidos XVIII. Pullos XII. Ova CXX. De his Villulis suprascriptis, quarum hec sunt nomina, Madrunino, Salvaniade, Cautenigo, & Civenna, seu & Villa Lemonta, omnes simul pariter debemus olivas colligere, & premere ad expensa dominica, & evegere oleum de ipsis olivas in nostra expensa ad Monasterium Beati Ambrosii. Debemus etiam & nostrum Seniorem, suosque fidèles per aquam navigare in ambulando & revertendo. Debemus etiam in Festivitate Sancti Ambrosii, in Ramos olive, in Letanias majores, & in Sancti Nazarii, per has singulas Festivitates, quod sunt quatuor vices in anno, secundum vestrum bonorem, ut melius potuerimus, de Piscibus valde bcnis in

A vestrum servitium adducere. Haec omnia non recusamus. De quo Breve duo uno tenore scripti sunt. Unum eis datum est, & alterum in Monasterio reservatum. Illi vero, qui de Villa Lemonta videntur esse, non debent olivas premere, nec ligna ad ipsas olivas dare, nec evegere ipsum oleum, sed tantum debent omnes colligere, & vasa eorum ad utilitatem predicte olive, quantum opus est, debent dare, seu & simul ornae debent ceteri adjuvare ad incarcandum, prout necesse fuerit.

 Aupaldus humilis Abbas a me factum subscripti.

Karissimus Presbiter & Monachus, seu & Decanus consensi & subscripti.

Amelius Presbiter & Monachus subscripti.

Heribertus Presbiter & Monachus subscripti.

Anzelbertus Presbiter & Prepositus consensi & subscripti.

Maternus Diaconus consensi & subscripti.

Ambrosius Monachus consensi & subscripti.

Ulpertus Monachus & Subdiaconus consensi & subscripti.

Luzedeus Presbiter consensi & subscripti.

Giselbertus Presbiter & Ministerialis de Latiniano subscripti.

Gerovvinus Subdiaconus subscripti.

Jobannes Monachus & Levita subscripti.

Garibaldus Diaconus subscripti.

Stephanus Monachus & Subdiaconus subscripti.

Lazarus Monachus & Subdiaconus subscripti.

Johannes Monachus subscripti.

Factum est autem hec & firmata anno Domini & preclarissimi & egregii pii Patris Aupaldi Reverentissimi Abbatii, regiminis sui Terriodecimo, Mense Septembrio, Indictione XV.

Puricellius in Monument. Basilic. Ambrosian. Abbatem hunc appellatum fuisse *Huppandum* contendit, atque ita cundem subscriptissime alteri Chartae, auctor est. Ego de fide illius Chartae dubitarem. Nam & in Regio Privilegio apud ipsum Puricellium, & in Charta Monasterii Tolensis, memorata a Clariss. Mabilondo in Annalib. Benedictin. ad Annum DCCCCLXIII, atque heic, differtis verbis nuncupatum videmus *Aupaldum*. Hoc autem nomen, uti & Herimberti, Argelerti, Ulperti sive Walperti, Gerovvini & Garibaldi, quae in Charta ista occurunt, sunt Langobardica, aut Francica: cetera verò Romanam nationem sapiunt. Neque praetereundum est, Saeculo XIII. & XIV. nomina quaedam, horrida sane, invaluisse vel inter ipsos Italiae Regulos, quae nunc aut risum aut admirationem audita excitant, sed tunc placidis fortasse auribus accipiebantur. Ejusmodi fuere in Familia Bonacossia, Mantuae dominatrice, nomina Bardelloni, Taini, Botrellae, Butireni, Scaglini, Passerini: in Ordelaffa Scarpettae: in Scaligera Veronae dominâ, Canis & Mastini: ineptum enim est, quod excogitavit Jovius, nempe a Tartaricâ Lingâ, quae *Canem* appellat Regem seu Principem, Scaligeros desumisse hoc nomen. Nihil tale ipsos somniasse, Mastini nomen satis indicat. Josephus quoque Scaliger in Epistola ad Duham, ubi umbratilem suam originem a Scaligeris Principibus deducere co-natur, de Cane Grandi scribit: *Nomen illi fuerat Francisco a sacro lava-ero, Cani a gentilitate, Magno a me-rito rerum gestarum.* Sed haec ignoravit Ferretus Vicentinus Poëta, ei-dem Cani synchronus, in Garmine

A de illius Laudibus, Tomo IX. Rer. Italicar. a me edito. Illum *Canem* tantummodo appellatum ait, quod eius mater

----- in imagine somni
Visa sibi est pperisse Canem. -----

B Neque is didicerat, Scaligeros a Windorum Principibus oriundos, apud quos *Caban* idem est ac *Rex* aut *Principis*, ut iidem Jovius & Scaliger somniarunt. Ita in Familia Turriana Mediolani olim dominatâ invalluere nomina *Muscae*, *Pagani*, *Carnevarii*, *Cassoni*; quod postremum tam e *Castone* nomine Gallico depravatum sine dubitatione fuit. Alia ejusdem indolis praetereo. Utrum verò ex his nonnulla in Baptismo iis imposita fuerint, reliqua autem Agnominia fuerint per scomma eis affecta, quae in eorum Nomen transierint, non facile decernas. Certe Passerino Bonacossis Reynaldus quoque, nomen fortasse primitivum, fuit. Porro constat, eos sine ulla trepidatione, sine fastidio, palam ejusmodi Nonminibus fuisse usos, nullumque decus inde sibi metuisse. Saeculo etiam XII. *Malaspina*, *Pelavicinus*, *Mal-Nevorbe*, atque alia id genus nomina, Italiae Primitibus fuisse tributa, jam animadverte in Antiquitatibus Estensibus. Addere nunc juvat Chartam e Codice MSto Cencii Camerarii. Ibi nobis occurunt *Tignifius Comes*, *Catiagonte Comes*, & *Ca-jaguerra Comes*, fortasse *Cacciaguerra*. *Paltonerius Comes* ibi praecipue memoratus, filius *Fortiguerrae Comitis*, nomen gesit, quod Tuscorum Dialecto significat un *Birbante*, un *Birbone*, idest *Mendicum*. Hic autem titulus *Chartae* praeponebatur.

Chartula, quomodo Paltonerius recognovit Castrum Montiscelli
per Dominum Papam, & constituit annis singulis certum
censum Bisantium unum auri, Aano 1156.

IN nomine Domini nostri Jesu Christi Dei aeterni. Anno ab Incarnatione ejus Millesimo Centesimo Quinquagesimo Sexto, mense Aprili, Indictione III. Manifestus sum ego Paltonerius Comes, filius quondam Fortisguerrae Comitis, quia per hanc Chartulam proprietario nomine, praesentia Domini Guidonis Presbyteri Cardinalis, titulo Sanctae Potentianae, & Legati Ecclesiae Romanae, residente apud Sanctum Quiricum, in conventu cum Episcopis, videlicet Seneri, Aretino, atque Clusino, Suanensi, Castrensi, Massiano, atque Vulterrano, donare, itemque tradere videor ad honorem Dei omnipotentis, & sanctae Romanae Ecclesiae, & in personam Domini Adriani summi Pontificis: idest Castellum de Monte Cletto, cum Curte & orani pertinentia sua; eos scilicet tenore, ut si ego praedictus Paltonerius Comes sine filiis masculini vel feminini sexus, de me descendantibus decessero, supradictum Castellum cum Curte & omni pertinentia sua ad jus beati Petri, & sanctae Romanae Ecclesiae cum integritate deveniar. Et propter haec ego praedictus Paltonerius Comes exinde statuo & convenio, annualiter in Ascensione Domini nostri Jesu Christi, praedictae sanctae Romanae Ecclesiae Censum solvere, dum vixero, Bizantum unum aureum. Et similiter ego praedictus Paltonerius Comes statuo & convenio, ut si post obitum meum filii mei praedictum Censum a sanctae Romanae Ecclesiae summo Ponifice in Feudum non aquisterint, annuatim praedictae sanctae Romanae Ecclesiae statuto termino praedictum Censum persolvant.

TOM. VIII.

A Unde ego praedictus Paltonerius Comes obligo me, meoque heredes, quod si se-
pra dictam conventionem atque concessio-
nem praedictae sanctae Romanae Eccle-
siae attendere & conservare noluerimus,
omni tempore promittimus compонere &
dare poenam praedictae sanctae Roma-
nae Ecclesiae, suisque summis Pontifici-
bus bonorum denariorum Lucensium Li-
bras centum: & post poenam solutam
praedicta concessio atque conventio firma
& illibata permaneat. Et in tali ordi-
ne Presbytellum Judicem Domini Imper-
atoris hanc Chartulam proprietatis scri-
bere rogavimus.

Actum in Episcopatu Aretino, in
Burgo Sancti Quirici.

† † Signum manus testium: Ren-
nuius, & Ugurio Comites, Germani
filii quondam Tigniosi Comitis.

Caltiagonte Comes filius quondam
Cajaquerrae Comitis.

Reinutius Comes filius quondam Ber-
nardini Comitis.

Isimbarde de Monte Gerlone, & Ron-
tione de Bibiano, & Scantivolus de
Maiacervo, rogati sunt testes.

D Sed quod potissimum in antiqui-
tatis inquisitione adnotandum est,
barbaricis temporibus Italici incolae
Nominibus tantum contenti, nulla
ex iis agnovere, quae Cognomina nunc
appellare consuevimus. Mabillonius
vir celeberrimus, in insigni Operे
de Re Diplomaticâ, Lib. 2. Cap.
7. recte statuit sub finem Saeculi Deci-
mi, sed maxime Saeculo undecimo incun-
te, Cognominum usum frequentare coepi-
se. Eamdem sententiam antea Du-
Cangius probaverat in Historia Mon-

E

X

morem-

morenciaca: eamdemque subinde confirmavit Clariss. Papebrochius e Societate Jesu, in Aetis Sanctor. Bolland. Tom. 4. Maji, pag. 12. Honoratum Boucheum, aliosque testes in eam rem collaudans. Sed & ipse rursus eamdem stabilivit in Responson. ad Exhibition. errorum, quos ei bonus Carmelita objecerat. Quicunque in veterum monumentis aliquantulum versatus est, confessim fateatur oportet, circiter ea tempora, immo etiam seriūs, inventum fuisse inter Italicas gentes Cognominum usum. Itaque supine falluntur, qui in remotissimis Seculis eadem se adinvenisse putant, ut illustribus nostrorum temporum Familii thura & odores incendant. Aut somnia aut imposturae sunt, si quae hujusmodi in Genealogicis Libris nobis propinantur: & prope pro arguento falsitatis statim habendum est, si qua Charta ante Millesimum exarata eruitur, quam ornent, aut onearent aevi nostri Cognomina. Propterea nihil invidendum est tot nobilibus Familii, quae in monumentis Seculi Octavi, Noni, & Decimi, Episcopos, Cardinales, inclytos belli Duces inveniunt, atque inter suos Majores mirabili pace accensent. Hercle eruditi viri Mediolanenses non indigent, ut a me edoceantur, in una nubium regione (Libro nempe, ubi otiosus quisque legere potest, quod cupit) inventa fuisse Cognomina veterum Archiepiscoporum Mediolanensium. Nimirum nescio quis nugivendulus primū excogitavit inter illustres inclytæ illius Urbis Familias partiri se posse decus insulae Mediolanensis. Ad Annum Christianæ Salutis. XC. Oldanae Familiae Sanctus Castritianus adscribitur: Burræ Sanctus Monas ad Annum G.

A LXXXVIII. Tum ad Annum CCCL. Sanctum Protasium *Algisia* sibi tribuit: Sanctum Dionysium ejus successorem *Mariana*. Sanctum Venerarium *Oldrada*: Sanctum Glycerium *Landriana*: Sanctum Lazarum *Cotta*. Eodem gradu reliquorum Mediolanensis Antistitium distributio procedit, quam religiose Ughellius in Italia Sacra retinuit. Sed ut ut vulgus atque ineruditii hisce fabulis facile acquiescant, certe miror Puricellum, virum alioquin inter Mediolanenses Scriptores emunctae naris, & omnium commendatione dignum, qui contexens Vitam Sancti Laurentii Archiepiscopi Mediolanensis, circiter Annum Christi Quingentesimum ad eam Cathedram electi, eum in nobilis Familiae *Littae* catalogum confidentissime infert, sine tabulis rem adeo remotam affirmans. Sic apud Caelestium Bergomatis Historiae Scriptorem, Ughellum, & alios, *Castellionea* Familia Tachipaldum Episcopum Bergomatem ad Annum Christi DCCCXI. ostentat: *Calepia Garibaldum* Anno DCCCLXVII. *Caremala Adelbertum* Anno DCCCLXXV. Reliquos praetereo veteris aevi Episcopos, quos non meliori titulo in censum illustrium Familiarum aevi nostri quidam inferunt, quā nō nostri olim Mutinenses in *Rascharinam* gentem pertraxerint Sanctum Geminianum, Urbis nostræ Patronum, & circiter Annum CCCXCVII. e vivis sublatum: quam magnificam laudem eidem Familiae nequaquam turbare sunt ausi Sillingardus, Ughellius, & alii.

Age verò jam perconteris: si Cognominibus caruere Itali Saeculis ruidoribus, atque uno tantum Nominis utebantur, quei alter ab altero ejusdem Nominis tunc distinguebatur? & quei

& quei fieri potuit, ut unus pro altero interdum non acciperetur? Ut ait Sanctus Augustinus Cap. 13. Lib. post Collat. ad Donatistas: *plena est consuetudo generis humani, ut non solum duo, sed etiam plures homines uno nomine vocitentur.* Verum Augustino vivente erant Praenomina & Cognomina, quibus alter ab altero distinguebatur. Non idem Seculis barbaricis factum. Quum Mutinae plures olim essent, & adhuc sint, *Jobannis Ferrarii* nomen & cognomen praeferentes, in Epistolis ad eos missis, atque in aliis bene multis casibus, errores interveniebant. Ego quoque (liceat addere) duo nomina adhibere ab adolescentia coepi, non ambitionis causâ, sed necessitatis, quod aequalis meus alter esset, eodem donatus nomine atque cognomine. Quid ergo olim contigisse putas, quum ne Cognomentum quidem alterum hominem ab altero, sive, ut rectius loquar, unius Familiam ab alterius distingueret, & plurimi, ut par est credere, eodem nomine in eadem Civitate appellarentur? Nemo certe non videat, ejusmodi antiquorum morem plurimas posteris reliquise tenebras: quod potissimum sentiunt privatae Familiae, si quando ad conquirendos in vetustis Seculis Majores suos se se convertunt. Meâ enim

A sententiâ ob hunc ipsum defectum fieri nullo pacto potest, ut ejusmodi soboles, quamquam ex antiquitate illustres, in Secula remota assurgant, ibique progenitores suos detegant, nisi eos constans aliqua Praefectura, aut alicujus loci Dominium a ceteris secernat, & conjunctionem cum posteris signet. Sed quid dixi tenebras posteris inlatas ex ista nuditate Nomini? Vel ipsis viventibus, eorumve filiis necesse est, ut olim non leve incommodum pepererit atque confusione neglectus iste Cognominum usus. Ut experimento facto rem ipsam Lector digito suo tangat, exercere mihi placet monumenta duo, quae nullius momenti videri possint, sed quae Majorum nostrorum hac in re consuetudinem luculentissime prodent. Eadem ego descripsi ex vetustissimo Sacramentario Sancti Gregorii, quod adseratur in Archivo Capituli Canonicorum Mutinensium, exarato, ut opinor, ineunte Saeculo Ærae Christianae Decimo, forsitan & Saeculo Nono. Nam praeter antiquitatem Codicis, & formam characterum, haec ipsa, quae nunc editurus sum, in margine addita erant, praetereaque additamenta alia facta Anno Christi DCCCCLXXIII., quae evincere possunt, longe antea scriptum fuisse Codicis ipsius textum:

Catalogus eorum, qui ad luminaria Majori Templo Mutinensium ministranda se se Fraternitate initâ obstrinxere, circiter Annum 980.

IN nomine Domini nostri Jesu Christi. Incipit nomina Virorum ha: Mulierum, qui pro Dei timore & Christi amore dederunt singuli Denarios pro redemptione animarum suarum in Luminaria, ad illuminandum Ecclesiam Dei, ut eorum animas inluminet Deus

E in sanctum Paradisum: & ipsi omni anno Deo auxiliante hos facere similiter promittunt. Petro. Johanne. Lanfranco. Mirabilia. Adhelberto. Rustico. Bonumtempore. Rolando. Azo. Ardingo. Jobanne. Andrea. Everardo. Alivaldo. Tanfreda. Jobanne. Walterio:

Johanne. Benedicto. Liuzo. Johanne. Andrea. Enrado. Walberto. Martino. Jobanne. Alberico. Amezo. Sigefredo. Petro. Enrico. Ezolo. Crescencio. Petru. Restano. Dominico. Rainero. Rodulso. Jobanne. Petro. Ugo. Geminiano. Winifrido. Giso. Jobanne. Martino. Petro. Marsino. Lanfranco. Geminiano. Dominico. Fredulso. Lamperto. Jobanne. Warimbaldo. Girardo. Alberto. Stephano. Alberto. Petro. Constancio. Ingelberto. Bonzo. Jobanne. Anrado. Andrea. Grimezo. Jobanne. Liuzo. Ageprando. Rainero. Martino. Segnoretto. Liuto. Urso. Ementvuda. Officia. Alboara. Officia. Benza. Immilia. Ermengarda. Maria. Burga. Cristina. Teuza. Maria. Regenza. Ricbilda. Alberga. Ingelberga. Gista. Maria. Vineza. Riutruda. Ita. Ingelberga. Boneza. Ricbilda. Tethberga. Maria. Warimberga. Roga. Maria. Martha. Regenza. Cristina. Columba. Susanna. Raina. Imma. Berta. Auria. Angela. Oliva. Benza. Teberga. Liuta. Maria. Ideoque omnes, quos supra memoravimus, vel qui in antea Deo auxiliante in hanc Fraternitate se conjuzerint, faciat eos Dominus uns nobiscum insimul in hoc seculo salibus operibus operare, ut remissionem omnium peccatorum nostrorum apud Deum invenire valeamus, & suâ misericordia in libro vitae cum omnibus fidelibus Christianis scripti esse mereamur: & ut tenebrosa & borrenda tormenta possimus evadere, ubi cernimus magnum esse periculum; & ad requiem rendere, ubi gaudium esse scimus sempiternum. Et tribuat nobis Christus Filius Dei vivi per interventum ejusdem Genetricis Virginis Mariae, hac beatissimi Patroni nostri Sancti Geminiani, & omnium Sanctorum merita, nostrorum veniam delictorum, ut cum Dei adjutorio ascendere mereamur ad superna coe-

lorum; & partem aliquam & societatem babere in congregazione Sanctorum ad epulas beatorum inter convivia Angelorum, ubi requiescent animae justorum in lucis canaore, & mellifluo vernalis floris odore. Ibi vident claritatem Dei, & lux permanet indeficiens & vita.
B Heic animadvertere juvat, summa Majoribus nostris curam fuisse Luminarium Ecclesiae, quam in rem immanis interdum, ac semper magna vis cereae, ac olei impendebatur. Nempe ad cultum divinum, atque ad alendam Populi pietatem id pertinebat. Adhuc Luminariae nomen in multis Italiae Ecclesiis perdurat. Sunt autem plures Conciliorum Canones, quibus praecipitur Luminarium impensa, atque in eam certa pars bonorum Ecclesiae destinatur. Immo ad hunc etiam usum Decimas dare Populus jubebatur, solicitique erant ipsi Principes, ne quid Templorum decori hac ex parte deesset. In Additamentis ad Leges Langobardicas Part. II. Tomi I. Rer. Italicar. evulgavi Capitulare Ludovici II. Augusti, in quo Lex Nona est de Decimis. Ipsam Decimam persolvendam Augustus decernit in qualibet Ecclesia: & ipse Sacerdos, qui ibi ordinari fuerit, ipsam Decimam dispenset pro Luminaria, sive pro eleemosynis. Sic in Concilio Meldensi Canone 75. Presbyteri Decimas accipere dicuntur, ut sarta tecta Ecclesiae, & Luminaria exinde competenter provideant. Praedia quoque a piis fidelibus saepissime in eum finem Ecclesiis donabantur. In hanc rem digna omnino est, quae legatur, Constitutio Aldrici Episcopi Cenomanensis, promulgata circiter Annum DCCCXL. atque edita a Baluzio Tomo 3. pag. 111. Miscellaneorum. Decernit ille,

ut ardeant per quotidianas noctes in se-
nieri Ecclesiæ Luminaria de oleo, a ve-
spere per totam noctem usque mane tria:
¶ de Cerâ, quando tempus d'etaverit,
una: ¶ ad Nturnas, sive Matutinas
(noctu enim Canonici quoque ad
divinas Laudes canendas olim con-
veniebant) ardeant Luminaria per quo-
tidiana nocte: de Oleo decem, ¶ de
Cerâ quinque: tria ante genuis Altare,
¶ quartum ante Altare Sanctæ Tri-
nitatis &c. In festivitatibus Sanctorum,
viginti, ¶ in Dominicis omnibus no-
tibus, constitutum est, ut amplius in-
cendantur, ¶ audeant Luminaria tri-
ginta de Oleo, ¶ quinque de Cerâ &c.
In majoribus autem festivitatibus con-
stitutum est, ut ardeant Luminaria mul-
tiplicata, idest de Oleo nonaginta, ¶
Cerâ decem &c. En quantum argenti
exposceret sacerorum Luminarium cu-
ra. Verum pro more humanarum re-
rum, aut aviditas impiorum Saecu-
larium saepe sacra loca suis fundis
spoliabat, aut ipsi sacri Ministri in
usum proprium convertebant redditus
in Luminaria expendendos. Id quo-
que sublucet ex Capitulari Ludovici
Pii Anno DCCCXXII. emisso, a-
pud Baluzium, in quo ad Episcopos
inter cetera Augustus ille scribit:
Et sicut prohibetis, ne de Mansis ad Ecclesiæ Luminaria daris Sacerdotes aliquid accipiant, sic & vos, & vestri Archidiaconi de eisdem Mansis nibil accipiendo aliis exemplum præbeat. Sed surdis interdum caneatur. Sub-

A tractis autem ejusmodi redditibus aut
Decimis, ne sacra domus debito cul-
tu fraudaretur, necesse rursus erat
piae gentis liberalitatem implorare,
& ad nova dona accendere. En quid
actum Mutinae olim fuerit. Complu-
rium virorum ac feminarum, in qui-
bus pietas eminebat, *Fraternitas in-
stituta est*, unoque in se recipiente,
omni anno certam pecuniae summam
conferre ad Luminaria Ecclesiae. In
MSto Codice singula eorum nomina
interjecto punctulo distinguuntur, ut
nulla dubitatio supersit, nuda haec
esse Nomina, atque hinc abesse quod-
libet Cognominis vestigium. At bo-
ne Deus! aut miretur, aut rideat
quisque, dum heic Petros sex, Jo-
annes decem, Andreas tres, Martinos
quatuor, Marias sex, Christinas duas,
duasque Ingelbergas &c. ostendit, si-
gno nullo inter se distinctos. Mon-
strum id plane videatur nobis diver-
so more viventibus, ac praecipue
quum plures alios fuisse in eadem
Civitate, eisdem nominibus utentes
jure opinari possimus; atque heic
memorati, ut credere par est, ex in-
fima Plebe fuerint. Accipe nunc al-
teram consuetudinis hujus testem,
Necrologium videlicet e margine e-
jusdem Sacramentarii Mutinensis ex-
cerptum, in quo oscitantiam quoque
Majorum nostrorum appelles, desi-
gnantium tantummodo per Indictio-
nem annos emortuales hominum heic
descriptorum.

Necrologium Mutinensis Ecclesiæ scriptum Saeculo Decimo ac Undecimo.

X. Id. Octobris obiit Urso de hoc se-
culo ad vitam per Indiction. V.
Winisa. Martinus. Agipertus. Vivien-
cio. Ermenbertus. Leo. Agibertus. Liu-

E taricus. Petrus. Martinus Diaconus. Boni-
pertus. Martinus Clericus, Custos, qui
& Azo vocatur. Albentruda. Teosp-
ga. Audelinda.

XVII. Kal. Aprilis obiit Artefusus.
Martinus Diaconus.

XVIII. Kal. Aprilis obiit Grimoaldus.

II. Id. Octobris obiit Dominicus de
hoc seculo ad vitam per Indiction. I.
Johannes Subdiaconus.

V. Non. Maji obiit Arnaldus de hoc
seculo ad vitam per Indiction. X.

XVII. Kal. Maji obiit Petro de hoc
seculo ad vitam per Indiction. XV.

XV. Kal. Augusti obiit Rinperga.

..... Kal. Septembbris obiit Adel-
bertus de hoc seculo.

XI. Kal. Martii, quod fuit in se-
cunda feria, obiit Enradus de hoc secu-
lo ad vitam per Indiction. IX.

..... Id. Septembbris obiit Adelber-
tus de hoc seculo ad vitam per Indiction.
XIV., quod fuit feria tertia.

VIII. Kal. Decembris obiit Adeldru-
da de hoc seculo ad vitam per Indiction.
III. feriâ primâ.

X. Kal. Augusti obiit Amadeus fi-
lius ejus de hoc seculo ad vitam per
Indiction. V. feriâ primâ.

VII. Id. Decembris obiit Giselbertus
Presbyter de hoc seculo ad vitam per
Indict. V., quod fuit ipso die Sancti
Ambroſti, & fuit feria quinta.

X. Kal. Februarias obiit Rodulfo de
hoc seculo ad vitam per Indiction. V.
feriâ septimâ.

Pridie Kal. Octobris obiit Benefacius
de hoc seculo ad vitam per Indiction.
V. feriâ quartâ.

Idus Jannarii obiit Johannes de hoc
seculo ad vitam.

IV. Id. Martii obiit Liuzo ex hoc
seculo.

XII. Kal. Aprilis obiit Atto.

Pridie Kal. Aprilis obiit Dominicus
de hoc seculo ad vitam per Indict. II.

VIII. Kal. Octobris obiit Johannes
Presbyter Magistro de hoc seculo ad vi-
tam per Indiction. IV.

A IV. Kal. Decembris obiit Robertus
Comes de hoc seculo ad vitam per In-
diction. IV.

XII. Kal. Martii obiit Petrus Pre-
sbyter de hoc seculo ad vitam per Indi-
ction. XV.

IV. Non. Aprilis obiit Ildeburga de
hoc seculo ad vitam per Indict. XIV.

B XII. Kal. Septembbris obiit Sigefredus
de Braida per Indict. IX.

X. Kal. Octobris obiit Andrea Ban-
zario de hoc seculo ad vitam per Indi-
ction. XI.

IV. Non. Julii obiit Gundeverus Pre-
sbyter de hoc seculo ad vitam per Indi-
ction. V. feriâ sextâ. Petrus Presbyter.

IV. Id. Septembbris obiit Regiza de
hoc seculo ad vitam per Indiction. III.
feriâ quartâ.

C VII. Octobris obiit Ermengarda
de hoc seculo ad vitam per Indict. XI.
feriâ secundâ.

IV. Kal. Februarii obiit Ardingus
Episcopus in Papia, & fuit sepultus
in Motina, III. Non. ejusdem Februarii
per Indict. I. Extractus est de eo loco,
ubi sepultus fuit in arca saxeâ, cum a-
liis ab ipso Domino Ildeprando Epis-
copo manibus suis cum magno honore,
Pridie Idus Magii, imperantibus Dom-
ino Otto, itemque Otto filio ejus, per
Indict. I.

D III. Non. Decembris obiit Johannes
Presbyter de Mediolano de hoc seculo
ad vitam per Indiction. XIII.

E Kal. Octobris obiit Johannes
Magistro de hoc seculo ad vitam per
Indict. IV.

XIII. Kal. Aprilis obiit Lupo da Via
de hoc seculo ad vitam per Indict. III.

Pridie Id. Martii obiit Sigefredus Ar-
cbidiconus de hoc seculo ad vitam per
Indict. IX.

XIV. Kal. Novembbris obiit Valkerius
filius Atoni.

III.

III. Kal. Martii obiit Maria per Indict. X.

Nonis Januarii obiit Andrea Subdiaconus de hoc seculo ad vitam per Indiction. XIII.

XI. Kal. Februarii obiit Rainardus de os seculo.

IV. Nonas Februarii obiit Sigezo de oc seculo.

Nonis Februarii obiit Kerrado de oc seculo.

XIV. Kal. Julii obiit Giselberga de hoc seculo ad vitam, Indiction. II.

III. Kal. Julii, quod fuit festivitas Apostolorum Petri & Pauli, obiit Gotfredus de Beloniense, & Ermerada uxor ejus. Obiit ipsa Kalendis Julii de hoc seculo, quod fuit Genitor & Genitrix Domni Warini Episcopi Mutinensis Ecclesie, per Indiction. I.

VI. Id. Septembribus obiit Venerando de hoc seculo per Indict. IV.

X. Kal. Novembris obiit Ildegaricus Notarius de hoc seculo ad vitam per Indiction. VI.

VIII. Kal. Novembris obiit Erimberga de hoc seculo ad vitam per Indict. V.

III. Id. Februarii obiit Ropregus per Indict. XII.

III. Non. Februarii obiit Ildegarda de hoc seculo per Indict. XII.

XVI. Kal. Februarii obiit Ermengarda per Indict. XII.

Pridie Nonas Aprelis obiit Anna de hoc seculo per Indict. XII.

X. Kalendas Aprelis obiit Wihertus de hoc seculo ad vitam per Indict. IV.

XI. Kalendas Maji obiit Sigiza de hoc seculo ad vitam per Indiction. XII.

IX. Kalend. Januarii obiit Wilelmus filius Rainardi de hoc seculo ad vitam per Indiction. XII.

Nulla heic occurunt illustria nomina, si excipias Robertum Comitem, quem liceat opinari Mutinensium Comitem fuisse, & Ardingum Episcopum,

A & parentes Warini Episcopi. Quis ille Ardingus Episcopus fuerit, frustra hucusque investigavi. Crederes Episcopum Mutinensem: sed nulla ejus mentio in catalogo Antistitum Mutinensium apud Sillingardum, & Ughellium. Dicitur, diem postremum clausisse in Papia IV. Kal. Februarii, tumulatus postea Mutinae III. Nonas ejusdem Februarii. Additur extractum illum fuisse de eo loco, ubi sepultus fuit, ab Hildeprando Episcopo, imperantibus Ottone Magno, ejusque filio Ottone, Indictione Prima, hoc est, Anno Christi DCCCCLXXIII. Atqui Hildeprandum istum praefuisse Mutinensi Ecclesiae Anno DCCCCLXX. Diploma editum ejusdem Otttonis I. Augusti testatur. Attamen suspicionem mihi prorsus evellere nequivi, hunc etiam Ardingum Mutinensi insulâ fuisse donatum, utpote qui rexisse hanc Ecclesiam inter Widonem & Hildeprandum Episcopos, & ante Annum DCCCCLXX. finem vivendi fecisse potuerit. Cur enim Ticini mortuo tumulus Mutinae datum fuerit? Civis saltem Mutinensis fuisse videatur. Warinus Episcopus Mutinensis Ecclesiae heic memoratus circa Annum MIII. ad istam Cathedram ascendit. Animadvertis autem in supra edito Necrologio nomina quaedam, signo peculiari a reliquorum hominum nominibus distincta, cuiusmodi sunt, Martinus Clericus, Custos, qui & Azo vocatur; Jobannes Presbyter Magister; Sigefredus de Braida; Andreas Banzario; Jobannes Presbyter de Mediolano; Lupo da Via; Wilelmus filius Rainardi &c. Quae res persuadere nobis potest, ne eorum quidem temporum hominibus signa, quum vellent, defuisse ad alterum ab altero discernendum. Neque insalutatum praeterire volo primum illud

lud nomen: hoc est, *Mariinus Clericus, qui & Azo vocatur*. Hinc intellegis, ruere conjecturam Clarissimi Leibnitii putantis, nomen *Azo* per contractionem idem fuisse atque *Albertus*, seu *Adelbertus*: quod & in multis aliis locis animadverti. Et profectò Chartas ostendere possumus, e quibus pateat, aliquando aut ex titulo alicujus ministerii & officii, aut ex loco, aut ex parentis nomenclaturâ distinētos fuisse homines, ut erroris periculum averteretur. Exempli causâ, erat aliquis Marchio, Comes, Vicecomes, Advocatus, Notarius, Judex, Scabinus, Vassus alicujus, Presbyter &c. Satis plerumque fuit Nomini adjungere Titulum hunc, ut is inter alios Cives dognosceretur. Nos quoque in quotidiano sermone permultos designare solemus, adhibito tantùm titulo officii cum nomine, aut cognomine illorum. Ubi verò desiderabatur titulus, addebatur Nomini ejus Patria: qua ratione nunc etiam sacrorum Coenobiorum Monachi, abjecto Cognomine, sese distinguunt. Denique addito nomine sive Patris, sive Matris, complurium persona certo designabatur: quem postremum ritum audivi adhuc perdurare in quibusdam ditionis Ecclesiasticae pagis montanis, quorum incolae, etiamnum antiquis moribus viventes, neglecto Cognominum usu, Patris tantùm appellationem ad se

A distingudos usurpare pergunt. Id etiam in montibus Garfagnanae Provinciae, Mutinensi Duci ultra Apenninum subjectae, animadverti adhuc potest: cuius rei testis est mihi locuples non unus. Praeterea idem ritus apud Arabes unice erat olim in usu. Verum uti Elmacinus Lib. 12. Histor. Saracen. Cap. 8. scribit, Fadlus circiter Annum Christi DCCC-XVII. primus adhibuit in Epistolarum inscriptionibus Cognomina & Agnomina. Ante enim scribere tantum solebant homines in inscriptionibus: Ab N. filio N. ad N. filium N. Sed minime apud Musulmanos, sive Arabes, antiquum morem fuisse obliteratum, sati sequentium temporum Historia prodit. Neque aliâ ratione usos Majores nostros ante Annum a Christo nato Millesimum, ut sese certo designarent, multis ostendi posset exemplis veterum Chartarum, quas in Antiquitatib. Estensib. produxi. Peti & alia possunt exempla ex Chartis, quas in Chronico Vulturnensi evulgavi Part. II. Tomi I. Rer. Italicar. pag. 387. 396. 397. 411. &c. ut alia omittam. Ego nunc id mihi duntaxat ostendendum sumo, scilicet vel post Annum Millesimum perdurasse consuetudinem hujusmodi. Prodeat ergo Placitum, cujus authenticum vidi in Archivo Monasterii Benedictinorum Sanctorum Flora & Lucillae Arretii.

Placitum coram Bernardo & Mazzolino Comitibus & Missis Henrici Regis habitum, in quo Rodulphus Abbas Monasterii Sanctorum Flora & Lucillae obtinet quosdam agros contra Griffonem filium Berardi, qui citatus sistere se noluit ad
Placitum, Anno 1014.

DUm Bernardus, & Mazzolinus Comites & Missi Regis Einri-

E ci, iussa ipsis aberent Placitum prepe Civitatem Aretinam, aderat Rodulfus Ab-

Abbas Ecclesie Monasterii Sancte Flore: innouit eis, qualiter Griffus filius Berardi tenebat non proprietario jure, seu occasione Cartule convenientie, que Libellus dicitur, quasi quot pater ipsius ab Azone Abate adquireret, ad Censum redendum aliquantam terram cultivam, & aliquis ex ea, cum Silva, que est in Comitatu Aretino, prope Montem Ferentinum in loco, ubi dicitur Lapponia; de secunda est terra Griffonis, & filiorum Wilielmi; de tercia parte est terra de Casale de Esce; de quarta parte est terra Sancte Flore. Unde querebat predictus Abbas, ut ipse Griffus ad Placitum veniens suum Libellum deferret, & sibi iustitiam faceres, aut ipsam terram fibi legaliter defenderet, aut ipse diceret, cujus ereditas erat ea re. De re igitur cum per dies plurimos clamasset, alia diceret, & predicti Comites cum coridie, ut ad Placitum veniret per Preconem compellerent: qui Griffus dum latitans & effujens numquam appareret in Placito, ut finis ujus litis imponeret, tandem circa finem Placiti predicti Comites & Missi Regales commoti & flexi, & misericordiam tandem adimplentes iustitiam, per lignum, quo manu jerebant, miserunt bannum super denominatum Abbatem Rodulfum & prescriptam terram in Mancusos aureos duo milia, ut nullus mortalium, magna vel parva persona, prescriptam Ecclesiam Sancte Flore, vel Fratres Monachos ibi Deo famulantes de predicta terra devestire, inquietare, vel molestare audeat sine legali judicio. Qui vero fecerit, predictos duo milia Mancusos aureos compositurum se esse cognoscet, medietatem Tamare Regis, & medietatem dicto Monasterio &

A Fratribus & Cenobitis, ibi Deo famulantibus. Ubi autem ec gesta sunt, Lambertus, Gausfredus, Liutardus, Ugo, Bonzo Judices, Walfredus Comes, Ugo filius Gerardi, & Ugo Notarius, Gerardus & Teudericus fratres. Everardus filius Walcheri, Petrus & Ugo filii Ugonis, Griffus, & Griffus da Mognano, & Ursus filius ejus, Bonifacius filius Bazzonis, Rainerus filius Berardi, Raginerius filius Ildiprandi, Griffus filius Wilielmi, Faralmus, & Gotizzo, & Teuzo, Teudaldus, & Wido fratres filii Suppenis, & infinita multitudo aliorum omnium, quorum nomina pre multititudine scribere nequeo.

Ego quidem Johannes Notarius jussu prescriptorum Comitum & Judicium amonitione, & omnia denotavi in Anno ab Incarnatione Dominica Millesimo Quarto Decimo, Anno vero invictissimi Invici Reges Secundi regnantis Duodecimo, Mensa Februario, per Indictione Duodecima.

✠ Signum Mazzolini Comitis & Regales Nuntii, qui interfuit.

✠ Signum Bernardi Comitis & Missi Regalis, qui aderat.

Lambertus Judex interfuit & subscriptus.

Gausfredus Judex Domni Regis interfuit.

Indica mihi, si potis es, unum inter tot viros Placito adstantes aut assidentes, cui praeter Nomen Cognomen quoque fuerit. Nullum ostendes. Acta haec vides Anno MXIV. Quid Anno MXLVI. exculpere pos sis ex altero Placito, brevi intelliges. Illud ego descripsi e Tabulario Canonicorum Regularium Pistorii.

Placitum Pistorii habitum coram Guiberto Comite Missus Regis Henrici, in quo Praepositus Monasterii Sancti Bartholomaei Pistoriensis obtinet contra quosdam, Anno 1046.

Dum in Dei nomine, infra Civitatem Pistoria in Casa solarata donicata de Domui Sancti Zenonis ibi residebat Wibertus Comes Missus Domini Enrichi Regis, a causas audiendas hac deliberandas, residentibus cum eo Martinus Episcopus sancte ipsius Ecclesie Pistoriensis beati Zenonis, gratia Dei umilis Episcopus, & Johannes, & Eriprando, & Guinitho, & Teutibis Judicibus, & Rotticibisi Notariis, & ibi aderat Rollando filio Lamberti, & Brentane filio Anselmi, & Saracino filio Onichi, & Donato filio Petri, Paulo filio Gualberti, Guido filio Jobannis, Leo filio Rollandi, Siifredi filio Ildibrandi, Guido & Fantino germani filii Gerardi, Ildibrando & Roldofso germani filii item Rodolfo, qui Fusco vocatur, filio Teutbi, Ildibrando filio Walberti, Baruncho filio Gerardi, Ciclo filio Petri, Raineri filio, & reliquos plures: ibique in eorum presentiis veniens Tetbaldus Prepositus de Monasterio Sancti Bartholomei, qui est prope Civitatem Pistoria, cum Petrus filio Erithi Avocato suo, sic ceperunt dicere, & proclamare, & vociferare: Per tres dies a vos predicto Wibertus Comes Missus Domni Enrichi Regis de Ildibrando filio bone memorie Guidi de loco Maune, & de Siifridi, qui Groffilello vocatur, filio suprascripti Siifridi, quod ipse Siifridi, qui Groffilello vocatur, qui contendit mihi a pars predicti Monasterii Sancti Bartholomei terram & rebus, que vocatur Broilo, & suprascripto Ildibrando detinet terram & rebus & Ecclesia in loco, ubi dicitur Abatisco,

A cum integre duo rex sortis, que sunt posita, una in loco Viugnale, alia rex forte est posita in loco Arciano, cum una petia de terra & vinea, que est posita in loco Cerbiano, una cum omnibus terris & rebus illis, que sunt positis in loco Neure, qui ad ipsam Ecclesiam Sancte Marie de Abatisco est pertinentes, una cum omnia pertinentia & jacentia sua, que ad ipsam Ecclesiam & sortis & terris & rebus suis pertinentiis; unde a vos predicto Wibertus Comes Missus Domni Enrichi Regis reclamavimus per tres dies; & a vestrum Placitum vociferare fecisti, ut a vestrum Placitum venisset, & iniibi justitiam fecisset: & minime eis ad vestrum Placitum habere potuisti. Cum ipse Tetbaldus Prepositus cum predicto Avocato suo taliter dixisset; tuu predictus Wiberius & Missus Domni Regis, una cum predictis Judicibus, qui ibidem aderat, ita recordari dixerat, & omnia vera esse, & sic predictus Prepositus una cum predicto Avocato suo dixerunt. Tun predictus Prepositus una cum predicto Avocato suo petivit misericordiam, ut ipse propter Deum, & anima Domni Regis, banc suamque mercedes, & unam partem predicti Monasterii Sancti Bartholomei, ac omnibus predictis rebus, que superius legitur, & de omnibus rebus illis, que ad predictis terris & rebus sortis Ecclesie sunt pertinentes, ad salvam querelam investivit, quousque predicto Ildibrando & Siifridi, qui Groffilello vocatur, ad Placitam venisset, & ei justitiam fecisset. Hoc dictum, iuc per consilium vestrorum*Judi-*

Judicium predictio Missi Domini Regis predictio Prepositus, & jam dicto Advocate suo de omnibus predictis rebus ad salvam querelam parte predicti Monasterii Sancti Bartolomei investivit, quosque predicto Ildebrando & Grossifello ad Placitum veniat, & justitiam faciat a pars predicti Monasterii Sancti Bartolomei. Et insuper misit bannum Domini Regis super predicto Prepositus & Petrus Advocate suo, & suprascriptis rebus in Mancusos aureos duo millia, ita ut nullus quislibet amo, magna parva que persona, disvestire audeat, aut aliquam contradictionem vel molestacionem faciat. Qui vero eo fecerit, predicta duo millia Mancusos aureos composituros se agnoscat, medietatem parte Camare Domini Regis, & medietatem eidem predicti Monasterii Sancti Bartolomei, & ad illius Prepositus, qui ibidem pro tempore fuerit. Et a nobis pro securitate ejus Monasterii fieri admonuerunt.

Quidem & ego Roctibisi Notarius per iussionem Missi Domini Regis, & Judicium amonitionem scriptis, Hanni Do-

A mini nostri Jesu Christi Millefimo Quadragesimo Sesto Mense November, Indictione XV. feliciter.

¶ Signum manus suprascripti Wibertus, Missi Domini Enrichi Regis, qui ac nobis suam propria manus firmavit.

¶ Ego Martinus Episcopus manu mea scripsi.

Tenuis Judge interfuit.

¶ Jobannes Judge interfuit.

¶ Guinibro Judge interfuit.

¶ Heriprando Judge Domini Imperatoris interfuit.

C Ne heic quidem Cognomina deprehendas; sed singulos homines designatos aspicis, aut ex eorum Titulis, aut ex additamento Patris. Longius adhuc progrediamur, ad Annum videlicet MXCIX. & Mathildis Comitissae Placitum predeat, quod olim mihi suppeditavit ex adversariis suis, vivens Florentiae ornamentum, Philippus Bonarota Senator Florentinus, ex editis Libris vir Clarissimus.

Placitum Florentiae coram Comitissa Mathilde habitum, in quo Guido Comes terras a Guidone filio Bonifacii renuntiatas concedit Canonicis Ecclesiae Sanctae Reparatae, Anno 1100.

D Um in Dei nomine, in Civitate Florentia, in Palatio domus Sancti Jobannis, in judicio resideret Domna Matilda Dei gratia Dux & Marchionissa, residentibus cum ea Widone Comite filio bone memorie Widonis, & Arderico, & Ubaldo, & Teuzone, & Benjamino judicibus, & Bellincione, & Ildebrando, & Donato Causidicis, & Sichelmo, & Lamberto Notariis, & sicutibus cum eis Sichelmo filio Adalete, & Gerardo filio Secvizi, & Jobanne filio bone memorie Ugonis filii Jobannis, & Jobanne filio bone memorie Do-

nati, & Gerardo Caponsacco, & Bonfantino, & Jobanne filio bone memorie Rolandi, & Rolando filio Gualberti, & Guitone, & Idelbrando nepotibus Jobbi, & Gherardo Gastaldio Domine Mathildis, & Jobanne & Petro germanis filiis bone memorie Briccoli, & aliorum plurium presentia: Guido filius bone memorie Bonifacii, per lignum, quod sua tenebat manus, refutavit in manu predicti Guidonis Comitis omnes terras & ves, quas per Feudum detinebat ab eodem Widone Comite in Curte de Campiano. Et tunc ipse Wido Comes investivit Aczo-

nem Presbyterum, & Ugonem, & Roldulfum Diaconum, & Canonicos Ecclesie Sancte Reparate, sive in Civitate Florentia, in qua Dominus Rolandus residet Prepositus. Et statim ipsi Clerici ceperunt querere mercedem ab ipsam Donnam Matildam Dei gratia Ducem & Marchionissam, ut bannum suum super prescriptis terris & rebus mitteret. Et tunc ipsa Donna Matilda, Dei gratia Dux & Marchionissa, misit bannum suum super prescripto Aczone Presbytero, & super prescriptis terris & rebus, ut nulla persona jam dictam Ecclesiam Sancte Reparate, suoque Rectores exinde devestire aut molestare presumat sine legali iudicio. Et qui hoc fecerit, quinquaginta Libras honorum Denariorum Luccensium compositurum se agnoscat, medietatem Parti publice, & reliquam medietatem prescripte Ecclesie Sancte Reparate, suisque Rectoribus.

Et ego Petrus Notarius ex iussione Donne Matilde Dei gratia Ducei & Marchionisse, & Judicem ammonitione scripsi Anno Dominice Incarnationis Millesimo Nonagesimo Nono, Sexto Nonas Martii, Indictione Octava.



Ego Ardericus Judex interfui & subscripsi.

Ego Teuzo Judex, quia me presente factum est, subscripsi.

Ego Ubaldus Advocatus interfui & subscripsi.

* Haec quum scriperat & praeceperat Auditor Clar. varia tunc ista vigebat Annorum numerandorum ratio & Florentiae, & alibi locorum. Anno autem MDCCCL. Francisci I. Caesaris Augusti Decreto, Etruria quoque Communem computandi Stilum admisit.

A Annum MXCIX. Chartae hujus apographum exhibet cum Indictione Octava coniunctum. Petat aliquis, num recte consignati fuerint Chronologici icti characteres. Anno quippe MXCIX. decurrebat Indictione VII. Sexto Nonas Martias. Sed animadvertisendum est, Florentinorum morem fuisse, & adhuc * perseverare, numerandi annos ab Incarnatione, hoc est, a die XXV. Martii, ita ut ii Annum ipsum nostrum serius exordiantur; atque adeo Nonis Martii, decurrente Indictione VIII. iis numerandus fuit Annus MXCIX. qui tamen nobis est Annus MG. Heic autem rursus habemus viros non paucos, nullo Cognomine inter se distinctos, quibus Cognominis loco est aut Patris aut Matris appellatio. Matris, inquam: nam ut heic Sichelius filius Adaleitae occurrit, ita & alibi reperimus alias a nomine tantum Matris suam peculiarem denominationem desumfisse, eâ ratione, ut puto, quod diutius ante eorum Pater ad plures abiisset, & notior esset Mater superstes. Attamen Gerardus Caponsacco hinc erumpit, Cognomine videlicet ornatus. Sed hoc fuerit Supernomen, non verò quod nunc appellamus Cognomen. Vide infra commemoratam Chartam Mutinensem Anni DCCCCXVIII. ubi occurrit Lampertus, qui supernominatur Cavinfacco. Illud quidem extra controversiam possum est, etiam subsequenti Seculo Duodecimo, immo & ipso Tertiodecimo, complures occurrere in publicis Actis memoratos, eosque non ignobiles viros, a quibus nondum ullum Cognomentum assumptum fuerat. Nobiles autem viri & ipsi aut per nomen Patris, aut appellatione distinctionis

B

C

D

E

tionis & Feudi, quo fruebantur, personam suam indicare consueverunt. Composita fuit in agro Mutinensi ad Sanctum Caesarium controversia quae-dam inter Maibildem celeberrimam Comitissam nuper memoratam, & Landulphum Episcopum Ferrariensem. Interfuere stipulationi concordiae istius


A non pauci Nobiles viri, utriusque partis Vassalli. Nullus inter eos Cognomine proprio accepto spectandum se praebet. Quali autem notâ distinguerentur, ipsa Charta prodet, quam descripsi e Collectaneis MSis Peregrini Prisciani Ferrariensis in Eftensi Bibliotheca adseratis.

Refutatio sive restitutio multorum agrorum facta a Mathilde Comitissa & Ducissa Landulfo Episcopo Ferrariensi, Anno 1109.

IN nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Anno Dominice Nativitatis Millesimo Centesimo Nono, Pascale in Apostolatu Anno Decimo, Regnante Henrico Quarto quondam Henrici Imperatoris filio Anno Tertio, die IX. Mensis Junii, Indictione Secunda, in loco, qui vocatur Sancti Cesarii. Quamquam omnis promisso solis verbis firma & immobilis teneri debeat, tamen ne ea, que promittuntur, oblivioni tradantur, dignum fore duximus, quatenus secundum oris dicta Carta monstrentur inscripta. Quapropter ad memoriam future posteritatis descripsimus refutationem & finem, atque perpetualem transbaktionem, quam fecit Domna Matilda inclita Comitissa Domino Landulfo Dei gratia Ferrariensi Episcopo. Refutavit namque predicta Domna Comitissa Matilda per virgam, quam in manu sua suscepit, in manu predicti Landulfi Episcopi Ferrariensis, & per eum in Ecclesiam Sancti Georgii Episcopi Ferrariensis, totum & integrum scilicet fundum unum, qui vocatur Bathrignano, cum Casalibus & appendiciis suis, seu silvis, & omnibus piscariis & paludibus suis, & cum omnibus ad totum prefatum fundum, qui vocatur Bathrignano, pertinentibus. Cujus latera sunt hec: a primo latere Albareto, cuius medietas ad prefatum fundum Bathrignanum per-

B tinet, & altera medietas de jure Monasterii Sancti Silvestri Nonantulensis esse videatur; a secundo latere media Fessa, que vocatur Cancaus, percurrens usq[ue] in fossatum; a tertio latere Massa, que vocatur Duo Basilice; atque a quarto latere fluvio Pado percurrente. Et refutavit similiter predicta Comitissa predicto Episcopo, sicut supradictum est, totas & integras omnes res illas immobiles, quas quondam Cono de Calaone in tempore sue mortis per suum testamentum in prefata Ecclesia Sancti Georgii pro sua anima reliquit, & post ejus mortem a suis fideicommissariis per donationis Cartam tradita sunt. Que predicte res posite sunt in inferius scriptis fundis & locis: scilicet in Villa Comite, & in Manezo, & in Villanova, & in Bagnolo, & in Ponzano, & in Flexo, & in Filzatico, & in Runzi, & in Sadriano, cum omnibus juris & pertinentiis in prefatis locis sibi pertinentibus. Hec quidem omnia, sicut supra dictum est, refutavit presata Comitissa in prefato Episcopo, cum terris, vineis &c. Unde pro Dei timore & anime sue remedio, dedit investituram prefato Episcopo: & in suis manibus misit Joannem de Massa Nuntium suum, qui prefatum Episcopum, vel suum Nuntium in vice presante Ecclesie Sancti Georgii de omnibus presatis rebus corporali-
ter

ter investiat ad habendum, possidendum, ordinandum, disponendum, & quicquid prefato Episcopo, suisque successoribus debinc exinde placuerit in perpetuum faciendum. Quam scilicet refutationem & transactionem firmam & irrevocabilem in perpetuum tenere & conservare cum suis heredibus vel successoribus coram inferius legendis testibus promisit. Quod si non fecerit, vel si omnia prefata non conservabit, aut si prefatas res amplius intrumperit vel abstulerit, vel si consenserit alicui abstrahere vel diminuere, quod promisit & spopondit se daturam cum suis heredibus vel successoribus, pene nomine, duplum istius rei in consimili loco prefato Landulfo Episcopo, suisque successoribus Episcopis, & prefatis Ecclesiis Sancti Georgii. Et soluta pena firma & stabilis in perpetuum remaneat ista finis * & perpetualis transactio. Que facta est dictant *, Aldigerio Justice coram inferius legendis testibus, querum nomina inferius leguntur.



Ego Bernardus sancte Parmensis Ecclesie humilis servus, & Domai Pascualis in Longobardie partibus Vicarius, licet indignus interfui & subscripti.

Ego Adiberius Regie Aule Judex subscripti.

Nomina quidem testium sunt hec: Ugo Mantuanensis Episcopus, Ardoinus de Palude, Azo de Sala, Sasso de Bi-

* forte finalis, &

* dictante: inrepasse enim heic sphalmatā ex praelo videntur, cum characterum aliquot transpositione.

A bianello, Albericus de Nonantula, Aze filius Ubaldi, Ardoinus filius Ugonis filii Ottonis, Raimundus de Rothilla, Ingulfus de Gandaceto, Raimundus de Nonantula, Wielmus filius Bulgari, Petrus de Remenda, Sivelmus, Siginalfas filius ejus, Petrus de Carimundo, Singorellus filius Crescenii, Wezo, Uberius de Presbitero Fantino, Romanus, Verardus de Vitale, Wido de Azone, Petrus Tanis, Albertus Constablas.

Et ego Bonasvicensis Notariss presens, videns, & audiens, manus propria scripsi, & complevi, & dedi.

Principes viri, sive Duces, sive Marchiones, & Comites, illustrium ejusmodi titulorum ope conspicuos se se olim praebebant. Et profecto quum rari illi tunc essent, & eorum nobilitas ac potentia famam comitem haberet, sat fortasse fuit, ut inter reliquos dignoscerentur, eorum Nomini tantummodo Dignitatis titulura adjungere. Nihilo tamen secius temperare mihi non possum, quin de oscitantia Majorum nostrorum expostulem, quibus tam parum cordi fuit eruditio subsequentium Saeculorum.

Quum enim saepe ac saepius Comitem, Marchionem, aut Ducem memoretur, nullā adjectā mentione Urbis, Marchiae, aut Ducatus eorum, in maximas difficultates conjecere posterorum studium, ad recte deducendas & extricandas antiquorum Principum Genealogias: quod potissimum expertum me fateor in Estenium Principum origine & progressionē investiganda. Apud eos saepe occurrit Bevengarius Marchio, Guido Comes, Adelbertus Marchio, & hujusmodi alii. Cur, quaeſo, quum de Episcopis sermo erat, eorum Civitatem fere semper prodidere? quum verò Principum men-

349⁻ DISSERTATIO QUADRAGESIMA PRIMA. 350

mentio facienda erat, saepe ab eorum ditionibus memorandis abstinueret? Si tempestate illâ sat notus fuit eorum quisque, auditu duntaxat eorum Nomine ac Dignitate: nostra certe par intelligentia excogitanda non erat. Nuper vidimus Bernardum & Mazzolinum Comites, Missos Henrici II. Regis, Aretii Anno MXIV. H[ic] Comites appellantur, sed cui Civitati praeffent, calamus nequaquam exaravit. Ita in Antiquitat. Estensibus non paucos Marchiones exerui: quam tamen Marchiam ipsi regerent, frustra Lector inquirat. Quod etiam plus

A mirere, vel in ipsis donationibus, in quibus iidem etiam Principes patrem suum laudare consueverunt, interdum pater desideratur. Porro hinc factum est, ut non tantum Marchia, sed & Familia Almerici, sive Almerici Marchionis Seculo Decimo subducta sit oculis meis, & adhuc lateat. De illo egi in Antiquitatibus Estensibus. Nunc autem evulgare juvat postremas ejus tabulas, quales reperi in Collectaneis MStis Peregrini Prisciani Ferrarensis. Duo alia ejusdem Testamenta dedi supra in Dissertatione XXI. de Italiae statu.

Testamentum Almerici Marchionis, & Francae ejus Conjugis,
quo hereditatem suam relinquunt Ecclesiae Adriensi,
circiter Annum 938.

D Omno nostro Serenissimo Augusto Ugone & Lothario filio ejus, magnis Regibus Longobardorum, Imperiis vero Romanorum Anno Duodecimo & Anno Octavo, per Indictionem XI. Dominus omnipotens, ac Rekemptor noster, animas, quas condidit, ad remedium salutis semper indulgeat. Ideoque ego Almericus glorioſiſſimus Marchio, propter remedium anime mee, & Franca jugalis mea, in die tremendi Judicii ſimilis invenitur conſertio electorum conſociari. In Domo beati Petri Apostoli Domini nostri Iesu Christi, cui tradidit claves Regni celorum, Sancte Adriensis Ecclesie, volo & jubeo, ſeu relinquo omnes res illas, quas mihi pertinet in ſuprascripto territorio Adriensi per loca & vocabula: id ſunt, Curtes & Silvas, que eſt Insula, que dicitur Laco, ſeu Insula Volana, que & Pompeſia vocatur, atque Insula Laureto, ſeu Insula Lanariolo, atque Massan Cornito, & Massa Donorum, & que mihi pertinet in Plebe ſuprascripte Sancte Es-

C cleſie Adriensi, que vocatur Sancta Maria in Tamara, una cum fundoris, inde fundo Curlo, & fundo Saleſio Gundoni; ſicque & in Plebe noſtra ſimiliter, que vocatur Sancti Martini in Mafſa Rouina, cum ipſa Mafſa, & cum fundoris ſuis integris, ſeu Plebe Sancti Petri in Bagnolo, ſita ſuper ripa Fluviſi Padī, una cum fundoris ſuis in circuitu: ideſt fundo de Albaro, & fundo Babilonia, & in fundo Peputare, ſeu fundo Calderolo, & fundo Pradatico, atque Valle Mearina, ſeu Ronco Galli; ſicque Miciana, ſeu Pradale; ſicque in fundo Dusio, & Crispiana, ſeu Valle Fusca, & Valle Celariani, ſeu Corizo Butani, & fundo Surlano. ſicque omnes res meas de Plebe noſtra Sancti Stephani, ſita in fundo Bulniticus junta Porto uestro, qui vocatur in Corrigia, ſeu in Plebe uestra Sancti Joannis, ſita in fundo Senetica; & fundoras Septem, que vocantur Septimo, fundus Salciaticus, & fundo Casalia, ſeu in Plebe uestra Sancte Marie, ſita

in fundo Trentule, que pertinet de Massa nostra Sereniana, una cum omnibus fundoris sibi pertinentibus in integrum. Similique modo omnes res nostras, que nobis pertinent in alia Plebe vestra Sancte Marie in Basiliice, cum duodecim fundoris nostris, atque in Plebe vestra Sancti Donati in Pedrulio, cum fundoris nostris; & Vicos in circuitu, Erbatico, & Circiliatica, Marliatica, Purpuriana, Madrie, Quirenti, Fulciaticus, Corriario, Funtanelle, Majatecus, Vico Bonoso, Quaragnatica, & Surlaticus; seu fundo qui vocatur Corrio, & Spisia, seu Spignoni, & Rondanato. Similique modo in Plebe vestra Sancti Martini de fundo Fabriacus, cum fundo Puntredia, & Valle Quiana, & fundo Cornuda, seu Marciana, & fundo Macedonica, & fundo Vedresano, & fundo Lavige; seu Curte, que vocatur Constantini, & fundo Danobrigo, & fundo Bagnolo, seu Gliriatecus, & Congratiolaria, seu Levenana, atque Villa Manna, & fundo Zanetus, & fundo Francolini, & fundo, qui vocatur Dosso; Area, seu Corrigio Stidio, & Corrigio Tassarolo. Simili quoque modo Massam Arcuada, & fundo Gragnano, & Cedremano, seu Longolane, atque Brusceda, & Gardiliana, seu Massa nostra Crispini, & Massa nostra Gavelli, atque Massa nostra Liano, & Missa nostra Campilio, & Curte nostra Roda. Et omnes illas res, que nobis pertinet in suprascriptis Plebibus, & suprascriptis fundoris & vallibus seu Covis atque Massis, & Viceras, seu Villas, & in toto territorio Adriensi nobis suprascriptis jugalibus Almericus & Franca, inclito & glorio-
so Marchio, per nostramque hereditatem, aut per conquisito, vel donum Regis, vel quolibet titulo, seu qualibet modo, generaliter & specialiter pertinentibus vel adjacentibus adfint, in jure & dominio suprascripte sancte venerabili Adriensi Ecclesie, una cum omnibus rebus ad ip-

A sas suprascriptas res pertinentes, cum domibus & stallareis, seu cum familiis nostris inibi habitantibus, cum illorum peculiis generaliter vel specialiter pertinentibus vel adjacentibus in rebus & usibus meis integrer in integrum.

Almericus Marchio judicavit & confirmavit.

Franca etiam confirmavit.

Damianus testis rogatus.

Dominicus testis rogatus.

Honoratus testis rogatus.

Stepbanus testis rogatus.

Et ego Dominicus Christi misericordiae sanctae Adriensis Ecclesiae Notarius, vi-
dens hoc Iudicij Instrumentum, nihil addens vel minuens, exemplavi Anno Do-
mini Millesimo Centesimo Quinquagesi-
mo, die III. intrante Septembri Indictio-
ne XIII. in Ecclesia Sancti Petri A-
driae, tempore Eugenii Papae, & Con-
radi Regis.

Utique Chronologicae Notae ali-
quid praesuperent insuetum, quod
suspicionem ingerat adulterinae mer-
cis. Neque enim unquam Hugo Ita-
liae Rex Romanorum Imperium ade-
ptus est. Attamen imposturae non est
statim damnanda paixyphus. Neque e-
nim novimus universos Tabellionum
& vulgi errores, & praelestim in-
doctissimo Saeculo Decimo. Vide in
Dissertatione XXXVI. de Empyreus-
hu, nomenclaturā simili donatum
Hugonem Regem. Quod si germana
Charta statuatur, jam habes, Mar-
chionem quidem nuncupari Almericum;
sed quibus ille regicibus imperave-
rit, in obscurō omnino relinquitur,
nisi quod in aliis Tabulis a me pro-
ductis in Dissert. XXI. de Italiae sta-
tu is appellatur Marchio de Civitate
Mantua. Accipe & alterum exem-
plum, quod ex ditissimo Archivo
Benedictinorum Sancti Sixti Placen-
tini deponitum est.

Donatio Curtis Coirani facta a Lantberto Imperatore
Ageltrudi Augustae Matri suae, Anno 896.

IN nomine Sanctae & individue Trinitatis. Lantbertus divinâ favente clementia Imperator Augustus. Notum sit omnibus fidelibus presentibus, nostris videlicet & futuris, qualiter preclarissima atque dulcissima Genitrix nostra adiit mansuetudinis nostrae excellentiam per Adelbertum fidem Comitem EX COMITATU ABRUTII, dilectum nostrum Consiliarium, ut quandam Cortem, quae vocatur Coiranum in Comitatu Dertonense, ipsi Dominae Genitrici nostrae concederemus, & auctoritate nostra Imperiali confirmaremus. Nos verius precibus obtemperantes, decrevimus ita fieri. Concedimus igitur & confirmamus preclarissimae Dominae Genitrici nostrae, heredibus quoque ac proheredibus ejus Cortem suprascriptam cum omnibus adjacentiis & pertinentiis suis juste ac legaliter pertinentibus seu aspicientibus in singulis fundoris & locis, servis & ancillis utriusque sexus, familiis, Aldionis, & Aldionabus, terris, vineis, campis, pratis, silvis, aquis, aquarumque decursibus, colisis & incoltis, mobilibus & immobilibus, vel quicquid ad prescriptam Cortem juste ac legaliter pertinere dinoſcitur eum suo districto ibidem suis degentibus vel aspicientibus;

A ita ut neque Dux, Comes, Gaſtaldius, Loco-positus, neque magna, parvaque persona absque sui licentia distingere vel pignorare audeat, nec ullam molestiam facere. Inde jussimus eidem Dominae Genitrici nostrae hoc auctoritatis Preceptum conscribi, per quod decernimus atque jubemus, ut deinceps de superannatis rebus ipsa Domina Genitrix nostra, suique heredes ac proheredes habeant potestatem jure hereditario habendi, tenendi, fruendi, vendendi, commutandi ex nostra Imperiali largitate & auctoritate plenissima, sicut Lex est, & justitia unicuique homini de suis propriis facere rebus. Quicumque autem bujus nostrae munificenciae violator aut invasor extiterit, vel aliquam violentiam agere praesumpserit, quadringentas Libras auri optimi culpabilis habeatur, in personandum medietatem Palatio nostro, & medietatem praefatae Dominae Genitrici nostrae, suisque heredibus, vel cuicunque easdem res ei placuerit distribuere. Et ut haec nostra largitio pressens in sua permaneat potestate, & ut verius credatur, ab omnibusque observeatur, manu propria subter firmavimus, & anuli nostri impressione sigillari jussimus.

Signum Domini ac Serenissimi
Lantberti.

LANTS Imperatoris Augusti.

Locus  Sigilli.

Am..... Notarius ad vicem Helbungi summi Cancellarii recognovit & scripsi.

Tom. VIII.

Z

Data

*Data Mense Maii, die IV. Indictione XIV. Anno Domini DCCCXCVI. Anno verb
Domni Lanberti Imperii ejus V.*

Actum Papiat in Dei nomine feliciter. Amen.

In hoc Diplomate memoratur *A-*
delbertus fidelis Comes: & continuo
pone sequebantur haec alia verba,
ex Comitatu Abrutii. Verum ex mem-
brana hae voces erasae fuerant, &
vix subludent, ita ut dubitationi sit
locus, an authentica sit Charta. Fa-
cile in autographo desideratum fue-
rit illud ex Comitatu Abrutii: quod
aliquis deinde, ut Chartae lucem
adderet, jure ne an injuria, adjecit.
Itaque incuriam Majorum nostrorum
eulpare subit, qui quum possent il-
lustres viros diligentius posteritati
pingere, sat habuerunt, nudis prope
Nominibus eos commemorare, intel-
ligentes quidem ipsi quae scribebant,

A sed nihil cogitantes de nobis, eorum
scripta aliquando invisuris. Jejune
etiam nimis loquuti mihi fuisse vi-
dentur, vel quum Principum men-
tionem faciebant, etiamsi notitiam
patris apponenter. Nam quis, rogo,
tibi sit Otto Dux filius bonae memoriae
Cononi, cuius mentio est in Charta
magni facienda, quam authenticam
ego legi in Asceterio sacrarum Vir-
ginum Sancti Felicis Ticini? Et di-
gna quidem est, quae non sinatur
diutius in tenebris versari, quum ad
inlustrandam Topographiam Mediola-
nensis potissimum agri, ob multa
loca ibi nominata plurimum praesidii
adferre possit.

**Nonnullorum Castrorum, aliorumque agrorum venditio facta
a Liutefredo Episcopo Derthonensi Ottoni Ducis
filio quondam Cononis, Anno 998.**

In nomine Domini Dei & Salvatoris
nostri Iesu Christi. Tercius Otto
gratia Dei Imperator Augustus, Anno
Imperii ejus Deo propicio Secundo, XV.
die Mensis Genuavii, Indictione XI. Con-
stat me Liutefredus Episcopus sancte
Terdonensis Ecclesiae, qui professo sum
ex nacione mea Lege vivere Langobar-
dorum, accepisse, sicuti & in presencia
testium accepi ad te Dominus Otto Dux
filius bone memorie Cononi, argen-
tum Denarios bonos Libras trecenti, fi-
nitum pretium, pro medietatem de duas
porciones de Corte una domui colsite, que
nominantur Coronate, & de Castro uno
inibi abente, & de Ecclesia infra ipso
Castro constructa in nomine Sancti Geor-

C gii: seu & medietatem de duas porcio-
nes de casis & omnibus rebus illis, seu
Capellis, servis & ancillis, aliis &
aldianas ad ipsam Cortem, & ad ea-
dem Ecclesia pertinentibus: seu & me-
diatatem de duas portiones de Castrum,
quod nominatur Rauca. Item Coronate,
qui est iusta fluvio Adua, & de casis
& rebus, seu Capellis, servis & an-
cillis, aldiones & aldianas ibidem abi-
tantibus vel exinde pertinentibus tam in
ipsis locis & fundis Coronate, & in
Coronate, seu in Valle Summovico, Me-
zanuga, Villa Bulgari, Colonaro, Se-
beate, Pasezaro, Verdezo, Belussela, Sa-
liinuteo, Trecio, Concisa, Ambreciato,
Ambeciaco, Bugenaco, Bosonaco
medie-

medietatem de duas porciones de casis & rebus territoriis illis, quibus esse videntur in locis & fundis Curunasco, ubi dicitur..... Trentixi, Bulgaro, Quintano..... & medietatem de duas porciones de casis & rebus territoriis illis, cum servis & ancillis, aldiones & alidianas, seu Capellis inibi abitantibus vel exinde pertinentibus, quibus esse videntur in locis & fundis Casale, Vigari, Vigueza, Pinioli, Morenise, Fanigasi, Sale, Roderadi, Bibiano, Sparavia, Baseniana, Grassa Berterassi. Verum etiam medietatem de duas porciones de casis & rebus illis, & de servis & ancillis, aldiones & alidianas, seu Capellis inibi abitantibus, vel exinde pertinentibus, quibus esse videntur item in loco & fundo ubi dicitur Castro. Insola, que non in natura Majore, infra Lx ei Majore, & de casis & rebus territoriis illis, servis & ancillis, aldiones & alidianas, inibi abitantibus, & exinde pertinentibus, quibus esse videntur in vicis & fundis Strixia, Bravena, Cariciano; & de Castrum inibi constratum, quod clamatur Lxa Leocarni, cum domui coltilem, seu de casis, & malariis, & omnibus rebus, sive Capellis, servis & ancillis, aldiones & alidianas per singulis locis ad ipsa Corte & Castro pertinentibus, omnia ipsa medietas de ipsis duas porciones in integrum. Seu & medietatem de duas porciones de casas illas cum areas suarum: & de Ecclesiis tres cum areas suarum, una in onore Domini Salvatoris; alia in onore Sancte Dei Genetricis Virginis Marie, tercia in onore Sancti Romani; & de Curtes, & ortoras, seu puteis inibi absentibus, quibus esse videntur intra anc Ticinensem Civitatem, tam ad locus, ubi Monasterio Bernardi dicitur, quamque reliquas locas intra anc U.bem. Et medietatem de duas porciones de Corte una & fundo Stazona; & de alia Corte in lo-

A co & fundo Castelli; seu de Castris, & Capellis, sive de casis & rebus, servis & ancillis, aldiones & alidianas, in eodem loco, & fundo Paniano.

Item de predictis rebus per singulis locis, sive casis, sediminibus, seu servis & ancillis inibi abitantibus, & exinde pertinentibus, & de Castellis, & Ecclesiis, seu Capellis, sediminibus, eritis pummisferis, clausuris, pratis, pauculis, geruis, silvis, castaneis, stallareis, montibus, vallis, alpibus, & planicibus, ripis, rupinis, pistregis, molandinis, pescacionibus in..... locis, que fuerunt jure & proprietatem quondam Betani, que fuit Genetrix mea. Nominative ipsa medietate ex ipsis duas porciones ac suprascriptas Cortes & Ecclesiis, seu Capellas. Item de casis, & masaricis, universisque rebus, seu servis & ancillis, aldiones & alidianas inibi abitantibus, & exinde pertinentibus, unde inter me, quem supra Licifredus Episcopus, & Richardus seu Walderada jugalibus intencio fuit, & ipsa intencio definita fuit per Pugna inter meus Avocatus & predictus Richardus, presencia predicto Domni Ottoni Imperatori in Palacio ujus Ticinensis, omnia ipsa medietas in integrum. Que autem suprascripta medietate jam dictas duas porciones easdem Cortes, Ecclesiis, seu Capellas, itero casis, masaricis, universisque rebus supra nominatis, una cum accessionibus & ingressoribus earum, seu cuno superioribus & inferioribus earum rerum, qualiter supra comprehendere unam cum ipsa medietatem, & ipsis duas porciones de ipsis familiis in integrum ab ac die, tibi, qui supra, Domni Ottoni Duci pro suprascripto argento vendo, tradeo, & mancipio, nullis alii venditis, donatis, alienatis..... vel traditis, nisi tibi. Et facias exinde a presepti die tu & credibis tuis, aut cui vos dederitis jure

proprietario nomine quidquid volueritis sine omni mea & heredum meorum contradictione. Quidem & spondeo vel promitto me ego, qui supra, Liutefredus Episcopus, una cum meos credes tibi, qui supra, Ottoni Duci, tuisque ereditibus, aut cui vos dederitis, suprascriptam medietatem de jam dictas Cortes, & Castris, seu Ecclesiastis & Capellas, vel casis, & masariciis, & omnibus rebus, seu servis & ancillis, alditiones & alidianas in ipsis abitanibus, & exinde pertinentibus, qualiter supra comprehensa decernitur in integrum, ab omnibus minime sint defensatis. Quot si defendere non potuerimus, aut si vobis exinde aliquis per covis genium subtraere querierimus, tunc in dubium suprascripta vendita vobis restituamus, sicut pro tempore fuerint melioratis, aut valuerint sub estimacione, ipsam medietatem de ipsis rebus in consimilibus locis, cum predictis familiis. Et pro onore Episcopati mei nec mibi liceat ullo tempore nolle, quod volui, sed quod a me semel factum vel conscriptum est, inviolabiliter conservare promitto cum stipulacione subnixa, & nichil mibi ex ipsum premium aliquid redeberi..... rectumque diximus.

Liutefredus Dei gratia Episcopus in ac Cartula vendicionis a me facta subscripti, & suprascripto pretio accepi.

Gerolimus Judex Sacri Palacii rogatus subscripti.

Waldo Judex Domni Imperatoris rogatus subscripti.

Andreas Judex Sacri Palacii interfui, & rogatus subscripti.

Ebo Judex Domni Imperatoris rogatus subscripti.

Lanfrancus Judex Sacri Palacii rogatus subscripti.

Ego Taddo Notarius & Judex Domni Imperatoris..... Cartulam vendicionis post tradita complevi & dedi.

A



Liutefredus Dei gratia Episcopus a me facta subscripti.

B

Gerolimus Judex Sacri Palacii autentico ujus exempla vidi, legi, & sic inibi continebatur, sicut ic legitur exempla, litera plus minusve, ac me in ipso autentico subscripti.

Lanfrancus Judex Sacri Palacii autentico ujus exempla vidi, legi, & sic inibi continebatur, sicut ic legitur exempla, litera plus minusve, & me in ipso autentico subscripti.

C

Ebo Judex Domni Imperatoris autentico bujus exempla vidi, legi, & sic inibi continebatur, sicut ic legitur exempla, litera plus minusve, & me in ipso autentico subscripti.

Ego qui supra Taddo Notarius, & Judex Sacri Palacii, autentico bujus exempla manibus meis scripti, & sic inibi continebatur, sicut ic legitur exempla, extra litera plus minusve, & an exempla manibus meis exemplavi.

D

Hic idem Otto Dux Placito Ticinensi interfuisse invenitur Anno Christi MI. quum Otto III. Imperator in ea Urbe versaretur, uti ostendi in Antiquit. Estensib. Par. I. Cap 14. pag. 125. Quis autem ille foret, tunc nemo sane ignorabat. Vetus si cui Provinciae is titulo Ducis praeferset, Tabellio additum Chartae voluisset, gratias ei haberem, quod me onere levasset diu expiscandi ac harriandi. Nempe iis ipsis temporibus non unus Otto Dux floruit; & adud Leibnitii Scriptor Brunsvicent. Tom. 3. in Necrologio Fuldense ad Annum MIV. Otto Dux e vivis expressisse traditur. Sed laudandus mihi Ditmarus, qui in Chronicis Lib. quinto hec mihi lumen praebevit; quippe eidem ad Annum MIII. memoratur Otto Carentorum Dux, & Veronensem Comes.

E

comes. Idem verò post pauca subdit: *Quis autem ille Dux Otto fuerit, breviter intimabo. Hic igitur a Conrado Duce, & Liutgarda filia Ottonis I. Caesaris maximi procreatus, morum gravitate, actuusque probitate parentelam suam decorabat.* Addit, hunc ab Henrico, postea Imperatore Sancto, electum fuisse in Regem; at illum humiliter onus excusisse, atque illud detulisse eidem Henrico. Ejus quoque mentio est in Vita Sancti Henrici ab Adelboldo Episcopo Traiectensi conscripta. Is Veronensem Comes utrobique dicitur, atque in Annalibus Hildesheimensibus Marcham Veronensem rexisse traditur. De hoc igitur nobilissimo viro sermo est in Charta Ticinensi, ubi illum nuncupatum vides filium bonaë memoriae Cononi. *Conradus, Cono, seu Chuno,* olim unum idemque Nomen fuere. Addo duas alias ejusdem Ottonis Principis insignes praerogativas. Fuit enim Dux Franciae Orientalis, sive Franciae Orientalis, sive Austrasiae; & praeterea pater Brunonis, qui ad Romanum Pontificatum enectus, sub Gre-

A gorii V. nomine clarus exstitit, & patri praemortuus est. Atque ipso quidem Papâ sedente Otto Dux ejus pater ingentem bonorum copiam a Liutefredo Dertonensi Episcopo emit. Wipponem audi in Vitâ Conradi Salici. *Eant* (inquit ille) *duo Chunes* (idest Conradi) *quorum unus, quod majoris aetatis esset, Major Chuno vocabatur; alter autem Junior Chuno dicebatur: ambo in Francia Theutonica nobilissimi ex duobus fratribus nati.* Quorum alter Hetzel (idest Heinricus) & alter Chuno dictus est. Ipsos verò ab Ottone Duce Francorum (hoc est, Franconiae, de quo nunc sermo mihi est) natos accepimus cum duobus aliis Brunone & Willielmo; ex quibus Bruno Apostolicae Sedis Romanae Papa effectus, mutato nomine Gregorius appellatus est: Willielmus fabius Argentinensis Episcopus &c. Vide etiam Vitam Adalberonis Metensis Episcopi apud Labbeum Tomo primo Biblioth. uti & Partem I. Cap. VIII. pag. 58. Antiquitat. Estenium. Horum Principum genus subjecta Tabula luculentius exprimet.

Conradus Dux Lotharingiae ex progenie Conradi I. Germaniae Regis, Liutgardae Ottonis Magni Augusti filiae maritus.

Otto Dux Franciae Orientalis & Carinthiae, Marchio Venerensis, Anno 994.

Hetzell, sive Henricus	Chuno, sive Conradus Dux. Uxor Mathilda Conradi Bur- gundiae Regis filia.
Conradus Salicus Romanorum Imperator.	Conradus.

Bruno Papa creatus sub Gregorii V. nomine An-	Willielmus Episcopus Argentinensis. no 996.
---	--

Attamen nobilissimus hic Princeps Otto Dux tantum appellatur in Placito Ticinensi Anno Ml. heic verò etiam dicitur *filius Cononi*, imperite sane, quum in more esset, si Comitis, Marchionis, aut Ducis pater eodem munere sanctus fuerat, hoc etiam adnotare. Fateor: erat tunc notissimus idem Princeps. Sed Notario praे oculis habendi quoque nos eramus illorum temporum ignari. Alterum adtexo ejusmodi Notarialis olcitantiae exemplum. Ut Florentinus, Bacchinius, ac alii animadverterunt, & ego quoque ianui in Antiquit. Estensi. Part. prim. Cap. 8. Beatrix, Bonifacii Ducis & Marchionis Tusciae conjux, & magnae Comitissae Mathildis mater, patrem

Cessio praediorum sex, facta a Beatrice Comitissa, uxore Bonifacii Marchionis, & Ducis Tusciae, Monasterio Sancti Prosperi Regiensis, Anno 1041.

Anni ab Incarnatione Domini nostri Iesu Christi Millesimo Quadragesimo Primo, die Terciodecimo Mensis Marcii, Indictione Decima: Monasterio Sancti Prosperi Cristi Confessoris, ubi ejus umatum quiescit Corpus, sita suburbium Regio, ubi nunc Dominus Johannes Abbas ordinatum esse videtur. Ego Beatrice Cometisa, filia quondam Frederici, & Conhus Bonefacii Marchio, que professa sum Legem vivere Langobardorum: ipso namque jugale & mundoaldo meo mibi consciencie, & subitus confirmante, presens presentibus dixi: Premitto & spondeo ego, que supra, Beatrice Cometisa, una cum meis heredes a parte predicto Monasterio, quod nullam unquam in tempore non abeamus licenciam, nec potestatem per nullumvis ingenium, nullamque occasionem, quod fieri potest, agere, nec

Ahabuit Fridericu II. Ducem Lotharingiae superioris. In Chartis etiam inscribitur *Beatrix filia bona memoriae Federighi*, qui fuit Dux. Attamen haec ipsa apud eundem Bacchinius in Historia Manaster. Padolironens. in Charta Anni MLIII. tantummodo appellatur *Domna Beatrix gratia Dei Comitissa*. Quod plus est, membrana nondum edita, quam ex Archivo Monachorum Benedictinorum olim Sancti Prosperi, nunc Sancti Petri Regiensis, suppeditavit mihi P. D. Camillus Affrosius, studiosissimus Antiquitatum sui Monasterii, Beatricis ejusdem pater indicatur, sed nullo addito *Ducis* titulo. En Chartam ipsam, luce minime indignam.

Causare, nominative Massaricias sex, rebus territoriis juris prefato Monasterio, quibus esse videtur dues ex spissis in loca, que dicitur Campaniola: una que recta fit per Dominico, & alia est recta per Johannes & Petro germanis; tercia namque Massaricia in loco, ubi dicitur Campigene, que recta fiunt per Dominico; quarta Massaricia in loco, qui dicitur Sorholo, est recta per Bonino Massario; quinta Massaricia in loco, qui nominatur Paterno, qui recta fiunt per Madelberto Massario; sexta Massaricia in loco, ubi dicitur Corticelle prope Viliano, que recta & laborata fiunt per Johannes Massario. Nominative quod ipse Bonefacio Marchio vir meus..... Massaricias per Cartulans offerentis in codem Monasterio emisit omnia & ex omnibus, ut dictum est, in integrum. Quis si amodo aliquando tempore

tempore ego, que supra Beatrice Cometisa, vel meos heredes a parte jam dicto Monasterio predictas Massaricias agere, aut causare, vel removere presumserimus per nos, aut nostra sumitentes personas, vel si apparuerit ullum datum, aut factum, vel colibet scriptum, quod nos de predictis Massariciis sex inde in aliam partem fecissimus, & claruerit, & exinde omni tempore taciti quieti non permanserimus, tunc promitto componere ego que supra Beatrice, vel meos heredes, a parte predicto Monasterio pena dubles ipsas Massaricias, sicut pro tempore fuerit melioratas, aut valuerit sub extimatione in consimilibus locis. Et insuper pena argentum Denariis bonis Papiensibus Libras centum. Quidem & ad ans confirmandam promissionis Cartulam accepi ego, que supra, Beatrice Cometisa, ad te jam dictus Dominus Jobannes Abas da parte predicto Monasterio exinde Launecbild Capello uno, manente anc Cartulam promissionis omnique tempore in sua firmitate.

A tum in loco, qui dicitur Bundino, feliciter.

† Signum manum suprascriptam Beatrice Cometisa, que anc Cartulam promissionis per consensem ipsius Bonifacii Marchio jugale suo fieri seu firmare rogavi, & suprascripto Launecbild accepit: & ei relecta est.

Signum manibus † † † Martini, & Ingelberti, seu. Jobannis, Lge viventis Langobardorum, rogati testes.

Scripti ego Adelbertus Notarius, poststrata complevi & dedi.

Quod si vel summorum Virorum, ac Mulierum genus Saeculis iis, quod est ad nos. nimiis circumfunditur tenbris: quanto majoribus putandum est, obnoxias fore privatae gentis Genealogias? Nuper vidimus, Cenogenem, Cbunonem, & Conradum idem

B fuisse nomen. Hoc etiam adnotatio ne dignum in antiquorum monumen tis, & perpetuo memoriâ recolen dum, ne pro diversis nominibus, quot unum interdum erat, accipiamus. Scilicet secundum variarum Linguarum genium, & Populi mores, nomen unius hominis nonnunquam diversis modis efformatum, terminatum, aut concisum audiebatur. Neque nos secus agimus temooribus nostris, quum Checco pro F. enciso, Goro pro G. ego. io, Pippo pro Philip po, Meo pro Bartholomeo, Ghista pro Margarita, Lena pro Magdalena dicimus. Ab Atonio pariter diminutivum deducimus Toniolo, Tognino: a Giovanni Giannino, &c. Idem verò antiquis quoque in more fuit. Nam pro Henricus Hezil dixere; pro Mattheus Maphaeus; pro Godefridus Gotbalo; pro Cunegundis Chunza. In Praefatione ad Liutprandi Ticinensis Historiam monui, Liutprandum appellatum simul fuisse & Liuzonem. Ita Sanctae Imperatricis Adelaidis nomen non uno modo efferebatur, Atela, Adela, Adelicia, Adelegida, Adalasia, Abelasia, Alda, &c. Idem accedit & aliis Nominibus. Verum non ita huic Nomini corruptioni, seu variationi insistendum, & ubique eamdem vigere arbitremur. Animadverendum quippe est, Seculis etiam rudibus homines interdum dupli Nomine fuisse compellatos. Ambo quidem iis addita in Baptismo, opinari possumus: veri tamen mihi similius videtur, unum iis in sacro Fonte datum, alterum verò aut post Baptismum, aut ante impositionem a vulgo fuisse, ad instar Agnonum, de quibus infra sermo erit. De Alberto, qui & Azo, supra mentionem feci. Addo nunc, accipien dam caute sententiam Clarissimi Pa pebro-

pebro-hii, ad diem primam Junii in Commentario praevio ad Acta Sancti Gratiniani pag. 23. scribentis, posse credi Adam & Amizo idem nomen per aphaeres in primae literae Ad, Italis usque adeo familiarium; sicut & terminatio diminutiva izo. Sic ex Aaalberto, vel Alalberone factum videtur Albizo: ex Oaoberto Obizo, ubi etiam intervenit ultimae syllabae truncatio, per quam ex Bonifacio, Bonizo: ex Gebeardo Gabzo Langobardice formantur, aliaque similia. Profectò præter aliquot Marchiones Familiae Estenis a me commemoratos in Antiquitatib. Estenisib. quibus fuit nomen

A Opertus qui & Opizzo, alibi deprehendi, alias extra ipsam Familiam eisdem ipsis Nominibus insignitos, quamquam dubius adhuc sim, an Obizzo efformaretur ex Oertus. Suspicari præterea licet, alterum quandoque Nomen superpositum fuisse, ut alter ab altero homine distingueretur, quoties duo ejusdem loci aut familiae uno eodemque Nomine uti deprehendebantur. Perspicuum id fiet ex Charta subsequenti, cuius perantiquum apographum olim descripsi & Tabulario Monachorum Cisterciensium Sancti Ambrosii Majoris Mediolani.

In Placito Lemontae habitu coram Aripmando Vicedomino Mediolanensis Ecclesiae, & Petro Abate Monasterii Ambrosiani, Advocatus ejusdem Coenobii causam obtinet contra complures Servos Curtis Lemontae, Monasterio supradicto subjectae, Anno 882.

Dum residerent in judicio Aripmandus Diaconus, & Vicedominus sanctae Mediolanensis Ecclesiae, atque Petrus vir Venerabilis Abbas Sancti Ambrosii, qui situm est suburbium ejusdem Civitatis, Villa Lemonte jure proprietatis ipsius Monasterii Sancti Ambrosii, quod est juxta Lcicum Comense, sedentibus cum eis Petrus vir Venerabilis Presbiter ipsius Mediolanensis Ecclesiae, Leo Judex Sacri Palatii, Aginaldus Judex ipsius Mediolanensi Civitatis, Hilderadus Notarius, Garmarius de Mediolanio, Warimberto de Camteriano, Andreas Clericus de Blaffonno. Bonus, & Adelgisus Walfalli idem Petri Abati, & reliqui. Ibiique eorum veniens presentia Ambrosius Notarius ejusdem Civitatis Mediolanensis, & Advocatus ipsius Monasterii Sancti Ambrosii, nec non Mauretio, Urseberto, Laurentio, Leo, Jobannes,

C Dognetto, Johannes qui vocatur Clario, Ambrosius Gar..... Leo qui vocatur Pipino, Johannes qui vocatur Peluso, & Urso filio ejus, Leo qui Plato vocatur, Johannes Russo, Ursulo qui Mazuco vocatur, Lupus qui Marino vocatur, & filio ejus Bevanno, & Nepus ejus qui vocatur Stephanus, Leo Vilico: isti omnes de loco, qui dicitur Cevenna. Atque de Canteligo, id sunt Stefanace, Theodoro, Majorano, & frater ejus Leonace, Lupus, qui dicitur Bonellus, & Bonaldo. Seu & de loco, qui dicitur Selvanizzo, Luvelo, Tendero, Raginberto, Audemario; Petrus Malafide, Urseberto, Luvelo da Flume, & Gemullo, Dominicus qui Baregama vocatur. De loco, ubi dicitur Madronino, id sunt Dognolino, Leo, Bonellus Ventulo, Luvelo qui dicitur Plato, Audereto, Ursacio, Johannes, Bonellus, Levolo

Lovolo filius quondam Dominiconi, Da-
giberto, & Bonellus qui dicitur Ma-
gniano. Isti supranominatis da Ceven-
na, da Cautenigo, de Selveniago, de
Madronino Servi da ipsa Curte Lemun-
ta, altercationes inter se habentes. Di-
cebas ipse Petrus Abbas, una cum eum-
dem Ambrosius Advocatus: Isti praenominati
Servi homines, vel ceteri
suorum parentes & vicini ac consor-
tes suorum omnes habitantes in praenominatas locas Cevenna, Cautenigo,
Selvaniaco, & Madronino, sunt Ser-
vi de ista Curte Lemunta: qui ista
Curte Lemunta cum sua pertinentia
& familiis, atque predictas locas cum
omni integritate, atque familiis in
praediō Monasterio Sancti Ambro-
sii datum & concessum est a bonae
recordante memoriae Lotharium Im-
peratorem per suum Praeceptum, quae
hic prae manibus habemus, & rele-
gere fecerunt, & postea ab Karolo
Imperatore, qui nunc esse videtur,
eo modo, sicut in isto continetur
Praeceptum, per suum Praeceptum
in ipsum Cenobium omnia, ut su-
pra confirmaverat, habendum pro
prietario jure. Sed dum isti praenominati omnes, atque ceteri eorum
consortes de praenominatas locas in-
ter cetera, quae parte ipsius Monas-
terii pro suorum personis & rebus
pro suorum servitia annue reddere &
persolvere debeant: quaerunt se sub-
trahere ad colligendum olivas ex o-
livetis illas, qui sunt dominicatas de
ista Curte Lemunta, & eas praeme-
re, vel oleum, que exinde exit, e-
vegere nolunt, sicut suorum fecerunt
parentes & consortes de ipsis locas
Cevenna, Cautenigo, Selvaniaco, &
Madronino a longo tempore.

Cum ipsi Petrus Abbas, & Ambro-
sius Advocatus ita agerentur, tunc praedi-
ctis omnes vicinis & consortes, qui

A ibi aderant, elegerunt ex hac causa da-
corum parte in rationem standum, &
finem inde percipiendum. Id sunt Leo
Vilico & Magistrum, quas supra ipsi
constitutum erat ad regendum: seu Jo-
bannes, & Mauricio de Cevenna: Ge-
mulo de Selvaniaco: Donnolino de Ma-
dronino. Qui cum ipse Petrus Abbas,
& Ambrosius Advocatus iterum eorum
quaererent, quod ipsi & eorum paren-
tes & consortes de praenominatas locas
inter cetera, quas pro suorum personis
& rebus omnibus, quas habebant, &
reddere debebant, colligebant olivas,
& praemere, hoc oleum, quod exinde
exiret, evegere deberent Curte Domini
Imperatoris, quondam Curte Deusdedit,
ipsi manifestantes, & concredentes se
dixerunt. Verè hoc negare non que-
rimus, quia cum Lege non possumus,
quod Servi Imperialis non fuissimus.
Et verum est, quod ad ipsi Augusti
in ipsum sanctum Locum dati fuim-
us, & Censum reddidimus, & red-
dere debemus annue de personis &
rebus in ipso sancto Monasterio, si-
cuit nos antea fecimus, & nostri fe-
cerunt parentes. Nam hoc verum
non est, quod nos, aut nostros pa-
rentes vel consortes, olivas de praenominatas
olivetas colligere, aut praemere,
vel evegere debuissent, aut debeamus. Cum taliter inter se al-
serarent, interrogati sunt praedicti con-
sortes a supradicto Aripmando Diacono
& Vicedomino, seu ab ipsis Judices,
si ipsi haberent aliquam firmitatem, pro
quo corum concessum fuisset: quod ipsi
olivas colligere, aut praemere, vel eve-
gere non deberent, aut si legaliter se
exinde subtrahere poterent. Qui dixerunt:
Verè nullam firmitatem exinde non
abemus, nisi ut diximus, iterum di-
cimus, quod nos, nec nostros paren-
tes, nec consortes, eas non colle-
gerunt, nec praemere, neque evege-
re

re debuerunt, nec debemus. Cum autem ibi essent Nobiles & credentes homines liberi, Arimanni, habitantes Belasto loco, id sunt Cunibertus, Bonus, Lupus, Celso, & Ado, interrogati ipsi in fide, & sacramentum, quas Domini Imperatoris juratum habebant, ut quid exinde scirent, certam dicere veritatem. Qui in primis Cunibertus dixit: Scio, isti praenomina-
ti homines cum suorum vicini, pa-
rentes, & consortes, habitantes in
ipsas locas Cevenna, Cautenico, Sel-
vaniaco, & Madronino, eo tempore,
quando ipse bonae memoriae Hlo-
tharius Imperator per suum Praece-
ptum istam praenominatam Curtem,
& jam dictas locas, cum ipsis Fa-
miliis, ipsum confirmavit Monaste-
rium..... olivas & olivetas colli-
gere, & premere, & eugeere in Cur-
te Domni Imperatoris, qui dicitur
Deusdedit, cum annonam dominica
da ista Curte Lemunta. Bonus, Lu-
pus, Celso, & Alo omnia similiter
dixerunt, sicut memoratus Cunibertus.
Cum taliter dixissent, & parati essent
ad sancta Dei Evangelia, sicut dixer-
unt, jurandum, tunc praenominati om-
nes parentes & consortes, qui ibi ade-
rant, de praedictis locas Cevenna, Cau-
tenico, Selvaniaco, & Madronino pro-
fessi dixerunt, quod ita verum esset,
quod ipsi homines testificaverunt, &
olivas ex ipsis olivetas annue cum su-
rum consortes de ipsis locas colligere,
premere & eugeere deberent, & nole-
rent, ut ipsi testificantes per hoc sacra-
mentum jurarent, eo quod sic est ve-
ritas, sicut ipsi testificaverunt. Cum haec
omnia taliter actum & adimpletum fuisset,
rectum eorum iudicium & Auditoriis
paruit esse, & judicaverunt, ut
ipsi praenominati omnes vicini & con-
sortes inter cetera, quas parti ejusdem
Monasterii reddere de personis & rebus

A Censum vel redditum, sicut parentes co-
rum antiquis temporibus fecerunt, ita
facere deberent amodo & in antea oli-
vas ex ipsis olivetas colligere, premere,
& eugeere deberent ad ipsius Monaste-
rium. Et finita est causa. Et hanc no-
ticia pro securitate ipsius Monasterii ego
Autpaldus Notarius scripsi, & inter-
fui, Anno Domni Karoli Imperato-
ris Secundo bona memoriae Domni
Hludowici Regis filius, Pridie Kal-
endas Decembris, Indictione Prima.
Ariprandus Diaconus & Vicedo-
minus sancte Mediolanensis Ecclesiae,
ut supra interfui.
Leo Judex Domni Imperatoris in-
terfui.
Achinaldus Judex interfui.
Adelgisus de Roveniasco interfui.
Hilderodus Notarius interfui.
Bonus interfui.

C Scripta haec Charta dicitur Anno
Secundo Domni Karoli, filii bona me-
moriae Hludowici Regis. ut Lectio
intelligat, illic memorari Carolum
Crassum, Ludovici Germaniae Re-
gis filium, non vero Carolum Cal-
vum Ludovici Pii Imperatoris fi-
lium, qui paucis ante annis Roma-
num Imperium renuerat. Additur
Pridie Kalendas Decembris, Indictione
Prima. Decurrebat haec Anno DCCC-
LXXXIII. Sed quum pro more Sae-
culi illius Septembri Mense praece-
dantis Anni eadem Indictione in curlu
esse cooperit, & Natali die Christi
Domini novus Annus inchoaretur a-
liquibus in locis, præterea ad An-
num DCCCLXXXII. Chartam eam-
dem retuli. Hinc autem emergit mi-
hi nodus Historicus, quem liceat mo-
do in Eruditorum gratiam prodere,
simulque periculum facere an patia-
tur se solvi. Tradiderat magnus An-
nalium Ecclesiasticorum parens, Ca-
rolum

D

E

373 DEDICATIO
rolum Crassum Anno DCCCLXXXI.
die sacro Nativitatis Domini coronā
Caesareā Romae fuisse donatum. Con-
tra celeberrimus Pagius in Critic.
Baron. (quo cum etiam facit Clas-
sif. Mabillonius in Annalib. Bene-
dictin.) contendit, illius coronatio-
nem ad XXV. diem Decembris Anni
praecedentis DCCCLXXX. esse refe-
rendam. Ita doctissimi Viri. At Char-
ta nunc evulgata *Annum Secundum*
Imperii Caroli Crassi conjungit cum
postremo die Novembris Anni DCCC-
LXXXII. Ergo Baronii sententia va-
cillat. Nam secundūm ejus calculos
Chartae huic adscribendus erat *An-*
nus Primus Imperii. Et sane quum
Baroniana sententia ob rationes ab
eodem Pago allatas sustineri non

A possit: quid quaeso heic sentiendum? Num in Ambrosiana Charta corruptae Chronologicae notae? Evidem ajo, nihil esse dubitandum, quin Cardinalis Baronius male rationes inierit in consignando tempore Coronationis Caroli Crassi. Verum addo, multa occurrere, quae ne ipsis quidem Pagi facile subscribendum nos movent. Et primo, recedendum esse a Baronii sententiâ mihi persuadet ejusdem Caroli Crassi Diploma, quod authenticum adseratur in Archivo Capituli Canonicorum Regiensium, mihique præ oculis fuit. Illud utique luce dignum, & eorum, quæ querimus, testem locupletem, heic exhibeo.


Privilegium Caroli Crassi Imperatoris concessum Canonicis
Ecclesiae Regiensis, Anno 883.

In nomine Sancte & individue Trinitatis. Karolus divinâ favente clementia Imperator Augustus, omnibus fidelibus sancte Dei Ecclesie, nostrisque presentibus scilicet ac futuris, notum sit: qualiter Aaron venerabilis sanctae Regiensis Ecclesiae Episcopus optulis nobis Preceptum divae memoriae Hludowici Imperatoris consobrini nostri, in quo continebatur, qualiter sua roboratione Canonicam ejusdem Ecclesiae sanctae, quam Sigefredus venerabilis ejusdem loci Antistes ad usum Canoniconrum ibidem D:o militantium divina inspiratione confirmaviz, reformasset; postulans, ut & Nos pro divinac remunerationis premio plenius id confirmaremus. Cujus petitioni libenter assentientes, per hoc nostrae renovationis Preceptum fieri jussimus: per quod decernimus atque sancimus, ut omnes res, quas prefatus Sigefredus de suis usibus ad su-

C tiliorem servorum Dei usum translulit,
et parti Canonicae, quam ipse a funda-
mentis construxit cum Ecclesiis Sancti
Michaëlis Archangeli, Sanctique Pere-
grini, necnon et Sancti Faustini, at-
que cara Vitalis, seu et Con-
fessoris Christi Ambrosii, cum omnibus
pertinentiis et adjacentiis earum; Cur-
ticellam quoque, atque Rivum frigidum
D cum omnibus pertinentiis et adjacentiis
earum; et in Gavassa massaricia duo,
et unum de parte Eremberti Comi-
tis; et in Faennio massaricum unum,
quod regitur per Trajeveratum cum ne-
potibus suis, una cum ipsis famulis;
et omnes illas de Dominico Presbitero;
casas quoque Alberici et Ajoaldi de
Pineso cum pertinentibus sibi; Massari-
cia etiam Ermenfredi Presbiteri, atque
res Geminiani Sacerdotis, quas in Re-
gio, vel in Sableta habere visis sunt;
Alias quoque res, quas Rumoaldus Pre-

sbiter tenuit & tenet Leovardo in Pra-
to Pauli; sive massaricum unum in
Maxentiaco; seu famulis in predicta
Canonica & Deo servientibus. Et ea
omnia cum plenissima integritate, &
cuncta quacunque in futurum a devotis
largitoribus inibi, Deo favente, obla-
tum fuerit, per hanc nostram Imperia-
lem institutionem, & inviolabilem cor-
roborationem in eadem Canonica ad ho-
norem Dei sanctae Dei Genetricis, sem-
perque Virginis Mariae, absque alicuius
retractione stabilita permaneant: nul-
lusque Successorum jam fatae Sedis ullo
unquam in tempore praenominata Pon-
tificis ordinatione, atque Augustalis au-
toritatis institutione promovere aut ir-
rumpere conetur, pleneque commutatione
aut Libellaria aut Precaria, absque vo-
luntate ipsorum Canonicorum, qui inibi
Deo deserviunt, quoquo modo vel jure
presumat, sed juste & legaliter.....
Precepsum & reparationis editum, at-
que presati venerabilis Pontificis Sie-
fredi ordinationem, ab ipsis Canonicis
potestative sint possessa, perpetuisque tem-
poribus maneat inconclusa; nullusque
praefatae Sedis Episcopus, vel alius
quislibet Pontifex, nullusque Dux, aut
Comes, aut Vicecomes, vel Vicarius,
vel Sculdassio, vel Missus discurrens,

A aut quislibet Minister Reipublicae, in
Clericis ejusdem Canonicae, aut in ipso
Canonica, vel rebus ipsius Canonicae,
seu in proprietatibus, vel domibus, aut
familii utriusque sexus, seu in Com-
menditiis vel Sedaneis ipsorum Canonici-
orum, aliqua violentia aut contrarieta-
te, aut rerum diminutione, vel rerum
invasione, aut familiarum subtractione
inferre presumat. Nullusque eos, eorum-
que homines, Liberos aut Servos, per
publica Placita ventilet: nullusque ab
eis, aut eorum hominibus liberis aut
servis teloneum, aut donaria, aut pu-
blicas redhibitiones exquirat, necnon Man-
sionatica in omnibus eorum terminis ac-
cipiat, sintque ab omni publica exactio-
ne inimunes tam ipsi quam omnes eorum
homines, Liberi & Servi, Libellarii
atque Felearii. Si quis autem contra
hoc nostrae confirmationis Precepium, &
defensionis edictum quandoque insurgere
temptaverit, noverit se compositum cen-
tum Libras auri obrizi, medietatem Pa-
latio nostro, & medietatem parti ejus-
dem Canonicae. Et ut haec nostra au-
toritas ab omnibus verius credatur, &
diligenter observetur, manu propria
subter eam confirmavimus, & eam A-
nulo nostro subter insigniri jussimus.



Desideratur heic Sigillum.

Amelbertnotus ad vicem Liutwardi Episcopi & Archib cancellarii recognovi & subscripsi.

Data II. Kalendas Julii, Anno Incarnationis Domini DCCCLXXXIII. Indi-
catione Primâ, Anno vero Imperii piissimi Imperatoris Karoli III.

Actum in Monasterio Nonantulas in Dei nomine feliciter. Amen.

Diploma

Diploma hoc datum dicitur in Monasterio Nonantulano agri Mutinensis, Anno Christi DCCCLXXXIII. Imperii Caroli Tertio, Secundo Kalendas Julii. Si die postremo Mensis Junii Anno DCCCLXXXIII. decurrebat Annus Tertius Caroli Crassi imperantis, consequens est, ipsum nequam Annos Imperii numerare coepisse a die XXV. Decembris Anni DCCCLXXXI. Alioquin in hoc Diplomate Annus Secundus fuisset inscriptus. Ita in Archivo ditissimo Lucensis Archiepiscopii, ut ego insperxi, legitur Charta permutationis factae a Gherardo Lucensi Epilcopo, intervenientibus ad bonorum aestimationem Missis Adalberti Dicis. Ea autem scripta est Regnante Domino nostro Karolus, divina favente clementia Imperator Augustus, Anno Imperii ejus Sexto, V. Idus Martii, Inditione Quartâ. Hoc est, Anno DCCC-LXXXVI. Adeo & altera permutatione eodem Anno, nempe Anno VI. Ca-

A voli, Sexto Kalendas Junii scripta. Tum alia ipso eodemque Anno perfecta Sexagesima Kalendas Junias. His autem positis, liquido apparet, longe antequam celeberrimus Cardinalis censuerit, hoc est, longe ante Decembrem Anni DCCCLXXXI. Cartorum Crassum Imperioriam Coronam ornatum, Annos Imperii exorsum fuisse. Alia Diplomata praetereò, in hoc ipso Opere legenda, quae idem evincunt. Sed neque in die Nativitatis Domini Anno DCCCLXXXI. ut Pagius arbitratur, conlatum Romas fuisse Carolo Crasso Cæsareum diameta videtur. In Archivo celebrissimi Monasterii Brixiani sacrarum Virginum SanctaeJuliae exstat authenticum Diploma, suo adhuc Sigillo cereo ornatum, quod mihi summa humanitate, uti &c alias Chartas, describendum dederunt nobiles illae Sanctimoniales, quo nihil melius hunc nodum expedire potest.

Caroli Crassi Italiae Regis Diploma, quo Monialibus Brixianis
SanctaeJuliae immunitates confirmat, & quasdam
Curticellas donat, Anno 880.

In nomine Sancte & individue Trinitatis. Karolus divina favente gratia Rex. Si petitionibus Sacerdotum, seu amiorum Di aures prebemus preciosibiles, non solum profuturum ad stabilitatem presentis, Regni credimus, verum etiam eterna premia nobis inde provenire liquido conferimus. Quapropter noverit industria omnium fidelium sancte Dei Ecclesie, nostrorumque presentium & futurorum, qualiter Ermgarda Abbatissa in Monasterio Domini Salvatoris in Urbe Brixia, quod dicitur Novum, per manus venerabilis Episcopi Liutuardi Archicancellarii no-

stri detulit obtutibus nostris. Praecepta emunitatis ejusdem prefati Monasterii non solum Karoli Bisavi nostri, Magnique Augusti, sed & omnium ante Decessorum nostrorum venerabilium Imperatorum usque ad nos: postulans, ut ipsa Precepta piissimorum Augustorum per nostram Regalem confirmaremus auctoritatem. Nos vero ob amorem Dei & Salvatoris nostri jussimus hoc Preceptum nostrae emunitatis fieri; per quod decernimus, atque omnino jubemus, ut nullus Judex publicus, vel quislibet de Judiciaria potestate tam Curtes, quam res supradicti Monasterii, que nunc tem-

pore legitimo ordine possidere videtur, vel ea, que divina pietas adhuc augeri voluerit, ad causas audiendas, vel fre-
da exigenda, seu mansiones aut paratas faciendas vel fidejussores tollendos, neque illas redibitiones publicas requirendas, nullo umquam tempore ingredere vel exigere ullarum presumat, sed sub emunitatis nomine cum omnibus fredis concessis licet Rectoribus ejusdem Mo-
nasterii quiete vivere & tenere, & pro remedium animarum nostrorum parentum, ac pro nobis, Conjuge, & prole, misericordiam Dei jugiter exorare. Insuper concessimus ad id Monasterium per hoc nostrum Preceptum pro nostra aeterna mercede Curticellas, quas ipsa petiit pre-
dicta Abbatissa, idest Canellas, Bogognago, Areponio, & Piscaria de Ser-

A mione; & Curticellas, quas Advocatus debet habere, idest Campum Gonolfi, Persago, Prato Caprioli. Haec enim omnia cum omnibus integratibus carundem rerum, & cum omnibus pertinentiis & adjacentiis suis mobilibus & immobilibus, aquestis & inuestis, ad id Monasterium tradimus atque transfun-
dimus, quatenus sine ulla molestatione vel minoratione alicujus sub nostrae emunitatis nomine illud perpetualiter ad sustentacionem Ancillarum ibidem Deo militantium pertineant, & in augmentum proficiant. Et ut baec auctoritatis nostre emunitatis confirmationis largitas per futura tempora firmior habeatur, manu propria subris eam firmavimus, & Anulo nostro sigillari jussimus.



Waldo Notarius ad vicem Liutuardi Archicancellarii
recognovi & subscripsi.

Data IIII. Kalendas Januarii, Indictione XIII. Anno vero
Regni Karoli Regis in Francia V. In Italia II.

Actum in Placentia in Dei nomine feliciter. Amen.

Si Anno DCCCLXXX. (quo exordium cepit Indictio XIV. Mense Se-
ptembri) & die XXIX. Decembri Car-
rolus Crastus erat tantummodo Rex, & Placentiae agebat: ergo
die XXV. Decembri ejusdem Anni
ut Pagius censuit, fuisse Romae, i-
bique Imperialem Coronam accepisse
non potuit. Vide etiam Dissert. VIII.
de Comitibus, ubi eadem confirman-
tur a Judicato Adelardi Veronensis
Episcopi. Idem quoque haurire licet
ex Historia Eccles. Placentin. Cam-

C pii, Tom. primo Appendic. pag. 467.
Illic enim legitur Diploma ejusdem Karoli serenissimi Regis, datum V. Kalendas Januarii, Anno Incarnationis Domini DCCCLXXXI. Indictione XIV.
Anno Regni Domini Karoli Regis in Francia V. In Italia Secundo. Actum Placentiae. Quamquam heic audias Annum ab Incarnatione DCCCLXXXI.
attamen secundum Vulgarem Epocham nostram agitur de Anno DCCC-
LXXX. nam pro more temporum il-
lorum Annus novus DCCCLXXXI.
in



in Nativitate Domini Anni DCCC-LXXX. vulgaris exordium cepit. Et profecto indicatum id videoas ab Indictione Decimâ quartâ, quae Mensa Septembri Anni DCCCLXXX. inchoata fluebat Decembri Mense ejusdem Anni. Hisce perspectis, concordes omnino deprehendas istarum Chartarum Chronologicos characteres cum Diplomate, quod nuper evulgavi. Quum ergo Carolus Crassus postremis Anni DCCCLXXX. diebus, nondum sacratus Imperator Placentiae resideret, atque, ut vidimus, longe ante Natalem Domini Anni subsequentis DCCCLXXI. Imperatoria dignitate auctus fuerit, inquirendum restat, quo tempore is revera Coronam Caesaream Romae a Johanne VIII. Summo Pontifice fuerit consequutus. Protuli ego in Dissertatione XXXI. de *Placitis & Mallis* Placitum habitum in Senensi Urbe ab ipso Carolo Crasso, Anno Imperii idem Domini Karoli Primo, Mense Martio, Indictione XIV. Hic est Annus DCCCLXXXI. Ergo ante Mensem Martium ejusdem Anni, aut eo de currente, is Imperiali diadema insignitus Romae fuerat. Uti veri simile est, haec eadem Charta ipsum nobis exhibet tunc e Romana coronatione redeuntem ad Insubres. Cum hisce conjuge Chartam Pauli Episcopi Regiensis, quam Ughellius evulgavit in Tomo Quinto Ital. Sacr. primae edition. in Appendice, & quam pariter in suam Historiam Regiem adhuc MStam antea intulerat Fulvius Azzarius. Ea scripta fuit Regnante Domino Karolo Rex hic in Italia II. die IV. Mensis Martii, Indictione X. V. idest, Anno DCCCLXXXI. Ergo primis diebus Martii Anno eodem DCCCLXXXI. Carolus Crassus Italiae tantum Rex in Regensi Ci-

A vitate appellari pergebat, & nondum collatae ei cum Imperiali titulo Coronae Romanae nuntius ad eam Civitatem pervenerat. Praeterea in Archivo insigni Cathedralis Mutinensis Charta authentica se mihi obtulit; exarata Imperante Domino nostro Karolo Dei providentia, hic in Italia Anno Imperii ejus Quinto, die VI. Mense Marcio, per Indictione Quartu; cujus prima verba accipe: *Placuit atque convenit inter Dominum Leudoinum gratia Dei Motinensem Episcopum, necnon sed etiam Sigelmundus & Leo, filii Rodemundi da Sicla, liveris hominibus &c.* Charta pertinet ad Annum Christi DCCCLXXXVI. Si eo Anno die VI. Martii in cursu erat *Annus V. Imperii* Caroli, ergo necesse est, ipsum post diem Sextam Martii Anno DCCC-LXXXI. dignitate Imperiali auctum fuisse Romae. In eodem Tabulario altera membrana legitur scripta *Regnante Domino nostro Carolo gratia Dei Imperator hic in Italia Anno Septimo, die Quinto de Mense Madio, Indictione Quinta.* Is est Annus DCCCLXXXVII. atque adeo ante diem V. Maji Anni DCCCLXXXI. sacram unctionem, & Coronam Imperialem Romae Carolus suscepserat. Immo & ante diem XI. Martii ejusdem Anni DCCCLXXXI. coronarum ostendit Charta Lucensis supra mihi memorata. Quare veri videtur simile, Coronationem Romanam Caroli Crassi peractam fuisse Mense Martio, Anni DCCCLXXXI. si monumentis hactenus adductis omnino est acquiescendum. In eam quoque sententiam confluere videntur Annales Reginonis, Chronographi Saxonis, Annaliste Metensis; aliorumque Historicorum, ad *Annum DCCCLXXXI.* Carolo eidem conlatum diadema Romanum scribentibus. Nam eti Scriptores isti non a Kalendis

Januariis; sed a die XXV. Decembris praecedentis Annum novum inchent, ac propterea Pagii sententiae minime adversentur: eorum tamen verba insinuare rectius possunt, ipsum Carolum in eunte Martio Mense vulgaris Anni DCCCLXXXI. Imperialem titulum cum Regali conjunxisse.

Atque haec quidem congregebam ego. Verum, fateor, fortasse ne ista quidem satis mihi & aliis futura sunt ad certo statuendum exordium Imperialis Epochae Caroli Crassii primis diebus Martii Anni DCCCLXXXI. quum semper ante oculos nostros recurrent Aimoini, & Annalium Bertinianorum diserta verba, quae Carolo huic conlatum diadema Romanum Natalicio die Domini Anni DCCCLXXX. produnt: Ad haec Diploma Regiense editum ab Ughellio in Appendice ad Tom. V. Ital. Sacr. primae editionis, dicitur *Datum Idibus Februarii Anno Incarnationis Domini DCCCLXXXII. Indictione XV. Anno II. Imperii pifimi Imperatoris Caroli. Actum Civitate Ravenna:* quae indicant, ante Idus Februarii Anni DCCCLXXXI. redimitum fuisse Carolum Crassum Coronam Romanam. Itidem in Tabulario Capituli eorumdem Canonicorum Regiensium visa mihi fuit Charta exarata Anno Imperii Secundo Caroli ejusdem, IV. Kalendas Marcii, Indictione XV. idest Anno DCCCLXXXII. Unde discimus, ante diem XXVII. Februarii Anni DCCCLXXXI. evectum fuisse Carolum ad Imperatoriam dignitatem. Praeterea in hoc ipso Opere, & apud alios veterum monumentorum Collectores Diplomata & Chartae occurunt, quae dubiam hanc Epocham faciunt. Vide etiam, quae in hoc idem argumentum concessit doctissimus vir P. Johannes Andreas Aste-

A zatus Monachus Benedictinus in Appendix ad Opusculum Manelmi Brixianni. Porro censuit Eccardus Tom. II. Rer. Francic. Carolum istum ad Imperatorium culmen deductum Anno DCCCLXXXI. recurrente sacro die Epiphaniae, hoc est die VI. Januarii; at illius sententiam enervant, quae Clariss. Saxius adnotavit ad Sigenii Libros de Regno Ital. Tot ergo tenebras is tantum excutere possit, qui sub oculis easdem pergamenes habens, diligenter expendat, quae authenticae revera sint ac germanae, quae vero confitae, aut interpolatae; & rursus quae autographa, quae vero apographa: Librariorum quippe ac Typographorum incuria aut ignorantia plures, quam putamus, errores in majorum monumenta invexit. Denique sunt nonnulla, quae, quamvis inter se pugnare videantur, accurato tamen criterio utens, ad concordiam rite redigere possit. Quam in rem Lectori exemplum minime contemnendum exhibere juvat. Adseratur in Archivo Capituli Canonorum Mutinensium antiquissimus Codex Epistolarum veterum Pontificum Romanorum, ab Isidoro Mercaatore confitetur. Ibi haec adnotata in margine leguntur: VII. Kalendas Augosti per Indictionem Quartam Decimam, Feria III. Luna XXII. posuimus fundamenta in Capella, quam in tumulo Vallis munito fecimus in Habrica, in honore Sancti Salvatoris, & Sanctae Mariae, & Sancti Johannis Sacrae, tempore Domini Karoli Terti Imperatoris, Anno Imperii ejus Secundo. Notae istae exhibit Annum DCCC-LXXXI. tanta perspicuitate, ut nihil melius sit exspectandum. Si autem Julio Mense ejusdem Anni DCCC-LXXXI. decurrebat *Annus Secundus Imperii*: ergo corruunt, quaecumque haec-

haec tenus allata sunt. Utique ad haec stupui. Codicem rursus diligentissime inspexi. Alio charactere, quam exaratus sit Codex, ea scripta agnovi: attamen & ipsius Notae characteres quadrati erant ac vetustissimi, ita ut nihil dubitem, quin ipso Anno DCCC-LXXXI. eadem nota ad marginem accesserit. Quod si hanc erroris expertem dicas, jam habes, Annos Imperii Caroli Crassi numerari coeptos suisse ante diem XXVI. Julii Anno DCCCLXXX. Hoc autem aequa pugnat cum sententia Baronii & Pagii. Verum nodus ita mihi solvendus creditur. Hoc est, adhibita suit a Scriptore notae illius Epochae Regni, non vero Imperii, secundum quam die XXVI. Julii Anni DLCCCLXXXI. dcurrebat Annus Secundus Caroli Regis, non vero Secundus Imperii ejus.

Post Chronologicam istam excursionem repetamus iterum membranam Mediolanensem Anni DCCCLXXXII. Non levis ibi eorum numerus, qui duplii nomine utuntur. Neque alia ratione factum, nisi ut ab aliis ejusdem nominis ac loci secernerentur. *Leo Judex* dignoscendum se praebet a munere suo, uti & *Aginaldus Judex*, *Ambrosius Notarius*, *Hilderadus Notarius*, *Petrus Presbyter*. Alios locus discernit; nempe *Garmarius de Mediolano*, *Warimbertus de Camteriano*, *Andreas Clericus de Blasfonno*, *Adelgisus de Rovenasco*. Alios distinguit *Vassallagii titulus*; puta *Bonus & Adelgisus Vassalli*. Alios denique duplex nomen. Ibi inter ceteros recensetur *Leo*, nudo nomine appellatus: tum succedunt *Leo*, qui vocatur *Pipino*, *Leo*, qui *Plato* vocatur, *Leo Villiscus*. Occurrit & unus *Johannes*, nullo alio nomine ornatus: ac subinde veniunt *Johannes*, qui appellatur *Clasio*, *Johannes*, qui vocatur *Peluso*, *Jo-*

Tern. VIII.

A *hannes Russo*. Ita post *Luvolum* unico nomiae designatum, numerantur *Luvolo da Flume*, *Luvolo*, qui dicitur *Plato*, *Luvolo filius* quondam *Dominiconi*. Ita denique *Bonellus* nudè nominatus, post quem sequuntur *Bonellus Vetulo*, *Bonellus*, qui dicitur *Magniano*. Viden, ut iis Saeculis, vel fine utili & laudabili Cognominura usu, aliquam rationem invenere homines sese invicem distinguendi? Consule etiam, si lubet, Chartam Vulturnensis Coenobii Part. II. Tomi I. Rer. Italicar. pag. 435. Atque hec locum habet, quod apud Ughellium Tom. V. Ital. Sacr. in Appendice ad Episcopos Tiburtinos legitur in Charta scripta Anno II. *Domni Silvestri Papae*, & *Otonis Tertii Imperatoris Anno IV. Indictione XIV. die XXIX. Mensis Novembris*, hoc est, Anno Millesimo a Christo nato, quamquam in Epocham Ottonis mendum irrepsérit. Ibi *nobilissimi Viri*, qui recensentur & nominantur, aliqui *cum Cognominibus*, alii *cum Patris nomine*, habitatores dicuntur *Civitatis Tiburtinae*. Quod hec Cognomen appellatur, nihil aliud mihi creditur, nisi *Surnomen*, quod nunc dicimus *Soprano*, quo illi a ceteris distinguebantur. Non ita tamen haec dicta velim, ut opinemur, ubique & semper hujusmodi circumspetione cavisse sibi ab erroribus Majores nostros. Sunt enim in eorum monumentis infinita nomina sine ulla distinctione, quae an iis tenebras parerent, ignoro: certe ea nunc nobis legentibus pariunt. Jamdiu monuerat clarissimum Literariae Reipublicae lumen Mabillonius Lib. 2. Cap. 6. Rei Diplomaticae, *Saeculo IX. maxime & VIII. accessisse viris insignioribus & literatis aliud Nomen adscititum*. Unde *Carolo Magno*, *Davidis*; *Alcuino*, *Flacci-Albini*; *Raba-*

no, Mauri; Radberto, Paschasi; Adelhardo, Antonii & Augustini; Walae, Arsenii & Hieremias; Riculfo, Damoëtae. Explicatione haec indigent. Certum quippe est, nullum aliud nomen Saeculis iis accessisse propriis Regum & Principum Nominibus. Eos appellare cum additamento Regiae dignitatis, Ducalis, & ut ita loquar, Comitatensis, sat fuit ad ipsos dignoscendos. Si ejusdem nominis plures uno tempore vivebant, Patris appellatio ambiguitatem tollebat. Coniecta ergo a literatis Viris, & veluti Poëticâ licentiâ in Libros & Dialogos inventa fuere nomina Davidis pro Carolo Magno: Antonii & Augustini pro Adelhardo: Arsenii & Hieremias pro Wala Corbejeni Abbatे &c. Nos nunc appellamus Nomi di Cifra. Quod praecipue constat ex ejusdem Wala Vitâ, conscriptâ a Paschasio Radberto. Nullus autem hujusmodi Nominum usus fuit in quotidiano hominum commercio. Praeterea non literatis tantum Viris, sed etiam indoëtis & vulgaribus, duo interdum nomina accessere, quorum alterum proprium Nomen, alterum adscititum, & veluti Agnomen, fuisse puto: sive id casu contingere, & ex aliorum bono perverso studio (quemadmodum in Agnominibus imponendis usuvenire vel nostrâ aetate cernimus) sive id ex necessitate fieret, ne ejusdem Nominis homines inter se confunderentur. Hoc etiam innui in Praefatione ad Carmen Ermoldi Nigelli Part. II. Tomi II. Rer. Italicarum. Abbatì illi Hermoldus, sive Hermentoldus fuit proprium nomen. Accessisse postea alterum sive Nomen, sive Agnomen, videtur, ut inter alios Ermoldos peculiari aliqua appellatione distinctus appareret. Nunquam ergo fuit Nigellus, quod nos

A diceremus il Negretto; uti Alcuinus Albinus, idest il Bianchino; Walafridus Strabo, scilicet il Losco, aut il Guercio; Rabanus Maurus, nempe il Moro; Amalarius Fortunatus, l'Avventuroso, aut il Fortunato; Lupus Servatus, il Salvato, & alii. Sunt autem, qui putant, apud Francos unis Literatis additum fuisse alterum Nomen Romanum, conjunctum nempe venustatis causâ cum barbarico suae gentis: quod an certum sit, aliis investigandum relinquo.
 Sed aliquid jam tandem de hisce Agnominibus proferamus: quorum sane origo non a moribus mediæ aevi, sed ab ipsis antiquissimis Seculis est petenda. Nos Italice Sopranomi appellamus: & Supernomina etiam vocitarunt veteres. In Additamentis ad Chronicon Casauriense a me factis Par. II. Tomi II. Rer. Ital. ad Annū Christi MXLIX. occurrit Oteberto, qui Supranomen Fratello vocatur. Idem quoque repetitum vidi in authenticâ pergamenâ, existente in insigni Tabulario Capituli Canonicorum Mutinensium, ubi haec leguntur: Regnante domino Berengarius, gratiâ Dei Imperator hic in Italia, Anno Tercio, de Mense Augusto per Indicione Sexta (idest Anno DCCCCXVIII.) Placuit atque convenit inter domino Gottfredus gratiâ Dei Episcopus Sanctae Motinensis Ecclesie, necnon inter Leo filio quondam Petri Garuizioni habitator in Colegaria, liberum homine &c. Excolendam ei tradit Episcopus terram, que obuinat per Cartulam offensionis de Lamperto filius quondam Leonardi, qui supernominatur Cavinsacco &c. Vetustior quoque membrana in eodem Archivo haec habet: Lutharius divinâ prouidentiâ Imperator Augusto, Anni Imperio ejus in Christi nomine Vigissimo Quarto, die Nonodécimo de Mense Abrile,

brile, Indictione Sexta. Constat me, Garriperus filius quondam Arripaldi, qui supernominatur Incendi-messe, avitatur de Formigine &c. Scripta est Charta haec Anno DCCCXLIII. Ista etiam Suprannomina appellata vidi Praenomina. Chartae scriptae Anno MCCXIV. & existentia in Archivo Communis Mutinae, subscripta Tedericus, Praenomine Ragacius, sacri Palatii Notarius. Immo sub ipsis etiam Romanis rerum dominis, ejusdem quoque consuetudinis certissima documenta habemus. Egregium illud in primis est, quod Suetonius scriptum reliquit in Vitellio Cap. 18. Cui, inquit, Tolosae nato Cognomen in pueritia Bocco fuerat: id valet gallinacei rostrum. Ita ergo est appellatus Antonius ille, Vespasiane exercitus Dux, quod, ut opinor, nimis prominentem aut aduncum nasum ei natura dedisset. Atque heic animadverte vocem Bocco, non Latinam, sed aut ex antiquo Italico, aut e Celtno sermone sumtam, adhibitam fuisse ad illius Agnomen statuendum. Rursus idem Suetonius in Caligula Cap. 9. Caligulae Cognomen castrensi joco traxit, quia manipulario habitu inter milites educabatur, hoc est, a Caligis, quae non tibiarum, sed pedum tegumenta fure, a manipulariis & gregariis mili-

A tibus usurpata. Quod verò Caius puer parvis Caligis uteretur, Caligula appellatus est. Porro novimus, Cognominis voce veteres significasse, quod nos Sopranome appellamus. Neque aliter explicandus Gregorius Turonensis, qui multis in locis haec Supernomina, aevo suo familiaria fuisse prodit, eaque Cognomenta vocat. Memorat Lib. 4. Cap. 26. Austrigildem Cognomento Bobilam. Ita Lib. 7. Cap. 3. Vedastem Cognomento Avonem, ut reliqua omittam. Ita in marmore tabula Romae positâ, quam Cardinalis Baronius ad Annum Christi DXXXI. Norisius, Holstenius, Pagius, & alii attulere, legitur Inscriptio posita Anno iterum post Consulatum Lampadi & Orestis, idest Anno Christi DXXXII.

B SALBO (hoc est Salvo) PAPA N. IOHANNE COGNOMENTO MERCVRIO.

C Scilicet Johannes II. Papa praeter proprium Nomen, adscititium alterum gerebat. Idem quoque Langobardis regnantibus factum. In Tabulario insignis Brixiani Parthenonis D SanctaeJuliae antiquissimum apographum vidi Chartae, ubi occurrit Maurentius, qui Bovorculus nuncupatur. Lectorem non pigebit eandem accipere tenebris ereptam.

Maurentii, qui & Bovorculus, Charta, concedentis Anselpergae Abbatissae Monasterii Brixiani Domini Salvatoris & SanctaeJuliae terram ad deducendam aquam in idem Coenobium, Anno 761.

R Egnante Dono Desiderio & Adelgis viros excellentissimos Reges, Regni corum Quinto, &..... sub die XV. Kalendas Magias, Indictione Quartadecima. In Christi nomine: promitto atque spondeo ego Maurenzius, qui Bovorculus nuncupatur, filius quon-

E dam Aristeus, habitator intra muros Civitatis Brixianae prope Portam Mediolanensem, loco qui dicitur Parevaret, unde etiam cum promisso Massariae Socrus meae, tibi Anselpergae dicatae Deo Abbatissae Monasterii Domini Salvatoris intra predictam Urbem Brixianam

fundatum, de Curriculo illo, per quem graditur aqua ad suprascriptum Monasterium vestrum, & estat ex parte constituto intra Casellam habitationis meae, videlicet terrolam, quae foris ipsa casa est, juri meo perinentem usque ad pedes treginta sex insimul per longum, ita ut amodo & in perpetuum sine mea, heredumque meorum interdictione permaneat ibi semper: & si qua tempore inter se qualebit conturbatio vel ruptura terram, que erga ipsum curriculum accesserit, liberam licentiam habeat pars Monasterii vestri omni tempore fodere & aperire terram, que erga ipsum estat, ad recooperandum, in quo lesum aut conturbatum fuerit. Et si ego suprascriptus Maurentius, vel mei heredes in aliquo disturbancem ex ipso Curriculo fecerimus, aut quoconque tempore oportuerit ad recooperandum eum interdixerimus, in quo superiorius decernutum est, & contra hanc Cartulam promissionis ire quandoque tentaverimus per nos, aut suppositam aliam, vel qualemcumque personam, Principi aut Judici suplicandum, per quam vero modo & manifestum fuerit, componat parti supradicti Monasterii tibi Anselperga Abbatissae, vel successoribus tuis penam nomine aur.... uaginta, & pene soluci..... sens promissio suum opineat roborem; sic ita ut si aqua ex ipso curriculo for..... per terram erupe-

A vit, non sit neglegentia iam dicti Monasterii ad recooperandum eum, ne vobis grave, & ips..... inferat dampnum, quod impossibile videatur esse aut intollerabile prolongaverat dilatationem. Unde accepi ego Maurentius per hanc promissionis pagina ex Sacculo Monasterii, auri Solidos tres & tremisse, ut stabilis permareat omni in tempore. Quam vero paginam promissionis Tanoaldi scriendum rogavi.

Batum Brizia feliciter.

Signum manus ✠ Maurentium recognoscens ad omnia suprascripta.

Signum ✠ manus Masarie Socre ejus consentientem.

C ✠ Pascalis rogatus a Maurentio qui & Bovorcolo, consentiente Masaria Socru ejus, in hac pagina promissionis testis subscripti, & suprascriptos Solidos dare vidi.

✠ Luponius rogatus a Maurentio qui & Bovorcolo, consentiente &c. ut supra.

Leo rogatus a Maurentio qui & Bovorcolo, consentiente &c. ut supra.

D ✠ Ego suprascriptus Tanoaldus huic page promissionis scripti, & subscripti, quam post traditam complevi.

Similem Chartam ad idem argumentum spectantem, in eodem Archivo Brixiano SanctaeJuliae mihi visam, addere heic lubet.

Valeriani & Liodoaldi Charta, concedentium Anselperga Abbatissae Monasterii Brixiani Sancti Salvatoris & SanctaeJuliae jus canalis ad deducendam aquam in idem Coenobium, Anno 761.

R Egnante domino Desiderio & Adelgis, viros Excellentissimos Reges, Anno Regni eorum Quinto & Secundo, sub die VIII. Kalendas Aprilis, Indictione XIV. In Christi nomine, promittimus atque spondimus nos Valerianus & Liodoaldus germani, filii quondam

E Leonis, habitatores intra muros Civitatis Brixianae, tibi Anselperga dicatae Deo Abbatissae Monasterii Domini Salvatoris intra Civitatem Brixianam fundatum, de Curriculo illo, per quens graditur aqua ad Monasterium vestrum, & estat ex parte constitutum intra Ca-

sam vel Curtem habitationis nostrae, usque ad pedes quinquaginta sex juxta, ut deinceps & in perpetuum sine nostra, beredumque nostrorum interdictione permaneat semper omni tempore, inter se qualebit conturbationem, vel rupturam, aut lesionem alia accesserit, liberam liceniam habeat pars Monasterii vestri omni tempore fodere & aperire terram, que erga ipsum estat, ad recooperandum, in quo conturbatum fuerit. Et si quis ex nobis, qui supra Valerianus & Liodoaldus beredes in aliquo disturbancem fecerimus ex ipso Curriculo, aut quali in tempore oportuerit ad recooperandum cum interdixerimus, in quo superius legitur, & contra hanc Cartulam promissionis ire quandoque tempraverimus per nos aut qualcumque personam, Principi aut Judici suplicandum, pro quo manifestum fuerit, componamus ad partem superscripto Monasterio tibi Anselpergae Abbarissae, & successoribus tuis, auri Solidos quinquaginta, & post pene solutionem presens pagina obtineat roborem: sic ita ut si aqua ex ipso Curriculo foras ruperit, non sit negligentia jans dicti Monasterii vestri ad recooperandum, ne vobis grave & impium inferat damnum, quod possibile videatur esse aut intollerabile, prolongaverat dilationem. Unde accepimus nos Valerianus & Liodoaldus promissionis Launicbild, secundum Legem nostram, a te Anselperga Abbarissa ex sacculo, ut supra, Monasterii vestri, auri Solidos numero sex, & duo tremisse, ut stabilis permaneat. Quam vero paginam promissionis Tonaidi scribendum rogavimus, qui & ego ex dictato Laurentio Notario scripti.

Actum Brixia feliciter.

Signum ✠ manus Liodaldi recognoscens ad omnia superscripta.

✠ Valerianus hanc paginam promissionis cautionis a nobis factam subscripti-

A mus, selectae scribere obtuli, roboravi & subscripti, auri Solidos sex & duo tremisse accepi.

✠ Leo rogatus a Valeriano & Liodaldo germanis in hac pagina promissionis & obligationis testis subscripti, & superscriptas res Launicbild dare vidi.

Pollecius rogatus a Valeriano & Liodaldo germanis &c. ut supra.

✠ Ego superscripto Tanoaldus huic pagine promissionis scripti & subscripti, quam post traditam complevi.

B Erant autem illa Nomina, quae superius tum ex Gregorio Turonensi, tum etiam ex priori Charta Brixiana attulimus, veluti duo Nomina, quorum alterum in Baptismo, alterum ante vel post Baptismum (idque frequentius) a parentibus, aut a Populo imponebatur. Diu enim mos apud Christianos obtinuit, ut ad aliquot annos, eosque interdum multos, Baptismus differretur, isque solenni ritu in pervigilio tantum Paschatis & Pentecostes celebraretur, nisi periculum vitae imminens ministrandum ante suaderet. Tunc ergo ante Baptismum infantibus Nomen dabatur. Vide Beroldum in Dissertatione LVII. de Ritibus Ambrosianis. Porro adeo insita est in Populis libido & consuetudo hujusmodi vetustissima Agnominum imponendorum, ut adhuc constantissima perduret inter plurimos Italiae Populos. A Mutinensi quidem Urbe paene prorsus excessit. ut rem domestico testimonio confirmem. Verum in Castellis, & ruri potissimum, multus est usus Agnominum, vixque ullus interdum est e rusticis in aliquo Vico, qui ex Agnomine, quam ex nomine, non sit notior viciniis suis. Idem a Gallis in militia factum animadverti. Haec autem Agnoma, quamquam

ne-

necessitas aliquando invexisse videatur, attamen progradientibus Seculis, & nostro praesertim, improbitas hominum, & quidam male feriatus ardor, eadem instituere consuevit. Nempe in sacro lavacro suum cuique Nomen imponebatur: sed saepius praevalebat alterum Nomen, quod aut ante Baptismum, aut postea domestici, vicinive, ex arbitrio suo invitis plerumque hominibus apponebant. Honesta, fateor, & grata ex iis perquam multa fuere; sed non pauca vituperationis & scommissatis speciem referebant. An antiqui Langobardi, donec eorum Re-

A gnum ac fortuna in Italia stetit, hisce ludibriis delectarentur, nondum deprehendi. Ultra enim quam creditur, quidquid Nobilitatis colorem laedere poterat, illi aversabantur; neque fortasse quisquam tolerasset ejusmodi Nomina, si dictiori notam importassent. Verum sub Carolinis Caesaribus, ac deinde frequentius B sub Regibus subsequutis, eadem Agnomina in usu fuisse deprehendi. Duo tantum exempla instar omnium mihi erunt. Primum descripsi ex Archivo antiquissimi Monasterii Sancti Zenonis Veronensis, ubi vetustum apographum adseratur,

Berengarius I. Rex Curticellam Johanni, cui Bracca-curta agnomen; infidelitatis damnato ademtam donat Monasterio Sancti Zenonis Veronensis, Anno 905.

IN nomine omnipotentis Dei eterni. Berengarius divina ordinante clementia Rex. Quia sacris & venerabilibus locis temporalia Regie dignitati conferre subsidia convenit, idcirco omnium fidelium sancte Dei Ecclesie, nostrorumque presencium scilicet ac futurorum novarit sollertia, Johannem quemdam, cui alio nomine Bracca-curta vocitabatur, nostre olim fidelitati offensum, in qua etiam perdurans comprehensus est & multatus, cuius res, omnisque substantia legali judicio nostre fuit ditioni subiecta: qui suo Regi est infidelis, convictus, juxta sanctam Legem, res ejus infiscentur, & anime sue incurrat periculum. Nos verò divino amore accensi, precibusque Conjugis nostre Bertile inclinati, quandam Curticellam, que jam dicto infidieli nostro fuit, & postea nostra potestati legaliter advenit, sitam in Villa Pieta, que Donatoria vocatur, & Silva, que vocatur Carpene, da cuius fines sunt ex uno capite Nocitulum, &

C ex alio capite Fossa, que nuncupatur Ponanon, ex uno latere Agricia, ex alio Corvolata: pro remedio anime nostre, ac predecessorum nostrorum, Monasterio beatissimi Pontificis, Christique Zenonis Confessoris, ubi ejus Corpus humatum quietescit, per hujus nostri Precepti paginam, ad usum & necessitatem Monachorum i-nibi Deo militantium jure proprietario concedimus, & ex integro perdonamus, cum casis videlicet, mansis, terris, vineis, campis, pratis, pascuis, silvis, saletis, aquis, aquarumque decursibus, piscationibus, molendinis, redditibus, Servis utriusque sexus, Aldionibus ac Aldianis, montibus, planiciebus, diviso & non diviso, sortito & non sortito, cyboribus pomiseris & in pomiseris, scis cum omnibus ad eandem Curtem pertinentibus, que dici aut nominari possunt, in jam dicto Monasterio beati Zenonis largimur & de nostro jure, & donamus in ejus jus & deminium, modis omnibus transfundimus, & perpetuali

tuali jure perdonamus & cedimus: eo
videlicet ordine, ut nullus Dux, Comes,
Vicecomes, aut aliquis propinquus, aut
affinis jam prenominati infidelis nostri
Johannis, Monachos aut Monasterium
beati Zenonis Confessoris Christi molesta-

A re aut inquietare aliquando presumat,
sed licet omni tempore tenere, possidere,
seu quicquid voluerit, ex omnibus agere
nostra plenissima largitatem absque alicu-
jus hominis contradictione vel minora-
tione. Si quis igitur &c.

Signum Domini



Berengarii serenissimi Regis.

*Ambrosius Cancellarius ad vicem Ardingi Episcopi & Cancellarii recognovi & sub-
scripsi.*

*Data III. Nones Augusti, Anno Dominice Incarnationis DCCCCV. Domini vero Be-
rengarii piissimi Regis XVIII. Indictione VIII.*

Actum Piscariae in Dei nomine feliciter. Amen.

Habemus heic Jobannem, qui alio
nomine Bracca-curea vocabatur. Nomen
quidem hoc in loco sumendum pro
Agnomine; etenim germanum ejus
nomen, ut liquet, *Jobannes* fuit. I-
ta in Charta Chronicorum Vulturnensis
pag. 441. Part. II. Tomi I. Rer. I-
talicar. scripta Anno DCCCCLXVIII.
memoratur *Jobannes*, cuius supranomen
vocatur *Gualacere*. In altera Charta
Anni DCCCCLXXXI. pag. 465. Pla-
cito cuidam interest *Jobannes*, qui
supranomen *Walatcheri* vocatur, ut ce-

B tera omittam. Ita quoque in Charta
Audiberti Abbatis Veronensis Anni
DCCCCXLV. in Dissertatione XXXI.
de *Placitis*, occurrit *Lupo*, *Suplain-
puno nominatus*, idest *Soppia*, sive
Soffia-in-pugno, aut *Suppa-in-pugno*.
Sic Sergio IV. Papae ante Pontifici-
atum agnomen *Os Porci*, *Bocca di
Porco*, nomen vero *Petrus* fuisse tra-
ditur. Accipe & alteram Chartam,
quam ex Archivo Monachorum Lu-
censium Montis Oliveti depromsi.

*Inquisitio de juribus quibusdam Monasterii Lucensis Sancti Pontiani,
jussu Bonifacii Ducis & Marchionis Tusciae habita,
circiter Annum 1046.*

Breve recordationis facio ego Marti-
nus Abbas, de Piscaria de A-
qua de Osare.

Bonifatius gratia Dei Dux & Mar-
chio rendidit ille duo sepes de Aqua
Auseris, medietatem de lamprede, &

D omnes pisces, qui ibi capti sunt, quos
antea Farulfus filio Lei Judez Domini
Imperatoris sibi retinebat. Tunc pree-
cepit Dux & Marchio Bonifatius Te-
daldi filius ad Ministeriale suum U-
berto nomine & ut probaret propter fi-
deles

deles laici, nec non & senes illius Villule, si esset hec sepes de Monasterio Sancti Pontiani, sicut audiebat. Nam una dierum Mense Martio secunda septimana infra quattuor perrexit iste Uberto cum aliis boni viri ad Villulam illam Flexo nomine, ubi sunt Piscariae, ut interrogarent, si de Monasterio illo fieri deberent medietatem de iste duo sepes. Et praecepit & rogavit, qui ibi aderant, ut veritatem panderent si vera esset de iste duo Piscarie. Et responderunt omnes una voce dixerint: Vera, vera sunt, Domine, que audiisti: & testificamus & juramus, quia medietatem de piscationibus fieri deberent Abbatibus. Qui constituerunt omnes, ut per sacramenta probarentur. Statimque venerunt tres viri fratres consanguinei, & Dominum timentes, in presentia Domini illi Uberti Ministeriale de Luca, & Berizi Judex Domni Imperatoris, & Advocato piissimi Marchionis. Bellibomo qualem juravit primus. Deinde Bonato juravit secundus. Tertius Andrea finivit sacramenta; quod iste duo sepes super omnes alias sepes fieri derent (sic) omnes pisces propri de

A Fratres Monasterio, & lamprede, que ibi ad erant medietatem Marchionis, & medietatem Monasterii. Iste sacramenta fuit in presencia Uberti Castaldi, & coram Belibomo Advocato. Ibi fuit Farulfo filio Lei Judex, & testimonia multa habemus. Et hoc Breve recordationis fieri jussérunt.

B

D Ego Pacio Notario Domini Imperatoris interfui.

X Alderi filio Ilditi ibi fuit.
Jerardi filio Wrdi interfui.
Gunzo Clerico ibi fuit.
Drudo filio Teuzi interfuit.
Jobannes filio Ermingtoni ibi fuit.
Ildibrando filio Fraimi interfui.
Petrus de Vallecla ibi fuit.
Alboni Pane vetero interfuit.
Teuzo de Flexo ibi fuit.
Ego Petrus filio Bonati de Flexo ibi fuit.
Post hec omnia acta investivereunt nos illi Piscatores, quanto tempore nos placet de decem & octo lamprede. Duo debent habere.

C

D

Subest huic Chartae subsequens Monogramma Martini Abbatis.



Inter eos, qui subscribunt, jam animadvertere potuisti numeratum Albonem, seu Alboni Pane-vetero, idest Albone Pan-vecchio. Sed Agnominhaec flores appelles in eorum comparatione. quae praesertim post Annū Millesimum increbuerunt. Tunc auditus est Pela-vicinus Marchio, tunc Mala-spina Marchio, Mal-nevothe, Buc-

E ca-badata, Caga-pistus, Tignosus, Rana-Celta, Manigoldus, Embriacus, Ruba-Conte, Ruba-Castellus, Landulphus Caronia (idest Carogna), Guazo Tasta quadum, Mangia-troja, Mala-branca, Mala-gonella, Conradus Musca-in-cervello, Landus Dantus-Diabolo, Robertus Pan-de-Milius, Scanna-Sorice, Scanna-beccum, Pan-di-Segala, Caput-Afini,

Afini, quod nomen occurrit mihi in Charta Mutinensi Anni MCLX. Nomen idem seu Agnomen cuidam Militi impositum scribit Ordericus Vitalis Lib. 8. Histor. *prae magnitudine capitum, & congerie capillorum.* Quippe repetendum est, nihil Gallos, Britannos, aliosque Populos genti Italicae concessisse in ejusmodi Agnominiibus adinveniendis ac infligendis. De Roberto Normanniae Duce, in sacra expeditione celebri, haec habet idem Ordericus Lib. 4. pag. 545. *Erat facie obesa, corpore pinguis, brevi que staturā, unde vulgo Gambaron cognominatus est, & Brevis-ocrea.* Sunt apud illum & alia complura exempla. Haec autem *Agnomina*, quod mirere, tantā pertinaciā personis adhaerebant, ut ab ipsis denique adoptarentur, immo, uti olim apud Romanos, *Pacis*, *Sirbonibus*, *Ciceronibus*, *Lentulis*, *Nasonibus*, *Nasicis*, *Varonibus* &c. accidit, in Familiarum Cognomina transierint: de qua re mihi sermo erit in Dissertatione subsequenti. Praesentem claudam, quum prius duo monuero. Primum est, vetustis Seculis morem illum viguisse, quem nostris quoque, in Principum praeceps ac illustrium virorum Familii, immo & quandoque in Plebejis, diligentissime observatum conspicimus. Nempe majorum ex latere paterno, & potissimum Avi, ac non raro ipsius Patris Nomen ac memoria renovabatur in filiis. Si plures erant liberi, e materno etiam stipite Nomina desumebantur: cui consuetudini tribuendum in primis est, quod in una Familia non semper eadem Nomina propria audirentur, sed sensim alia intermiscerentur. Immo praeferebantur interdum Nomina materni stipitis, si illustrior eorum fama erat, quam paterni generis. Qui

A foret hac in re olim Plebis usus, non satis constat. Neque enim ulla majorum celebritas interveniebat, ut eorum Nominibus perpetuitas aliqua procuraretur in filiis. Attamen credibile est, ipsis quoque curae fuisse hanc Nominum renovationem. Nam & adhuc in ipsa Plebe mos idem perdurat. Certe in Regum & Magnatum Familii eundem morem saepissime deprehendas. Exemplis parco. Haec autem animadversio non modico usui esse potest, in contextendis veterum Genealogiis; non ita tamen, ut uni huic regulae preesse nimis insistendum sit, quum aliae etiam caussae accefserint immutandorum Nominum in Familii; neque una haec notatio sati plerumque sit ad certo distinguenda gentis alicujus capita. Sed cum aliis indicis coniuncta, lucem praebet non exiguum ad internoscendas affinitates & sanguinis derivationem in Illustribus Viris, quam nobis spissae tenebrae antiquitatis eripuisse videntur. Ego certe in Antiquitatibus Estensibus olim investigandis hujuscem moris considerationem perquam utili sensi. Alterum, quod superstite adnotandum, quoties patris viventis nomen filio imponebatur, immo patre etiam e vivis sublato, ut alter ab altero distingueretur, veteres consuevere aut in diminutivum inflectere filii nomen, aut huic addere epithetum *Junioris*, sive *Novelli*. Proinde in Estensi Familia, cui *Azzonis* nomen familiare admodum fuit, *Azzolinus*, *Azzo novellus*, vivente praesertim patre occurrit. Ea de causâ in Familia de Honaria, sive de Romano, usurpatum fuit *Ezil* & *Ezelinus* idest *Eccelino*: in Familia Malatestarum *Malatesta* & *Malatestinus*; atque ita in aliis.

DE COGNOMINUM
O R I G I N E,
D I S S E R T A T I O
QUADRAGESIMASECUNDA.

ЛЮДИМОНОСОВА


С. В. А. С. И. А. О.

С. И. А. Г. А. З. З. Г. А.

С. И. А. Г. А. З. З. Г. А.

DISSESTITO

QUADRAGESIMASECUNDA.



Unc res poscit, ut quando egimus de *Nominibus & Agnominibus* veterum, de *Cognominibus* pauca etiam commentemur. Jam dixi, nulla fuisse *Cognomina* Seculis dominationis Langobardicae, & Francicae in Italico Regno. Romani, ac Neapolitani, qui tamen a Langobardico jugo colla semper illaesa servarunt, & Graecis Augustis diu paruere, ne ipsi quidem tunc habuisse in usu *Cognomina* videntur. Anastasius Bibliothecarius, & Johannes Diaconus nuda nobis nomina hominum plura recensent, aut ex patre, aut ex officio singulos tantum distinguentes. Atqui sensim innotuit, in quantam utilitatem humani commercii vergere posset *Cognomina* nominibus adjicere, ut non tantum caverentur errores in personis dignoscendis, sed etiam Familiae rectius inter se una ab altera discriminarentur. Nulla enim meliori ratione Familiarum praecipue privatrum Majores internoscere fas erat, quam si eodem Cognomine donarentur. Age vero dicamus, quo Seculo horum usus in Italia invaluerit. Hoc ergo statuo, Saeculo Christi X., & latius XI. latissime tandem XII. *Cognomina* ab Italicis usurpari

A coepita fuisse. Non uno, inquam, Seculo didicerunt homines, suam hoc pacto designare Familiam, sed multis: nam ut nunc vile vulgus Sigillis minime utitur, ita neque olim Cognomina adhibere consuevit. Proinde vel ipso Seculo XV. (uti in Regestis Feudorum, ac Emphyteuseon Serenissimae Estensis Familiae animadverti) plures adhuc ignobiles Cognomento carebant, & aut Patriam, aut Artem suam ad se distinguendos a ceteris praeferebant. Primi, qui inter Italos Cognominibus viam aperuisse videntur, si fides Andreae Dandulo in Chronico, quod evulgavi Tomo XII. Rer. Italicarum, Veneti fuere. Is enim ad Annum Christi DCCCIX. nobis exhibet Angelum Particiacum Venetiarum Ducem: tum ad Annum DCCCXXVII. Justinianum Particiacum: ad Annum DCCCXXIX. Jobannem Particiacum: ad Annum DCCCXXXVI. Petrum Tardonicum: ad Annum DCCCLXIV. Ursonem Particiacum: ad Annum DCCCLXXI. Jobannem Particiacum: ad Annum DCCCLXXXVII. Petrum Canadianum, ac deinde alios Duces Particiacos, & Candianos, & Badoarios, & Urseolos, & Memos, ut alios præteream; & singulos ante Annum a Christo nato Millesimum. Est etiam mihi ad manus Ottonis Magni Augusti Diploma Vitali Candiano Vene-

D

to

to concessum, quod ex Archivo am-
plissimi viri Antonii Rambaldi Co-
mitis de Collalto, intimi Caesarei

A Consiliarii suppeditavit mihi doctis-
simus vir Henricus de Collalto Ab-
bas Commendatarius Sancti Salvatoris.

Donatio Curtis Musestre facta Vitali Candiano Veneto
ab Ottone I. Imperatore, Anno 963.

IN nomine Sancte & individue Tri-
nitatis. Otto divina favente clem-
entia Imperator Augustus. Noverit
omnium fidelium sancte Dei Ecclesie,
nostrorumque, presentium scilicet &
futurorum industria, Vitalis Candianus
Veneticus, noster fidelis, suppliciter no-
stre pietatis exorasse clementiam, quate-
nus quandam Curtem juris Regni nostri,
que dicitur Musestre, adjacentem vide-
licet in Comitatu Tarvisiensi, & cum
Silva de Vivalda, seu etiam cum Villa

B runcupata Barbarana, & cum univer-
sis ad eam Curtem pertinentibus vel a-
spicientibus, necnon & Pratum perti-
nentem de ipso Comitatu Tarvisiensi,
quod dicitur Regale, & piscationem in
fluvio, qui dicitur Syle, qualiter per
hujus nostri Precepti paginam jure pro-
prietario Vitali Candiano fidi nos tro
concedere dignaremur. Cujus petitioni-
bus &c. ut in Diplomate Berengarii
Imperatoris Anno DCCCCXXI, quod
in hoc Opere evulgavi.

Signum Domini Ottonis Magni



& invictissimi Imperatoris Augusti.

Luugerius Cancellarius ad vicem Widonis Episcopi & Arbecancellarii recognovi &
subscripti.

Datum VII. Kalendas..... Anno Dominice Incarnationis DCCCCCLXIII. Indi-
cione VI. Anno Imperii Magni Ottonis Imperatoris Augusti Secundo.

Actum in Monte Feretri ad Petram Sancti Leonis.

Hic idem Vitalis Candianus fuisse
videtur, qui paucis post annis Vene-
tiarum Dux fuit renuntiatus. Ergo
habemus decurrente Saeculo Decimo
apud Venetos Cognomina nobilium
hominum. Attamen ut quod sentio
libere edicam, non illico acquiesce-
rem Andreae Dandulo supra laudato,
quum sub Carolo Magno, & ipso
ineunte Saeculo IX. immo & antea,
scribit, easdem Venetiis floruisse no-
biles Familias, suisque Cognomini-
bus distinctas, quarum non paucae-

D adhuc in inclyta Urbe illa ob gene-
ris nobilitatem effilgent. Ita vero a
Dandulo enumerantur: Particiaci, qui
nunc Baduarii appellati sunt; Versilvi,
sive Beligni, qui idem sunt; Candiani,
qui hodie secundum plurimos Sanuti vo-
cati sunt &c. Centranici, Bonadi, Bar-
badici, Mauroceni, Brandanici, sive
Bragadini; Nigri, qui dicti sunt Mau-
ri &c. Tantae antiquitatis minime

E est Dandulus (scrihebat autem circi-
ter Annum MCCCCXXX.) ut sine ta-
bulis certissimus hujus rei testis esse
potue-

potuerit. Quod quum scribo, in ea tamen sententia sum, nullam in Europa Civitatem comparari posse cum Venetis, quod est ad ostendendas per plurima Secula servatas illustres privatae conditionis Familias. Quippe nulli Civitati contigit tandem intactam custodire non suam tantum libertatem, sed pacem quoque internam. Non enim Civium sapientia passa est apud se radices agere domesticas factiones, quae ceteris Italiae Urbibus, simulque nobilibus Familii tantam intulere cladem: neque ulli, vel potentissimo hosti datum est unquam felicissimam Urbem a circumfluo mari munitam eripere Civibus liberis, quoque addere imperio. Ita factum est, ut Nobilium virorum propago ibi melius quam alibi avitum splendorem per longa Secula servarit & servet. Venetis praeterea quanta foret cum Graecis societas & commercium (ut aliis quaestionibus parcam) Langobardis & Francis in Italia regnantibus, Paulus Diaconus, Annales Francorum, Dandulus, aliaque monumenta satis evincunt. Atqui nomina Gentilitia apud Graecos nunquam fuisse omnino antiquata, neque in desuetudinem abiisse, si quis ostendendum sibi sumeret, Auctoribus & exemplis profecto abundaret. Immo neque Agno minibus caruisse videntur. Cedrenus sub Constantino Monomacho memorat Ατανάσιον τὸν Λεγόμενον Κωρόν, Ασανην appellatum Surdum, quod idem est atque cognomento Surdum. Idem pariter sub Leone Basilii filio nominat Νικητανόν πατρίκιον τὸν τὴν ἀπωρυπίαν Σχληνόν, Nicetam Patriarium cognomento, sive ut rectius loquar, additicio nomine, sive Supernomine, appellatum Sclerum, idest

A Durum. Plura aggerere non juvat. A Graecis ergo Veneti Cognominum usum didicerint, aut ab antiquis Latinis acceptum retinuerint. Sed num Seculo Octavo & Nono haec ipsis fuerint, quae nostris nunc auribus sonant, an vero posteri potius gentem suam in antiquissimis suae Urbis Magnatibus se invenisse putarint, aliorum judicium esto. Ego sine testibus ac tabulis affirmare aliquid, aut decernere non ausim. Illud quidem certum, saltem Saeculo Decimo non paucos e Nobilibus Venetis Nomihi suo Cognomen quoque addidisse. Jam supra vidimus dilertis verbis *Vitalem Candianum* ab Ottone Magno memoratum. Ita in altero Diplomate Ottonis III. postea Augusti apud Dandulum, obviam se facit nobis *Jobannes Ursiolus*, vel *Urseolus*, Nunnius Petri Dacis Veneticorum Anno DCCCXII. Erat hic idem Venetorum Dux Petrus ex eadem Familiâ: ejus enim filium Ducem postea & ipsum Venetorum Petrus Damiani in Vita Sancti Romualdi appellat *Petrum Cognomine Urseolum*, qui *Dalmatici Ducatus gubernabat habenas*. Charta quoque Anni DCCCCLXXVI. apud eundem Dandulum exhibit nobis concordiam initam a Sicardo Comite Justinopolitano cum *Domino Petro Urseolo Veneticorum Duce &c.* propter decepsum Antecessoris Petri Candiani Ducis. Adde Franciscum Sansovinum, qui Lib. 13. de Venet. Urbe, Placitum inauit habitum Anno DCCCC-LVIII. in Curte Palatii Domini Petro Duce Candiano. Quod tamen rem confidere uberioris potest, Charta ab Ughellio producitur Tomo V. Ital. Sacr. in Catalogo Patriarchar. Venet. quae si germana statuatur, & ab omni interpolationis suspicione absoluta, invictissime ostendit, Anno DCCCC-LXXXII.

LXXXII. admodum familiaria Venetis eo tempore fuisse Familiarum Cognomina. Illi enim Chartae subscrabit ingens Venetorum multitudo, exempli gratiâ *Boduzius Bragadino*, *Vitalis Graeco*, *Johannes Bembo*, *Dominicus Mauroceno*, *Dominicus Centreno* &c.

Praeter Venetos, ut hactenus vidimus, usos longe ante ceteros Italiae Populos Cognominibus, *Johannes Villanius* Lib. 4. Cap. 9. & seq. Historiar. auctor est, Florentinos quoque antiquis Seculis eadem Cognomina adhibuisse. Recenset etiam quamplurimas vetustas Familias, quarum non paucae illius aevo desierant. Sua Villanius, ut omnes norunt, literis consignabat circiter Annum MCCCXL. usque ad MCCCXLVIII. Quare ne ipsum quidem sat locupletern testem hac in re futurum nobis censeo. Prostant ejus Urbis & reliquae Tusciae Acta complura, aut adhuc in membranis scripta, aut jam evulgata, e quibus elucet, nequaquam ad maiorem vetustatem assurgere Florentinae gentis Cognomina, quam reliquarum Urbium Italici Regni. Olim quoque, hoc est circiter Annum MCCCXC. *Peregrinus Priscianus*, vir doctissimus inter Ferrarienses, quum Annales Ferrarienses scribebat, quorum partem, reliquis deperditis, *Estensis Bibliotheca* adservat, inquirebat, quales fuissent omnium antiquissimae Familiae Ferrariensis Urbis. Innuit autem Chartam conscriptam Anno DCCCLXXIII. in qua memorantur *Guarinus Comes Ferrariensis*, *Abelardus filius Guilielmi*, *Petrus de Patria*, *Uro Judex*, *Johannes Dativus* (idest Judex) *Petrus & Stephanus Dativi*, *Arderatus & Rambertus Comites*, *Leo de Andrea Consul*, *Rosredo filius ejus*, *Leo Consul*, *Gregorius de Danie-*

le, *Gregorius Consul*, *Petrus Consul* filius *Leonis Consuli*, *Ascelmus Consul* filius *Raimbaldo*, *Paulus Consul*, qui vocatur de *Nastasia*, *Jobannes*, qui vocatur *Cristini*, *Petrus*, qui vocatur *Bordellus*, *Jobannes*, qui vocatur *Vassallo*, *Leo Romani*, *Jobannes*, qui vocatur de *Bosio*, *Petrus*, qui vocatur *Stancario*, *Ignezo*, qui vocatur *Imbesemato*, &c. Sunt heic, quae Cognomina videntur; sed quae tamen pro Cognominibus accipienda non esse reor. Jam vides a patris, aut matris nomine plerosque distingui. Alios Agnomen dignoscendos praebet, qualia profecti sunt *Bordellus*, *Imbesematus*, *Stancarius* &c. Ceteros patria ibi memorata, ut cum Scholasticis loquar, identificat. Quare aliorum Italiae Populorum morem Ferrarensis quoque in assumendis nominibus Gentilitiis mihi videtur fuisse imitatus.

Jam verò palam fiat, unde Cognomina originem duxerint, & ad signandos unius Familiae homines deducta fuerint: quod in maximum humani commercii, ac Historiae commodum concessit. Et primo Nobilibus viris adhaerere Cognomentum antiquitus coepit a loco dominacionis, quum parentes in filios & nepotes eandem ditionem transmitterent, & inde Populus certam appellationem sumeret internoscendae nobilis, ac potentis illius Familiae. Ita Christianissimis Francorum Regibus aut nullum Cognomen est, aut Cognominis loco est ipsius felicissimi Regni, cui a tot Seculis dominantur, magnifica appellatio. Nempe *la Casa di Francia* quum dicimus, contiuo intelligimus illam omnium vetustissimam, ac celebratissimam, cui Francicum, sive Gallicum Regnum subest. Ita quum nominamus Augustissimam, ac nobilissimam *Austria-*

cam Familiam, quae tot Caesares habentus Romano Imperio dedit, atque utinam plures dare pergit, nihil aliud significamus, quam Familiam illorum sublimium Principum, quae Ducatum, sive Archiducatum Austriae a multis Seculis regit. Est autem plerumque vetustatis & nobilitatis indicium, praecipue in Potentibus Cognomen, sive Gentilitium Nomen, a Provincia, Urbe, aut loco aliquo arcessere; saepe enim a saepius inde perducimur ad agnoscendum, olim quoque easdem Provincias, Civitates, aut Loca earum Familiarum ditioni subfuisse. Neque alia nomenclatura Regiam Sabaudicam, aut Ducalem Estensem a ceteris Familiiis nunc secernit, nisi quod antiquis Seculis Comites Sabaudiae illa dedit, haec Marchiones Estenses. Et Princes quidem Atestini, ut ostendi in Antiquitatib. Estensib., vel ante Annū a Christo nato Milleſimum Marchiones nuncupabantur, appellatione profecto parum nobis commodā, quum non satis constet, cui Marchiae tunc dominarentur. Ubi verò tandem accessit praeclarissimo huic titulo singularis nota ditionis Estensis, tunc sublata est omnis errandi occasio. In Germania & Gallia Principum ac

A nobilium Familiarum quamplurimae ex hoc fonte praeclarissimum suum Cognomen accepere, illudque retinent, si tamen inter Cognomina recentendam ejusmodi honorificam appellationem statuere fas est. Neque secus factum videoas in Regno Neapolitano, ubi Magnatum Familiae ab antiquis tantum Comitatibus aut Feudis Gentilicia Cognomina deducunt. Illud etiam in Mutinensis ac Regiensibus Familiis Nobilitate praestantibus olim cernere erat, ut de mihi notioribus loquar. Sed fateor, me heic in multas tenebras incurrere: nam ut ut aliquibus revera Cognomentum a Feudis atque a ditionis alicujus loco obvenerit, plurimi tamen se mihi paſſim offerunt, quos locus & patria tantum a ceteris se crevit, sed quibus nulla ditio in eadem loca fuit. Porro quis sibi tribuat in tanta temporum vetustate ac mutatione rerum commode haec posse distinguere? Exemplo erit Charta ad celebrem Comitissam Mathildem pertinens, quam authenticam vidi atque descripsi ex Archivo Monachorum Vallis Umbrosae degentium in Coenobio Pistoriensi Sancti Michaelis in Furcula.

Mathildis Comitissae donatio facta Monasterio Sancti Salvatoris in Alpe Frontonis, Anno 1104.

In nomine Domini nostri Jesu Christi. Anno ab Incarnatione ejus Milleſimo Centesimo Quarto, XIX. Calendas Februarii, Indictione XII. Domina Comitissa Matildis pro amore Dei, & anime sue remedio concessis atque donavit sex cente de terra, que sita est in Curte Pl.... Monasterio Sancti Salvatoris, sita Alpe Frontonis. Et si ille in tem-

E pore ipsa, vel sui successore..... vel causare de predicta terra contra suprascriptum Monasterium temptaverit, aut aliquo ingenio molestare inceperit, vel alicui dederit, aut contra datum aliquod fecerit, quominus predicto Monasterio habere liceat, rem illam in duplum compонere predicto Monasterio suprascripta Domina promisit. Hoc attum est in presencia

sencia Episcopi Motinensis, qui vocatur Dottus, & Archipresbyteri Bonuti, & Aldeprandi Primicerii de Civitate Pistoria. Et ad hoc rogati sunt testes Comes Albertus de Sabloneta, Ragimundus de Bagise, Ugo de Nonantula, Bernardus filius Imelde de Feroniano, Corvolus de Feroniano, Siffo de Bibianello, Wigelmus de Ferraria, Wido de Pisa, Bonitus Advocatus de Pistoria, Bernardus Be-neventanus. Post penam autem solutam hoc scriptum in sua maneat firmitate.

Hoc actum est in Villa, que vocatur Carpenetum, que sita est juxta Civitatem Pistoriam.



Subscripti.

Ego Ardericus Judex interfui & subscripti.

Ego Sigefredus Judex & Tabellio manus mea scripsi & post tradita complevi & dedi.

Episcopo Mutinensi, qui in Charta hac vocatur Dottus, nomen fuit Dodo. Heic autem habes Albertum Comitem de Sabloneta, quem titulus certus ditionis distinguit. Incertum est, an Ragimundus de Bagise (nunc Bai-se); Ugo de Nonantula. Siffo de Bibianello, & Corvolus de * Neroniano (nunc Fregnano) iis locis Feudali titulo dominarentur, quum tamen multa sint, quae eos Comitissae Vassallos fuisse indicant, & Corvuli essent Capitanei de Fregnano, ut ex aliis Actis patet. Certum denique est, a sola patria

A discretos fuisse Bernardum filium Imelde de Feroniano (ut diximus il Fregnano, provinciâ in Mutinensi Ducatu comprehensa) Wigelmum de Ferraria, Widonem de Pisa &c. Contra mihi nulla dubitatio est, quin dominationem in ea loca exercent, unde Cognomentum traxere egregiae Mutinensium Familiae de Saxolo, de Rodilia, de Gomola, de Gandaceto, de Savignano, de Gorzano, de Varana, de Balugola, de Macreta, ut alias omittam. Clarissimum ipsum Montecuculorum Marchionum genus, quemadmodum nostris, ita & antiquissimis temporibus, hoc est Saeculo Christi Duodecimo decurrente, Castro Montecuculii dominabatur, atque inter Capitanos Feroniani celebre fuit. Ita in Regiensi Urbe nobiles Familiae da Canosa, de Sesso, de Foliano, de Dalloc, de Carpineto, de Palude, atque alias, a Castris sibi subjectis Cognomen sumsero. Unde vero vetustissima ac celeberrima Rangonum Mutinensium progenies appellationem suam ceperit, nondum rescivi; neque enim heic ulla ratio habenda est fabularum, quas Franciscus Sansovinus in Libro de Originib. Familiar. Illustr. Italiae, pag. 85. adfert de praeclarissimae hujus Familiae origine. Ego illam ex Germania in Italiam sub Friderico I. Augusto commigrasse opinor. Alibi in hoc ipso Opere Chartam produxi, in qua Anno MCLXVII. nobis occurrit Dominus Girardus Rangonus Imperatoriae Majestatis per Mutinae Episcopatum & Comitatum Legatus. Ita Anno MCLXVI. eidem Gerardo data est a Guelphone Duce Spoleti, Marchione Tuliae &c. investitura Curris Gavassae, teste pergamena, quam Par. I. Cap. 30. pag. 290. Antiquitat. Estens. produxi. Constat

* Legendum Feroniano ex contextu Chartae Donationis.

stat autem ex Vita Sancti Meinwer-
ei Episcopi Paterbrunnensis Tom. pri-
mo pag. 339. Scriptor. Brunsvicens.
Leinbnitzii, extitisse olim Castellum
de Rangun: in Westphalia-ne, an in
Saxonia, videant alii. Quidni Ge-
rardus inde suum Cognomen in Ita-
liam advexerit? Ita aliorum Nobil-
ium Cognomenta ex eorum patriâ,
aut ditionis loco profecta invenies.
Apud Gallos id praecipue factum,
atque hic usus adhuc apud Nobiles
constantissime conservatur: Raphaël
Volaterranus Lib. 22. Anthropolo-
giae, Columnensem originem inqui-
rens, de ea, inquit, nihil sane expla-
ratum. Astorem samen habeo, qui di-
cat eos ex Oppido Columna descendisse.
Recte Volaterranus; neque enim e
Columna, quam in vexillis atque in
stemmate nobilissima illa gens detu-
lit, sed quidem ab Oppido Columna,

A cui olim imperavit, gentilicium ap-
pellationem fortita fuit. Audi Pan-
dolphum Pisanum in Vita Paschalis
II. Tomo. III. pag. 355. Rerum Ita-
licarum, qui circiter Annum MCIV.
haec tradit: His diebus Petrus de Co-
lumpna, Cavas scilicet Oppidum de ju-
re Beati Petri, invaserat: sed dum a-
liena contumaciter resistere ntitur, tur-
piter amisit & Propria. Egressus Urbe
Dominus Papa Cavas recepit. Columpna
& Zagarolum, Oppida Juris Ipsius,
sapienter expugnata, prudenter sunt ca-
pta. Majori in lumine res collocabi-
tur, si duas Chartas proferam e MSto
Codice Cencii Camerarii, quum in-
de non solum eadem veritas eluceat,
& Columnensis restitutum postea
fuisse Oppidum illud ediscamus, sed
etiam praestantissimae gentis poten-
tia Saeculo XII. luculentius intelligi
possit.

Eugenius Papa medietatem Civitatis Tusculanae, & Castra
quaedam emit ab Oddone de Columna, Anno 1151.

IN nomine Domini. Anno Incarnatio-
nis Dominicæ Millesimo Centesimo
Quinquagesimo Primo, Indictione XV.
Mense Decembrio die X. Septimo Anno
Pontificatus Domini Eugenii III. Pa-
pae. Ego Oddo de Columna, consentiente
fratre meo Carlidonio, propria & spon-
tanea mea bona voluntate trado, & ju-
re proprietario concedo tibi Domino Ber-
nardo Cardinali Sancti Clementis,
recipienti nomine & mandato Domini
Papæ Eugenii Tertii, ad partem Ec-
clesiae Romanae, ex contratu permuta-
tionis medietatem totius Tusculanae Ci-
vitatis, & Arcis ipsius Civitatis, cum
omnibus pertinentiis, & finibus & ap-
pendiciis suis, & accessionibus & in-
gressionibus & exitibus suis: cum ter-
ris cultis & incultis, pascuis, prasis,

D silvis, fontibus, rivis, paludibus, &
domibus urbanis & suburbanis, vinetis,
oliveris, castagnis, & cum omni do-
minio & guidonatico. Et omne jus &
omnem actionem, quem in predicta Ci-
vitate & ejus pertinentiis ex successione
Parentum meorum habere videor, do &
trado tibi cum omni suo districto, ad
babendum, tenendum, possidendum, fruen-
dum, & quicquid Dominus noster Papæ
Eugenius, suique Catholici successores fa-
cere inde voluerint, faciendum. Item
concedo tibi praedicto Domino Bernardo
Cardinali Sancti Clementis ad partem
Domini Papæ Eugenii III. & praedi-
ctae Romanae Ecclesiae, ob praedictam
permutationem, Montem Porculi, cum
omnibus suis pertinentiis, exceptis Ter-
ris de Columna, & Terris de Zagarolo.

Insuper pro supra scripta permutatione do
et concedo tibi supra scripto Domino Ber-
nardo Cardinali ad partem supra scripti
Domini Papæ et praedictæ Romanæ
Ecclesiæ, omnem actionem et exceptio-
nem, et omne jus, quod ego praedictus
Oddo de Columna cum fratribus meis ha-
beo in Castro Montisfortini, quod meum
est ex permutatione, quam pater meus
cum patre Tholomei fecit, et pater suus
violenter, et dolo malo possessione praedi-
cti Montisfortini patri meo abstulit.
Omnem igitur, ut praedixi, actionem
et omne jus, quod ad recuperandum
praedictum Castrum Montisfortini, et
ejus districtum habeo, tibi praedicto Ber-
nardo Cardinali ad partem praedicti Do-
mini Papæ et praedictæ Romanæ Ec-
clesiæ, ex causa praedictæ permutationis
cedo et trado et tribuo. Pro qua
permutatione et cessione et traditione
ego Oddo de Columna accepi a te Do-
mino Bernardo Cardinali, ut dixi, San-
cti Clementis, et mandato praedicti Do-
mini Papæ totum Castrum Trebani pro-
prietario jure, et centum decem Libras
Denariorum Papiensium, et centum qua-
draginta Libras Denariorum Lucensium.
Quam meam permutationem, et omnium
praedictarum veram traditionem et ces-
sionem, sicut supra legitur, ratam ha-
bere, minimeque corrumpere, et ab omni
persona omni tempore defendere, me,
meisque successores promitto. Quod si
omnia, sicut praedictum est, non fece-
rimus et non observaverimus, obligo me,
meisque successores, et per stipulationem
spondeo non sine poenæ duplum supra scri-

Aptæ rei, quam tibi trado, praestare ti-
bi, qui supra Cardinali Sancti Clemen-
tis ad partem praedicti Domini Papæ
Eugenii, et praedictæ Romanæ Eccle-
siæ: et poenâ solutâ omnia, quae su-
perius leguntur, firma et illibata per-
manant.

B Actus prope Castrum Fluminarice in
Ecclesia Sanctæ Mariæ, praesentibus
bonis hominibus, quorum nomina subris
leguntur. Quia in tali ordine scribere
rogavi Dominum Johannem Notarium ad
futuram rei memoriam.

C Docibilis, testis rogatus.

Gottifridus Montiscelle, testis rogatus.

Johannes Runtio de Rajano, testis
rogatus.

Donnellus, testis rogatus.

Malavolta, testis rogatus.

E Ego Johannes Signinus Notarius
sanctæ Romanæ Ecclesiæ scripti, et
tale signum feci.

D Praedictæ etiam permutationi assen-
sum præbuit Gregorius Pascibove, An-
no Dominicæ Incarnationis, et Indi-
cione supra scripta, die XVII. Mensis
Decembris, praesente me Johanne supra-
scripto Notario, et praesentiâ Docibilis
Dapiferi Domini Papæ, et Johannis
Runtionis, et Donelli, rogatorum te-
stium.

E Actum est autem hoc in Domo San-
ctæ Luciaæ juxta eamdem Ecclesiam, et
rogatu praedicti Gregorii Pascibove ha-
scripti ego Johannes Notarius Signinus
Domini Papæ Scriniarius, et tale si-
gnum feci.

Oddonis Frangipanis Charta, per quam juri pignoris, quod sibi erat
in Civitatem Tusculanam, renuntiat, Anno 1152.

I N nomine Domini. Anno Dominicæ
Incarnationis Millesimo Centesimo
Quinquagesimo Secundo, Indictione Pri-

ma, Mense Decembris XXIX. Septimo
Anno Pontificatus Domini Eugenii III.
Papæ. Ego Oddo Frajapanis prefector

425 DISSERTATIO QUADRAGESIMA SECUNDA. 426

vit recipisse triginta Libras Denariorum Papientium a Domino Bernardo Cardinale Sancti Clementis, mandato Domini Eugenii Papae III. solvente, pro omni jure signoris Tusculanae Civitatis, quam ab Oddone de Columna ius est foris habebam & possidebam. Promitto etiam tibi praenominato Domino Bernardo Cardinale Sancti Clementis, vel alii nomine sanctae Romanae Ecclesiae accipienti, redde instrumenta signoris, quae a praenominato Oddone de Columna accepi, si aliquo tempore invenire posuero: quod si non fecero, ipsa instrumenta signoris nullius momenti sunt. Et hoc omni tempore in sua firmitate permaneat. Haec omnia, quae supra notantur, rata habere, minimeque corrumpere me, neque successores promitto. Quod si non fecero, & omnia, quae supra dicta sunt, non observabo, obligo me, neque successores tibi Domino Bernardo Cardinale Sancti Clementis, tuisque successoribus, recipienti pro Ecclesia Romana, poene nomine quadraginta Libras Denariorum Papientium. Soluta poena Chartula in sua permaneat firmitate. Unde hi sunt testes:

Docibilis Dapifer, testis rogatus.

Jobannes Runtio de Rajano, testis rogatus.

Donnellus, testis rogatus.

* Ego Jobannes Signinus, sanctae Romanae Ecclesiae Notarius, rogatus scripsi, & tale signum feci.

Animadverte, qui tunc foret ritus Romanae Curiae. Ab incarnatione numerabatur Annus, & nihilominus a Kalendis Januarii illius exordium ducebatur. Indictionem autem adhuc a Septembri Mense suum cursum capiebat. Atque ea quidem, quae haecenus differui, usum habitura sunt in exploranda origine Nobilium Familiarum praestantium Mediolani, exempli gratia de Castilliono, de Carcano,

A de Mailiano, de Landriano, de Arcango, de Rhaude, de Birago, de Buis, seu de Buiso, de Turre, quae ex Gallia Mediolanum se contulisse fertur, &c. Illud tamen non omittendum, multas esse ubique Familias, praesertim in vulgo, quibus Cognomen a loco aliquo accessit, non quodd olim ibidem dominarentur, sed quod inde egressi illorum Majores pro Cognomine patriam sumserint. Nam & antiquitus non paucos a ceteris distinguebat locus nativitatis aut incolatus.

Secundò fuere Cognomina, quibus originem dedit proprium alicujus Nomen. Quod contigit, quoties filii, ut suam ab aliis stirpibus progeniem distinguerent, nomen Patris, aut Matris, uti jam vidimus, proprio suo adjungebant. Quod si celebris erat fama, aut potentia parentum illorum, pergebant etiam Nepotes & posteri nomen primi illius parentis Cognominis loco adhibere. In Charta Lucensis Archiepiscopii, scripta Anno Christi DCCCCXC. Farolfus & Teudegrimus, filii quondam Farolfi ab Adalongo Episcopo Lucensi quosdam agros libellario titulo accipiunt. In tergo pergamenae antiquis characteribus scriptum legitur: Datum Farulfo & Teudegrimo germanis quondam Farolfi, de quibus descendunt Lambardi quidam de Sancto Miniate, scilicet Cavalca Lambardus & filii, scilicet Ariegetus Vicecomes Episcopatus in Tempiano, & Tojano, & Cornuli, & ejus finibus. Et vocantur modo filii Farnolfi: & est Feudum eorum. Animadverte vocem Lambardi pro Lombardi, qua Nobiles olim designabantur, uti jamdiu monuerat vir singularis judicij Camillus Peregrinius. Ita in tergo alterius Chartae scriptae Anno Primo Domini nostri Karoli Regis, Septimo Kalendas Octobris, Indictione XIV. idest

Anno

Anno DCCCLXXX. legitur: *Habent in Feudum Lambardi de Ghezano Vallisbræ.* Sed nunc audi Ricordanum Malaspinam, qui in Histor. Florent. Cap. 34. Tomo VIII. pag. 903. Rer. Italicarum, haec habet: *Ancora erano venuti ad abitare a Firenze la schiatta de' Figiovanni: e questi furono antichissimi e gentilissimi uomini ricchi in Firenze.* Hoc est, *Fili-Johannis appellabantur isti ab aliquo illustri Viro, cui Johannes nomen fuit, descendentes.* Subdit Malaspina: *Di questa Famiglia n'uscirono e discesono più Famiglie per innanzi, siccome furono Fighi-neldi, Firidoiſi &c.* Nimirum quum in plures lineas horum deinde profusia accreverit, e stipitibus suae linneae Cognomen suum unaquaeque accepit, ita ut hi *Fili-Ghineldi*, illi *Fili-Ridolfi* nuncuparentur. Eadem e Malaspinâ mutuatus Joannes Villanius, in suam Historiam intulit. Ita & alibi memorantur i *Fifanti*, hoc est *Fili-Fanti*, & i *Figliuoli Petri* &c. Eundem ritum Angli quoque & Sueci alicubi retinent. Par autem exemplum nostra haec regio olim dedit, nempe *Filios Manfredi*, unde egregiae celebresque Familiae procreatae sunt, nempe *Piorum*, olim *Carpi Dominorum*, & adhuc *Principis titulo utentium*, *Picorum*, quondam *Mirandulae dominantium*, uti & *Papazzonum*, *Fantium*, *Padellarum*, praesertim vero *Mansfeldorum* in Civitate Regensi illustrium Marchionum, atque aliae, quae aut defecere, aut opibus attritae infimum nunc locum tenent, quanquam adhuc priuilegiis & appellatione *Filiorum Manfredi* sub *Mutinae Serenissimis Ducibus fruantur.* In antiquis Regestis Reipublicae Mutinensis legitur *Custodiantia Mutinae*, quam Anno MC-LXXIX. jurarunt filii *Manfredi*, vi-

V delicit *Pius, Passapuntus, Manfredinus, Infans, Albertus de Borzano, Manfredinus de Pizo*, seu de *Pico*, & *Guideretus*. Et quidem *Pii* perpetuo uti Cives Mutinenses sese habuere, atque ab aliis quoque sunt habiti. In Collectaneis Prisciani Anno MCCLXIII. *Landulfus Dei gratia Monasterii Sancti Silvestri de Nonantula Abbas investi*vit jure honorifici Feudi *Dominum Bernardinum Padellam, Dominum Guidonem Domini Falsagrati, Dominum Albertinum & Dominum Constantinum de Pedochis, Dominum Philippum & Dominum Albertinum filios Domini Azolini, Dominum Azolinum & Dominum Jobannem de Bonifatiis, Dominum Manfredum & Dominum Ariverium Bellablonda, Dominum Martbaeum & Dominum Paganellum de Papazonibus, Dominum Manfredum, Dominum Gerardum, Dominum Leonardum & Dominum Bernardinum de Piis, Dominum Nicolaum de Prendepartis, Dominum Rainerium, Dominum Mansfredum, Dominum Udotricum, & Dominum Gerardum de Fante, de FILIIS MANFREDI*, de omni & toto eo, quod ipsi & sui Majores tenuerunt in Feudum a Monasterio Nonantulano. Videlicet de tota Curia, districtu, & Curte Curtilis: de tota Curia, districtu, & Curte Gavelli: de Sanc-to Martino in Spino: & de eo, quod habuerunt sui Majores, & habent ipsi in Curia Sorbariae, & in Curia Ronchalium, & in Curia Sancti Felicis &c. D E Ecce in quot ramos diffusa jam fuerat arbor *Filiorum Mansfeldi*; & nihilominus heic nulla mentio est Mansfeldorum & Picorum, qui tamen in aliis Chartis conspiciendos se praebent, ec potissimum in Charta anni MCCCXLVIII. apud praelaudatum Priscianum. Ibi divisio legitur facta inter domos & casales de *Filiis Mansfeldi*, scilicet de *Piis*, de *Pizis* de

de la Mirandola, de Papazonis, de Manfredis, de Pedochis, de Azolinis, de Padellis, de Fante. Sed quando nam, petat aliquis, Manfredus iste tot filiorum sator in vivis fuit? Mi-

A randulae se mihi obtulit Diploma Caroli Magni, quod subinde in Archivum Estense inlatum, nunc in publicum diem est efferendum.

Praeceptum Caroli Magni Augusti, quo Manfredum Langobardum
Civem Regiensem restituit in possessionem omnium
fortunarum suarum, Anno 808.

In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Karolus serenissimus Augustus a Deo coronatus, pacificus Imperator, Romanum gubernans Imperium, qui & per misericordiam Dei Rex Francorum & Langobardorum. Notum sit omnium fidelium nostrorum magnitudini, praesentium scilicet & futurorum, qualiter nos Deo favente, & sanctorum Principum Apostolorum merita inter.... Regnum Langobardorum adquesivimus, & pro credendis aliquos Langobardos foras Patriam in Francia ductos habuimus, quos in postmodum ad depreciationem dilecti Filii nostri Pippini gloriose Regis ad Patriam remisimus, & eorum legitimam hereditatem, quam habuimus, in scripto revocatam reddere aliquibus jussimus. Ex quibus unus ex illis nomine Manfredus de Civitate Regia ad nostram accedens clementiam, serenitatem nostrae petuit, ut per Praeceptum auctoritatis nostrae omnes res quascumque tunc temporis juste & rationabiliter in hereditate legitima possidere videbatur, quan-

B do in Francia ductus est, & Nos ei in postmodum reddere jussimus, denuo plenissima deliberatione redere & confirmare deberemus. Cujus petitionem denegare noluimus, sed pro mercedis nostrae augmentum, & aelimosina antedicti Filii nostri ita concessisse, & in omnibus confirmasse cognoscite. Praecipientes ergo jubemus, quod perpetualiter circa eum manere volumus, ut quandiu Nobis ac dilecto Filio nostro fideliter deservierit, omnes res, ut diximus, proprietas suae, undecumque tunc tempore justo tramite vestitus fuit, quando in Francia per iussionem nostram ductus est, & nos ei in postmodum reddere jussimus, deinceps per hanc nostram auctoritatem jure firmissimo teneat atque possideat: ut vel quidquid exinde facere voluerit, liberum in omnibus persuatur arbitrium. Et ut haec praeceptio atque confirmatio nostris futurisque temporibus inviolata permaneat, manu propria subitus corroborare decrevimus, & de anulo nostro sigillari jussimus.



Signum

Domni Karoli piissimi ac serenissimi Imperatoris.

Locus Sigilli ✠ cerci deperditi.

Hado ad vicem E..... anbaldi scripti & subscripti.

Data

Data XVI. Kalendas Augustas, Anno VIII. Christo proprio Imperii nostri, & XL.
Anno Regni nostri in Francia, & XXXVIII. in Italia, Indictione Prima.

Actum Aquisgrani Palacio nostro in Dei nomine feliciter. Amen.

Praefert pergamenta Diplomatis hujus Notas fere omnes germani atque autographi Privilegii, videlicet characteres illi convenientes aevi, & signa Cancellariae Imperialis, locum quoque Sigilli cerei deperditi. Unum tamen restat, quod suspicionem falsi ingerit. Nimirum consentit quidem *Annus Octavus Imperii Caroli* cum Indictione Prima. Congruit & *Annus Quadragesimus Regni Francici*: sed *Annus Trigesimus octavus Regni Itali ci* a recta Chronologia discordat, quum Anno DCCCVIII. decurseret *Annus Trigesimus Quartus*, non vero *Trigesimus Octavus*. Ad haec ultra monrem subtilis mihi visa est eadem Pergamena. Quare dubius haerere cogor, atque opinari, tutius petendum esse a Saeculis posterioribus *Manfredum*, *Piae*, *Picae*, *Papazonae*, *Pedochae*, aliarumque Familiarum propagatorem. Fuit revera & alter *Manfredus* vivente Comitissâ Mathildâ, cuius filio *Ugo* ipsa in Feudum concessisse traditur *Curem Quarantulacum Castello Mirando*. Tabulas evulgavit Conteliorius in Monumentis Comitissae Mathildis; quas tamen non unam obcaussam spurias arbitror. Verum minime his opus est ad statuendum, floruisse sub Mathilda Comitissa *Ugonem filium Manfredi*: ipse enim testis adfuit pluribus ejusdem Mathildis contractibus, uti ex monumentis a supra laudato Abbe Bacchinio productis constat; quibus Chartam adde a me editam supradictam in Dissertatione VI. de Marchionibus, ubi occur runt *Alberus* & *Hugo filii Maginfre-*

di, seu *Manfredi*, Anno MCXIII. in comitiva ejusdem Comitissae Mathildis; ita ut vix falli possit, qui *Ugonem* illum censeat, Mathildae fuisse Vassallum, quemadmodum videtur & *Opizo de Gonzaga*, ibi pariter saepe memoratus, a quo nobilissimam gentis *Gonzagae* sobolem prodidisse antea sum opinatus in Praefatione ad Historiam Mantuanam Platinae, Tomo XX. Rer. Italicarum. Quum ergo *Manfredus*, sive *Maginfredus* *Ugonis* illius pater Saeculo Undecimo floruerit, suspicandi locus est, ab illo potius filios *Manfredi* descendisse, ejusque Nomine pro Cognomine posteros usos fuisse, donec in plura capita propagati, ut unam ab alterâ lineam distinguerent, nomina subsequentium Magnatum, hoc est *Pii*, *Pici*, *Papazzonis*, & aliorum, in proprium Cognomen assumere. Neque ab alio fonte, quam a Nominе parentis in Cognomentum converso, complures Neapolitanæ & Florentinæ Familiae olim gentili ciam appellationem traxisse videntur, cuiusmodi fuere *Costanzo*, *Agnese*, *Andrea*, *Pandone*, *Matteo*, *Daniele*, *Vincenzo*, *Alessandro* &c. aut *Uberti*, *Ubertini*, *Alberti Comites*, *Guidones Comites*, *Girolami*, *Donati*, *Tedaldini*, *Philippi*, *Rudulphi*, *Alberici*, *Cipriani*, *Lamberti*, *Tebaldi*, *Arigucci*, atque alii: neque enim omnes recensere oportet, uti neque in aliis Italiae Civitatibus ejus rei exempla perquirere. Praeterire tamen non possum clarissimam *Ursinorum* Familiam, illustre videlicet Romanæ Urbis ornamenti.

433 DISSERTATIO QUADRAGESIMASECUNDA. 434

mentum, quae Summos non semel Eccletiae Pastores, & nuper etiam Benedictum XIII. Pontificem Maximum dedit. Raphaël Volaterranus Lib. 22. Anthropolog. (Petrarchā etiam in testem advocato, jure-ne, is viderit) Ursinae gentis originem ab Anno Christianae Aerae DLXXX. deducit. Inde ipse, aliique post ipsum, Familiam hanc vel in remotissimis Saeculis splendentissimam nobis exhibuere, fabulis fabulas (sit verbo venia) contexentes. Ego, quae certa habeo, tantum proferam: neque enim dubiis documentis, eoque minus mendacio praestantissima illa gens indiget, ut in Orbe nostro lucidissime effulgeat. Mea ergo sententiā non ab Ursinis sub Romana Republica florentibus, neque ab Urso in eorum Vexillis picto, sed ab Urso quodam Nobili Viro Ursina Gens appellacionem suam traxit, nomine illius sensim in Cognomen converso. Proinde antiquis temporibus de filiis Ursi eorum progenies appellabatur. Ex hac Familia primus in Romanum Pontificem adlectus est Anno MCXCI. Hyacinthus Sanctae Mariae in Cosmedin Diaconus Cardinalis, qui Caelestini III. nomen assumit. Diu, atque ab ipso Baronio ignoratum est, hunc ex Ursina Gente procreatū fuisse, quod in antiquis Catalogis duntaxat appetetur filius Petri Bubonis. Sed nunc res extra controversiam posita est. Audi Auctorem Vitae Innocentii III. quem Caelestinus habuit Successorem, Tomo III. pag. 564. Rer. Italicarum. Narrat ille seditiones Anno MCCVIII. Romae excitatas, quarum incentores & auctores fuerunt Filii Ursi, quondam Caelestini Papae Nepotes, de bonis Ecclesiae Romanae ditati, hac occasione duntaxat, quod inter domum Petri Bubonis, ex qua ipsi per Patrem descenderant, & Tom. VIII.

A domum Romani de Scarta, ex qua Dominus Papa per Matrem descendit, veteres aemulationes fuerunt. Infra is addit, captam quandam Turrim Filiorum Ursi, propter injuriam perpetratam eis. Ad hujus gentis decus accessit Anno MCCLXXVII. Nicolaus III. Romanus Pontifex, vir celebratissimus, ex Ursinorum progenie natus, & in ipsa B ditanda & extollenda minime postea parcus. In Vita Caelestini V. Papae a Jacobo Sancti Georgii ad Volum Aureum Cardinali, circiter Annum MCCCXIII. scripta, Tomo III. pag. 622. Rer. Italicar. editā, haec de Matthaeo Rubaeo Cardinali Ursino habentur:

----- genuit quem Nobiles Ursae Progenies, Romana Domus, veterata que magnis
Fascibus in Clero, pompasque exper-
ta Senatus:
Bellorumque manu grandi stipata pa-
rentum;
Cardinos apices, necnon fastigia du-
dam
Papatus iterata tenens.-----

E En rursus indicari vides duos ex Ursina gente Pontifices Romanos, hoc est, Caelestinum III. & Nicolatum III. Heie autem Ursae progenies appellatur Cardinalis ille Ursinus. Fortasse scriptum fuerit Ursi progenies. Haec olim ejus Familiae nomenclatura usitator. Sallae quoque seu Sabae Malaspinae in Chronici Siculi Lib. 3. Cap. 20. Tomo VIII. pag. 835. Rer. Italicarum, nominantur ad Annum MCCLXVII. Dominus Neapoleon, & Matthaeus frater ejus de Filiis Ursi, ambo subinde Cardinales. Eidem quoque memoratur Dominus Rainaldus de Filiis Ursi. Nam vel ad ea usque tempora multi Romanorum Nobilium Patris mentione facta duntaxat sese

E e deli-

designabant. Refert Cardinalis Baronius ad Annum Christi MCLXXXVIII. Chartam concordiae initae inter Clementem III. Papam, & Senatum Romanum. Sed Nomina Senatorum in Codice, quo ille usus est, desiderabantur, eaque a me restituta fuerunt ope Codicis Elensis in Tomo III. Rer. Italicarum. Verum nunc decrevi tabulas easdem e MSto Codice

A Estensi desumptas, integras ac emendatores evulgare, in quibus animadveritas, dare Senatoribus Presbyteria consueta, nihil aliud fuisse, quam Donativa, quae Summi Pontifices interdum distribuere Magistratibus Romanorum consueverunt, uti supra ostendi in Dissertatione III. de Roman. Imper. electione.

B

Concordia inter Dominum Papam Clementem III. & Senatores,
Populumque Romanum, super Regalibus & aliis
Dignitatibus Urbis, Anno 1188.

Sanctissimo Patri & Domine, Clementi, Dei gratia Summo Pontifici & universalis Papae, Senatus Populusque Romanus salutem, & fidele cum subiectione servitium. Dignitas Senatus, Populiique Romani in optimum statum robatur, & Reipublicae nimium confert, si pacis concordiam inter sacrosanctam Ecclesiam, & inclytam Urbem firmiter stabilitam ad posterorum memoriam sclemni scripturarum exaratione reducamus, ne forte per negligientiam (a) vel secundam inestimabilis pacis veritas temporis lapsu depereat; quae suae excellentiae praerogativa ab omnibus est tam colenda, quam perpetuis temporibus observanda. Per abundantiam namque pacis, (b) auxiliante Deo Patrie crescit defensio; & Ecclesiae Romanae, atque Ubi egregie dignitas conservatur illaesa. His agrorum fertilitas procreatur, quae in usum humanae vitae multiplice commeditate porrigitur; per quam equidem nobis & vobis, certisque illam conservantibus utilitates & lucra generantur quamplurima, &

C hostibus nostris vestrisque male merentibus digna prasparantur exitia. Proinde, piissime in Christo Pater, & Domine, tenores ejusdem Pacis ad perennem rei memoriam per praesentem Senatoriae dignitatis paginam (c) de certo amplissimi Ordinis Sacri Senatus, & aliorum quamplurimorum tam Sapientum quam multorum Prudentum virorum consilio duximus roborandam, & vobiscum taliter componendam. Videlicet, ad praesens reddimus vobis Senatum, & Urbem, ac Monetam. Tamen de Moneta habebimus teriam partem, sicut inferius continetur. Item Ecclesiam Beati Petri absolutam reddimus, & Episcopatus, & alias Ecclesias obligatas pro guerra reddimus absolutas hoc modo, quod de tertia parte Monetae, quam Senatus habebit, singulis annis exonerentur, donec tota pecunia, pro qua (d) obligata sunt, salvatur: & sicut fors minuetur, ita minuantur usurae pro rata parte. Reddimus omnia Regalia tam infra quam extra Urbem, quae tenemus, praeter Pontem Lucanum, quem tamen (e) non refutatis

D

E

(a) Alter Codex Elensis habet: seu discordiam inestimabilis.

(b) auxiliante Deo Patriae crescit

(c) decreto

(d) obligatae sunt,

(e) non refutatis. Et de his, quae

fusatis his, quae alii tenent, non faciemus vobis contrarium. De Capitaneis similiter, (f) salvo quod ex eis infra scriptum est. Defendemus omnes dignitates & honores Urbis ad opus & utilitatem vestram & Romanae Ecclesiae. Et tam nos Senatores quam alii Senatori, qui erunt per tempora, singulis annis jurabimus fidelitatem & pacem vobis & Successoribus vestris, sicut consuetum est. Et faciemus, quod omnes perdentes, susceptis emendationibus, sicut concordatum fuerit, faciant inde refutationem per publicum Instrumentum vobis, Successoribusque vestris, & Romanae Ecclesiae. Et quocumque modo Tusculanum dirui contigerit, nibilominus omnes possessiones & tenimenta ejus intus & extra (g) cum omnibus bonis & rebus eorum sint in jure & potestate Romanae Ecclesiae. Vos autem dabitis Senatoribus, qui erunt per tempora, Beneficia, & Presbyteria consueta: item Judicibus, Advocatis, Scrinariis & Romano Pontifice ordinatis, & Officialibus Senatus Presbyteria consueta dabitis. Dependentibus autem res eis ablatas per Masnadam Romani Pontificis, & Forisfactores, & Tusculanenses per guerram, sicut promissum est a vobis per concordiam, emendabitis, salvis exceptionibus a vobis factis; quibus (h) dependentibus observabitis conventiones a vobis factas, sicut cum eis convenistis; & dependentes observabunt vobis conventiones ab ipsis factas, sicut vobiscum convenerunt.

Et dabitis singulis annis pro restauratione murorum bujus excellentissimae Urbis centum Libras honorum Provenientium. De Tusculano scilicet, quo cumque

A modo ad manus nostras devenerit. Infra dimidium annum ornes muros, & Carbonaria Civitatis, & Roccae Tusculani, & Suburbiorum dabitis nobis ad diruendum, quos & quae numquam reficietis, nec refici facietis in vita vestra: recentis & salvis tam vobis quam Successoribus vestris, & Romanae Ecclesiae, omnibus possessionibus, tenimentis, & pertinentiis ejusdem Tusculani intus & extra, cum hominibus rebusque eorum. Quod si hinc usque ad Kalendas Januarias dictum Tusculanum ad manus nostras non venerit, tunc excommunicabis Tusculanos: & per fidèles vestros de Campania & de Romania cogetis eos perficere de Tusculano, quod dictum est supra, cum adjutorio nostro. Propter hoc autem nos Senatores Pacem & securitatem vobis, & Episcopis, & Cardinalibus, totique Curiae vestrae, & euntibus ad Curiam, & moram facientibus & redeuentibus jurabimus, salvis justitiis Romanorum, quas petent bona fide, sine malitia. Et insuper vos eligetis per singulas Contradas universarum Regionum Urbis decem Viros sine malitia, de quibus nos Senatores faciemus (i) vobis jurare vestrisque hanc Pacem, cum Beneficiis, quae a Romana Curia habere consueverunt. Et si plures banc Pacem jurare voluerint, nos Senatori permittemus. Si ad defensionem Patrimonii Beati Petri Romanos vocaveritis, ipsi ibunt cum expensis, quas praecessores eorum a Romana Curia habere consueverunt. De Capitaneis sit saluum Urbi & Populo Romano quidquid ab eis (k) conventum est, & permisum Romae per scriptum & juramenta, ac plenarias, & stararias, ac praecones:

E e 2
sal-

(f) salvo jure, quod

(g) cum hominibus & rebus

(h) quibus dependentibus

(i) vobis jurare quinque hanc

(k) conventum & promissum est Romae per scriptum & juramenti, & plejarias, & stararias, ac presenes salvâ

salva proprietate Romanae Ecclesie, quam de Praenestina Civitate habet, & salvo hominio Capitaneorum, quod debent vobis & Romanae Ecclesiae. (l) Tibur non recipietis ad detrimentum, & damnum Urbis; sed si Tiburtinos impugnare voluerimus, non facietis nobis contrarium. Monetam facietis fieri intra Urbes, ubi vobis placuerit: de qua terziam partem dabitis Senatoribus per tempora. Si nos praecepto vestro guerram alicui fecerimus, & propter hoc nobis aliquis contrarium fecerit, juvabitis nos inde, atque defendetis (m) cum adjutorio nostro. Omnia supradicta vos, & universi Episcopi, & Cardinales Romanae Ecclesiac, & pro vobis, & Successoribus vestris (n) promitteris observare Senatui, Populoque Romano in perpetuum. Et nos Senatores & universus Populus Romanus promittamus pro nobis, & successoribus nostris, omnia ista obserware vobis, & toti Curiae, (o) Successoribusque vestris in perpetuum. Haec omnia bona fide, & sine fraude ab nostraque parte observentur. Ut autem compositio ista perpetuis temporibus illibata consistat, eam decreto Senatus confirmamus, & praesentis scripti patrocinio communimus. Auctoritate itaque omnipotenis Dei, & Magnificentissimi Ordinis Senatus Edicto firmiter praecepimus, ut nullus noster Concivis, amicus, vel fidelis contra haec, (p) quae perscripta & firmiter stabilita sunt, a liquo modo venire praesumat, si amorem & bonam nostram voluntatem habere desiderat: alioquin iram Amplissimi (q) Senatorii, & metuendi Populi Romani gravissime incurvat & odium.

Actum XLIV. Anno Senatus, Indictione sexta, mense Maii die ultime;

A jussu Senatorum Consiliariorum, Angelis Ser Romani de Pinta: Bobonis Stephani ae Octaviano: Petri Stephani de Transtiberim: Romani Senebaldi: Rainerii Rainaldi de Ramucio: Johannis de Schinano: Cafari Bartholomaei: Petri Nicolai: Fusconis de Berta: Bubonis Donnæ Scottæ: & Ilperini Domini ci. Et Senatorum, Stephani Contebracæ: Petri Berardi: Centii Muti: Johannis Centii: Guidonis Bobonis: Johannis Leonis: Johannis Parentii: Gherorii Malebrancæ: Guidonis Roffredi: Jordani de Ponte Sancti Petri: Oddonis Caputferri Romani: Johannis de Flajano: Petri Johannis Adae: Centii de Gulferano: Stephani Judicis: Nicolai Buccemazi: Gerardi Petri de Gerardo: Jaquinti de Tosto: Piscionis Nicolai: Johannis Sazenis: Johannis Guidonis de Papa: Petri de Gerardo: Johannis Bartholomaei: Johannis Centii: Benonis Petri de Octaviano: Vitalis Pauli: Franconis Stephani: Petri Leronis: Cunetrace: Petri de Gregorio: Petri Berardi de Blanca: Rainonis Buccenuzae: Octaviani Johannis de Octaviano: Johannis Plage: Johannis Buccemazi: Jordani Oddonis: Centii de Bertranno: Silvestri Petri Artonis: Johannis Scrinarii: Bartholomaei Ciconis: Nicolai de Antonio: Johannis Astulfi: Angeli Romani de Johanne: Astaldi de Transtiberim: Johannis Gulferani: Marthaei Meuminipugna: Jacobi Oddonis Franconis.

E Vide quot Romanos Proceres una patris appellatio alterum ab altero distingueret. Qui inter eos Guido Bononi appellabatur, patruus fortasse suit Hyacinthi Cardinalis Ursini, qui in Cathedra Romana tribus post annis

(l) Tiburtinos non recipietis

(m) cum adjutorio vestro.

(n) promittitis, & infra promittimus

(o) omnibusque Successoribus vestris

(p) quae praescripta &

(q) Senatorii, &

441 DISSERTATIO QUADRAGESIMASECUNDA. 442

annis Caelestini III. nomen assunxit; ei enim, ut supra vidimus, pater fuit Petrus Bobonis. Sub ipso Caelestino inter Urbis Senatores, Ursinos

A nobis prodet altera Charta nondum edita, atque e MSto Gencii Camerarii a me descripta. Hic ibi titulus.

Chartula super tenimentis Tusculani, quam fecit Senatus & Populus Domino Papae, & Romanac Ecclesiae, Anno 1191.

IN nomine Domini. Nos Senatores aliae Urbis, decreto amplissimi Ordinis Senatus, acclamacione quoque Populi Romani publice Capitolio consistentis, constituimus, & firmiter stabilimus, ut Dominus Papa, & Romana Ecclesia teneant & habeant sibi, atque possideant omnia tenimenta Tusculani, sicut in Privilegiis finis factae inter sacrosanctam Romanam Ecclesiam & Urbem appareret. Corrumptentes itaque, & omnino evanescentes, & in irritum reducentes omnia Privilégia, & invasiones, atque investimenta, quae super tenimenta Tusculani facta sunt sive a Romanis, sive ab omnibus aliis personis hoc modo, quod nullius valoris vel momenti sunt, & ita quod Romanis vel forensibus nil conferant, nec Domino Papae vel sanctae Romanae Ecclesiae ullo tempore aliquomodo possint nocere, constituimus praeterea auctoritate Senatus, & Reverendi Populi Romani publice Capitolio consistentis, & pariter acclamantis, firmiter sancimus, ut quaecumque persona, sive Romana, sive forensis sit, quae de terris & tenimentis Tusculani invaserit, & statim a tali invasione & exactiōne non desistit eminino, perdat id, quod de praedictis terris & tenimentis invaserit, & tantundem de suis terris & tenimentis perdat. Tali tenore, quod sancta Romana Ecclesia habeat sibi primo id, quod de praedictis terris vel tenimentis invasum est, vel erit, & postea habeat sibi illud, quod pro poena invasionis perdet inva-

B sor. Et ita quod Romana Ecclesia omnia praescripta pleno jure perpetuo habeat, teneat, & possideat, & utatur, atque fruatur omni tempore, sicut per Privilégia finis composita inter eam & Urbem appareret.

C Atum XLVII. Anno Senatus, Indictione Novā, mense Aprili die XIX. jussu Senatorum Consiliariorum, Jordani Bulgarnini: Guidenisi Mancini: Petri Saraceni: Petri de Romano Rustici: Sergii Transtiberim: Roberti Johannis Leonis: Stephani Rainerii de Marana: Petri Johannis Frajapenj: Petri Benencae Piczoli. Et jussu Senatorum, Jacobi Oddonis Franconis: Petri Milonis: Stephani Azarii: Pauli Laurentii: Nicolai Johannis Saxonis: Johannis Bartholomei: Roberti Gorifredi: Gibelli Ilperti de Tullo: Philippi Johannis Astaldi: Guidonis Civini: Bonavente Centii Osilendae: Obitionis Calidi Buconis: Laurentii Thomae de Ursinis: Andreati Petri Silvestri: Petri de Monte: Gulferani Centii Gulferani: Pauli Catbenae: Johannis Coxae: Johannis Gregorii Scriniarii: Bartholomaei Petri: Stephani Alverii: Petri Bobonis Stellae: Petri Barilis: Guidonis Johannis Alexandri: Guittonis Jacobi de Xisto: Petri Bobuli de Scoteclaro: Sciatti Pauli Franconis: & Johannis Centii de Porticu.

D E Uti praecedens Charta scripta fuit XLIV. Anno Senatus, ita & praesens XLVII. Anno Senatus: in qua praeter Laurentium filium Thomas de Ursinis, habes

habes Petrum filium Bobonis Stellae, qui, nescio, referendus ne sit ad eamdem Ursinorum Familiam. Ad ipsum Hyacinthum Cardinalem pertinet altera Charta in eodem Cencii Rege-

Alo scripta, quam addere juvat, tum quod ibi commemoratur Bobo frater ejusdem Cardinalis, ac de re agitur non vulgari, quae tamen Cardinalis Baronii diligentiam effugit.

Privilegium Fernandi Regis Hispaniarum Romanae Ecclesiae factum super donatione & concessione Castris Thoraph, Anno 1172.

IN nomine Domini nostri Iesu Christi. Inter cetera, quae Regiam Majestatem decorare videntur, summa & praecipua interest, sancta Loca & religiosa diligere & venerari, & ea largis ducare muneribus, atque in praediis & possessionibus ampliare, ut dando terrena adipisci mereantur aeterna. Eapropter ego Fernandus, Dei gratia Hispaniarum Rex, una cum uxore mea Regina Donna Viracca, per scriptum donationis firmissimum, in perpetuum valizurum, dono, do, & Sancto Petro, & vobis dilecto nostro Cardinali domino Hyacintho in Hispania Legato, Castrum Thoraph; & per proprium Annulum vos inde investio, ut ab hac die & deinceps praefatum Castrum habeatis, cum pratis, pascuis, montibus, fontibus, riviis, molendinis, arboribus, Villis, & azeniis, piscariis, & cum omnibus directis, & pertinentiis suis, & cum omni jure Regali. Et possideatis, vendatis, donetis, commutatis, & omnem voluntatem vestram faciatis, jure hereditario in perpetuum babendum vobis, & Ecclesiae Romanae dono & concedo pro remedio animae meae, & parentum nostrorum, & pro amore & dilectione, quam semper erga me habuistis. Factum fuit hoc apud Zamoram, in camera, in qua idem Dominus Cardinalis jacebat, & hoc in praesentia Dominae Reginae, Bobonis fratris Domini Cardinalis, Raymundi de Capella Sanctae Romanae Ecclesiae, Subdia-

Bconi Maibardi. Si quis igitur tam de meo genere, quam de alieno hoc meum spontaneum factum irrumpere presumserit, iram Dei omnipotens, & beati Petri Apostoli incurat, & cum Juda domini proditore in inferno sit damnatus: & pro temerario ausu parti Regiae, & vestrae, centum Libras auri persolvat, & quod invaserit, vobis vel voci vestrae in quadruplum reddat: & hoc scriptum semper maneat firmum.

Facta Charta in Zamorra, septimo Idus Julii, Aera Millesima Ducentesima Decima, Regnante Rege Domino Fernando Rege Legionensi, Extrematura, Galliciae, & Asturiis: eo Anno, quo famosissimus atque pius dominus Cardinalis Hyacinthus Apostolicae Sedis

DLegatus venit in Hispania.

Ego Fernandus Dei gratia Hispaniarum Rex, hoc scriptum, quod fieri jussi, proprio rubore confirmo.

Ego Petrus Dei gratia Compostelanae Ecclesiae Archiepiscopus confirmavi.

Stephanus Zamorrensis Episcopus confirmavi.

E Petrus Salmanticensis Episcopus confirmavi.

Adam Auriensis Episcopus confirmavi.

Johannes Lucensis Episcopus confirmavi.

Petrus Gauriensis Episcopus confirmavi.

Johan-

445 DISSERTATIO QUADRAGESIMAS CUNDA. 446

Johannes Mindoniensis Episcopus confirmavi.

Johannes Tudensis Episcopus confirmavi.

Dominicus Abulensis Episcopus confirmavi.

Comes Urgellensis, Major Domus Regis, confirmavi.

Bernardus Roderici Dominus in Asturiis confirmavi.

Comes Gomez in Transtamar confirmavi.

Comes Petrus confirmavi.

Gunterus Roderici, Signifer Regis, confirmavi.

A Ego Pelagius Gonteri Nosarius Regius, Archidiacono Pelagio existente Cancellario, scripsi & confirmavi.

B Infra in Instrumento Anni MCLVII. legimus Oddonem Bobonis, & patrem suum, & fratres suos germanos, & consobrinos, & patruos, & avunculos suos, iis sane verbis, quae certiores facere nos possunt, vel iis temporibus non mediocrem fuisse Usinorum potentiam atque propagationem. Hoc autem repetitum videoas in altera simili Charta, quam ex eodem Cento Regesto descripsi, & quae praecedenti est subjungenda.

Permutatio Castrorum inter Hadrianum IV. Romanum Pontificem, & Landulfum ac Landoneum fratres de Aquino, Anno 1157.

Ego Landulfus, & Lando germani frares, filii quondam Pandulfi de Aquino, mibi Landoni praesente & consentiente Landulfo fratre, & procuratore meo, dato mibi in hac re a Domino Philippo Sacellario Sanctae Sedis Apostolicae Judice, cambiamus & permuteamus tibi Domino Adriano a Deo decreto summo Pontifici, & in sacratissima Sede beati Petri Apostoli Papae IV., & per te sanctae Romanae Ecclesiae, vestrisque Catholicis Successoribus, ad proprietatem in perpetuum, interveniente procuratorio nomine Domino Ubaldo Presbytero Cardinali titulo Sanctae Crucis: Idest duas partes medietatis duorum Castrorum, unius destructi, & alterius integri, cum Rocca sua, & domibus intus & foris: cum terris, vineis, silvis, molendinis, paludibus, & pantanis, placitis, & districto suo, & cum omnibus usibus & utilitatibus, ac pertinentiis suis, posita territorio Sabiniensi, in loco, qui dicitur Britti, sicut inter suos concluditur fines; sicut nobis

C pertinent jure hereditario, vel quolibet modo, sic tibi, & Sanctae Romanae Ecclesiae cambiamus & permutamus, ideo quia nobis dedisti duas partes medietatis unius Castri, quod vocatur Mons Sancti Jobannis, cum domibus, terris, vineis, molendinis, silvis, paludibus, & pantanis, placitis, & districto suo, & omnibus suis usibus, & utilitatibus, & pertinentiis suis, posita territorio Campanino, sicut inter suos concluditur fines; sicut vestris detinetis manibus, & sanctae Romanae Ecclesiae pertinet, ita nobis, nostrisque heredibus, ac successoribus cambiatis & permutatis. Et ab hodierna itaque die licentiam & potestatem habeatis intrandi, tenendi, utendi, fruendi, vendendi, locandi, commutandi, & quicquid volueritis ad usum & utilitatem beati Petri perpetuo placuerit faciendi: Excepto Oddone Bononis, & patre suo, & fratribus suis germanis, & consobrinis, & patruis, & avunculis suis, quibus aliquo modo non dabitis, concedetis, seu alienabitis.

nabitis. Et defendere promittimus ab emni homine, si necesse fuerit, poenam alteri parti legitime stipulanti sexaginta Librarum aurii.

Tertio quum in praecedenti Dissertatione plura differuerim de Agnominibus (liceat mihi vocabulo isto uti ad id designandum, quod nos *Soprano*me appellamus; disputatur enim, quid illa apud Latinos significarint) nunc addendum est, iis tribuendam esse originem complurium Cognominum, que ad nos usque penetrarunt. Namque adeo tenaci studio Populus excipiebat ejusmodi extrinsecus addita Nomina, ut non alio signo homines, immo & ipsam eorum Familiam, designare vellet, atque soleret; ipsique etiam Nobiles, sive ultro, sive inviti; cogerentur adscititiâ illâ appellatione postea uti, quamquam interdum vituperationem & scomnia redoleret, ad se, suamque gentem a reliquis secernendam. Ita eximum ac vetustissimum *Malaspinerum* & *Pelavicinorum* Marchionum genus, Agnomine in Cognomentum translato adhuc distinguitur. Postremi duntaxat nomenclaturam agrestem emolire nisi sunt, *Pallavicinos* sese nuncupantes. Id perspicue deprehendas in Charta Anni MCCVIII. quam produxi in Additamentis ad Chronicon Casauriense, Part. II. Tomi II. Rer. Ital. pag. 992. Ibi memoratur *Rustico Comes*, qui rectum nomen *Azzo* vocatur, idest *Azzo*. Supranomen fuit *Rusticus*, uti patet e subscriptione, ubi habetur *Signum manus Atonis Comitis*, qui *Supranomen Rustico* vocatur. Ita *Maltraversi*, *Pappasava*, *Frigimelaga*, *Scalzi*, *Cathari*, *Trappolini*, aliaeque Familiae Patavinae invaluerunt. Ita *Genuae Malocelli*, *Castanæae*, *Guercii*, *Embriaci*, *Strejaporci*, *Bavaterii*, *Grilli*,

A *Falamonica*, *Caudelupi*, *Piccamitu*, *Ficimattarii*, aliaeque stirpes emersere. Neque alia origo Bononiae fuit nobilibus quibusdam Familiis, *Boncompagnis*, *Fachinetis*, *Bentivoglis*, sive *Bentivolis*, *Bianchettis*, & *Bianchinis*, *Graffis*, *Bolognis*, *Guastavillanis*, *Secadenariis*, *Boccadeferris*, *Mattujanis*, *Mezzavaccis*, *Magnavaccis*, *Malvitiis*, ut alias omittam. Florentiae quoque idem contigit *Bonaguisis*, *Belculaccis*, *Beccutis*, *Baroncellis*, *Ubriachis*, *Imperunis*, *Fereboschis*, *Tornaquincis*, *Tiniosis*, *Pazziis*, *Boccatoridis*, & aliis. Hujusmodi Cognomina in suis Urribus unusquisque nullo negotio deprehendere poterit. Exemplo fit præceteris apud Florentinos eosdem egregia *Capponum* Gens, cujus cognomentum nullus dubito, quin originem sumserit ab antiquo ejusdem stirpis Viro, quem Populus *Capponem* per Agnomen appellari. Inde *Fili Capponis*, ac tandem *Capponum* progenies emersit, Clarissimos Viros *Ginum* & *Nerium* enixa, quorum gesta habes a me edita in Collectione Rer. Italicarum. E *Nerio Gini* filio prodiere, nunc Florentiae summo cum honore florentes, Familiae tres Marchionum, scilicet *Scipionis Mariae*, *Josephi*, & *Petri*. Atque ut alios prætteream *Capponios*, e *Laurentio Gini* filio descendentes, & nunc in Gallia vigentes, ex *Augustino Gini* fratre propagata fuit Florentiae propria *Ferrantis Capponii Comitis*, *Senatoris*, & *Equitis*, atque Romæ degens *Alexander Gregorius Capponius Marchio*, & *Forerius supremus Romani Pontificis*. quem honoris causâ ob ejus spectatam Eruditionem, ac benevolum erga me animum lumen commemooro. Quod verò in Italia de Agnominibus in Cognomina conversis factum vidimus, idem quoque

que apud Gallos & Britannos contingisse animadvertis. Hujusmodi tamen Cognomina non ego ante dimittam, quām eorum usum vel in ipsa splendidissima Urbe Româ perquiram. Jam supra evulgatae Charte nobis obtulere Obitionis Calidi-Bucconis nomen, Petri Barilis, Guidonis Mancini, Stephani Contebraeae (an potius Cortebracae?) Gregorii Malebranchae, Odonis Caputferri, Jobannis Buccemazi, Petri Latronis, Matthei Mecum-in-punga &c. Alibi quoque reperiuntur Bocca-Porcina, ut habet Baronius, sive ut in Vita Gelasii II. Papae, Tomo III. Rer. Italicar. legitur Bocca-Pecorini, Georgius Jobannis Bibentis-aquam, Galganus Bucca-bella, atque alii. Ita in Bulla Nicolai II. Papae data Anno Christi MLIX. occurrit Jobannes, qui dicitur Corbacchione, vocabulo prorsus Italico. Sed in primis hinc arcescendum est Cognomen praeclarissimae Familiae Romanae Frangepanum, cuius nobilitatem remotiora etiam Secula suspexere, & adhuc aetas nostra incolumem spectat in egregiis Nepotibus, ac praecipue in amplissimo Viro Marchione Mario, perpetuo Romanorum Senatore, ejusque fratre germano Pompejo Marchione, in quibus probitas, humanitas, amor Literarum, aliaeque Virtutes de primatu certant, ac honorem vetusti & celebris nominis splendidissime servant. Mihi nulla dubitatio est, quin ab Agnomine eorum Cognomen petendum sit. In antiquis Libris & Chartis Frejapanè (quasi Frega-Pane Italice) Familiae hujus Agnomentum est: quam lectionem confirmatam video a Goffrido Vindocinensi Abate in Epistola octava Libri Primi ad Paschalem II. Papam, in qua ait, se audivisse (Anno, ut videtur, MXCIV.) piae recordationis

Tom. VIII.

A Domnum Papam Urbanum in domo Joannis Erica-Panem latitare, & contra Guibertistam (fortasse Guibertistarum) Haeresim viriliter laborare. Domum istam firmissimam munitionem ad eum Annum appellavit Bertholdus Constantiensis. At sunt qui a frangendo panem Cognomen ejusmodi arcescunt. Et sane in Charta Anni MCLXXXVI. quam infra dabo in Dissertatione L. de Civitat. Italicar. Libertate, visitur Otto Frangens-Panem, Praefectus Romæ. In aliis verò antiquorum monumentis Frajapane, Fragapane, Fragepane, ac tandem Frangepane, & Frangipane nuncupatur eorum genus. Fortasse quod Latine fuit Frangens-Panem, vulgus pro more suo, nunc isto, nunc alio modo efferebat. Varijs etiam dialectus hanc diversitatem pepererit. Vide nunc in Part. II. Tomi II. Rer. Italicar. pag. 522. insigne Placitum pro Farfensi Coenobio Romae habitum Anno III. Benedicti VIII. Papae, Indictione XII., hoc est, Anno Christi MXIV. Ibi subscribunt Leo, qui vocatur Fragepane: Benedictus, qui supernomen Bocca-Pecu. Ita donatio, facta Anno MLXXXIX. a Comitissa Mathilde Romanae Ecclesiae, celebrata est in praesentia Cincii Frejepane. Quanta autem foret Frangepanae Familiae potentia Romae Anno MCXVIII. jam Annales Ecclesiastici, & Auctor Vitae Gelasii II. Papae Tomo III. pag. 384. Rer. Italicar. satis prodidere. Electo enim Pontifici adversante Cencio Frajapanè, ejusque agnatis, Gelasius fugâ salutem querere coactus est, atque in Galliam fese recipere. Contra Anno MCXXX. nemo constantior, quām Frangepanum Familia, pro Innocentio II. Papa contra Pseudo-Papam Anacletum stetit, ita ut teste Auctore ejus Vitae Tomo III. Rer. Ital-

F f

talicar. pag. 435. praeter Frangepanum, & Cursorum munitiones Papa Innocentius nullum in Urbe subsidium haberet. Idem factum, ut supra vidimus, Anno MXCIV. quo Johannes Frica-Panis pro Urbano II. Papa stetit. Refert etiam Raynaldus in Annalibus Ecclesiasticis ad Annum MCCXVIII. num. 31. Honorii III. Papae Literas sribentis: *In villa fides, & deo virio indefessa, quam Magnifici Viri an-*

A tiqui Frajapanes a progenie in progenies erga Romanam Ecclesiam habuerunt &c. Alibi autem Chartam vidimus Oddonis Frajapanis Anno MCLII. renuntiantis pignori in Civitatem Tusculanam. Nunc illustrem hunc Virum, simulque ejus Familiam, propius inspicere ac noscere juvat. En ergo duas Chartas e praelaudato MSto Codice Cencii Camerarii excerptas.

Locatio perpetua dimidii Castri Radicofani facta a Rainerio Abate Sancti Salvatoris de Monte Amiato, Eugenio III.
Romano Pontifici, Anno 1153.

IN nomine Domini. Anno Dominicæ Incarnationis Millesimo Centesimo Quinquagesimo Tertio: Anno Nonni Domini Eugenii III. Papæ, Indictione Primâ, Mensis Maii die XXIX. Ego quidem Rainerius, licet indignus Abbas venerabilis Monasterii beati Salvatoris de Monte Amiato, consentientibus Fratribus meis & Monachis ipsis Monasterii, Stephano Presbytero, & A. Diacono, & R. & A. Conversis, ceterisque Fratribus ipsius Monasterii; consentientibus etiam subscriptis Vassallis ipsius Monasterii, & testibus vocatis: hac die, propriâ, sponteque meâ voluntate, in præsentia Dominorum Episcoporum Conradi Sabinensis, Ymani Tusculanensis, Hugonis Ostiensis, & Conradini, Presbyteris Cardinalibus, Gregorio titulo Sancti Calixti, Rolando Cardinali & Cancellario, Hubaldo titulo Sanctæ Praxedis, Arriberto titulo Sanctæ Anastasiae, & Juliano titulo Sancti Marcelli: nec non in præsentia Dominorum Diaconorum Cardinalium Odonis Sancti Georgii ad Vulum Aureum, Widonis Sanctæ Mariae in Porticu, Joannisi Sanctorum Sergii & Bacchi,

C Gerardi Sanctæ Mariae in Via Lata, & B. Sanctorum Cosmae & Damiani: atque coram Dominis Judicibus, Gregorio Corano, R. primo Defensore, Philippo Sacellario, Mardone Protoscribentario, Gregorio Corano, & Ildebrando Aquaeependens: in præsentia etiam Advocatorum Jobannis Judicis, R. de Scribentario, Benedicto de Leone, & Bartolomei. Loco & concedo vobis Domino nostro Eugenio, a Deo decreto summo & universali Pontifici, & in sacratissima Sede beati Petri Apostoli Papæ III. & per vos beato Petro Apostolorum Principi, sanctæque Romanæ Ecclesiæ, omnibusque vestris Catholicis Successoribus in perpetuum: id est medietatem integrum unius Castri, quod vocatur Radicofanum, cum dimidia in integrum parte totius Curtis, & cunctis tenimentis suis, & Burgo de Calamalla, & bandis, & Placitis, & distrittu, & omni honore ipsius Castri; omnia in integrum pro medietate vobis, vestrisque successoribus loco & concedo, exceptis antiquis possessionibus, quae etiam tempore Comitum per speciales & proprios Ministros Monasterii tenebantur, & custodiebantur, ad usum Fratrum ibidem

453 DISSERTATIO QUADRAGESIMASECUNDA. 454

ibidem servientium, & feodis, & libellariis, quae similiter nomine tantum Monasterii detinebantur. Reservato etiam Monasterio Sancti Salvatoris jure, quod in eis habet. In Burgo quoque de Calamala redditus panis & vini, qui de agris & vineis solvit. Pensiones etiam Monasterio nostro integre reservando. Omnes autem homines ipsius Castri vobis, vestrisque Catholicis successoribus, fidelitatem jurabunt. Mibi quoque Abbatii, meisque Catholicis successoribus, fidelitatem facient. Sic tamen ut, si quando ego, vel successorum meorum quilibet praeter tenerem bac Chartula comprehendens Castrum ipsum vobis, vestrisque successoribus Catholicis, sanctaeve Romanae Ecclesiae auferre tentaverimus, vel Castrum ipsum, vel quamlibet partem ejus cuiquam in Feudum, vel quilibet alio modo concesserimus, aut concessum servaverimus; & requisiti infra tres menses non emendaverimus, a fidelitate Abbatis sententi soluti: & Castrum ipsum in jus beati Petri, & sanctae Romanae Ecclesiae devolvatur. Si vero Dominus Papa, vel successorum vestrorum quilibet mibi, vel successorum meorum alicui, vel Monasterio solvere designatum Censem cessaveritis, vel Custodiad nostram Vos, vel Custodes vestri ejereritis, & infra tempus subscriptum non emendaveritis, tunc a fidelitate vestra, vestrorumque successorum solvantur. Ad indicium autem, quod Castrum ipsum Monasterii Sancti Salvatoris juris & proprietatis semper existat, ad vestimenta Monachorum, vos, vestrique successores mibi, meisque successoribus & Monachis, qui pro tempore fuerint, sex Marcos puri argenti annis singulis mensa Madio pro pensione persolvetis. Hoc etiam duxi adnectendum, ut Castrum ipsum per Custodes vestros proprios, vestrorumque successorum, assumitis secum duobus vel tribus Custodiis meis, meo-

A rumque successorum, semper teneatur: per quos, & per alios homines ipsius Castri, & a vobis, vestrisque successoribus, sicut quod juris beati Petri existit, Monasterium ipsum cum bonis suis a pravorum hominum incurribus defendatur, nec ab eisdem fraudulenter, nec malitiose perturbetur; & ipsum Castrum in alicujus alterius dominio vel potestate, sive custodia, ullo umquam in tempore transferatur. Et omnes Custodes vestri, vel vestrorum successorum, qui ibi pro tempore fuerint, quod mibi & Monasterio in ipso Castro reservatur est, mibi meisque successoribus conservare jurabunt. Si vero supradictus Census aliquo casu per tres annos solutus non fuerit, & vos, sive successores vestri tunc requisiti, & in quarto anno integrum persolvi non feceritis; sive etiam Custodes Monasterii ab hominibus vestris de Castro ejecti fuerint, & infra tres menses, postquam tertiis requisiti fueritis, superadjecto tempore ad iter faciendum, & ad Custodiad Monasterii opportune revocandam, sive utrisque partis malitia sufficienter restituta non fuerit: haec Locationis Chartula de cesero viribus careat. Si quando etiam Romanus Pontifex qualibet ex causa Castrum ipsum ad manus suas retinere noluerit, ipsi Monasterio absque impensarum recompensatione restituat; eo tamen tenore, ut quandocumque idem Romanus Pontifex qualibet causa, vel successorum ejus Catholicus quilibet, ad suas manus Castrum ipsum revocare voluerit, simili tenore absque contradictione & impensarum restitutione ei restituetur.

B

C

D

E

Quam scribendam rogavi Andream Scriniarium sanctae Romanae Ecclesiae, in Mense, & Indictione suprascripia Prima.

† Signum manus supradicti Domini Eugenii, summi & universalis Pontificis, & in sacratissima Sede beati Pe-

tri Apostoli, Papae III. conductoris
bujus.....

Centius Frajapanis, egregius Ro-
manorum Consul.

Johannes Petri Leonis, egregius Ro-
manorum Consul.

Odo Frajapanis, strenuus Roma-
norum Consul.

Gratianus filius Owitionis Petri de
Leone, Romanorum Consul.

Johannes Frajapanis, filius Domi-
ni Centii, Romanorum Consul.

Petrus Leonis, Petri de Leone, Ro-
manorum Consul.

Obitio Leonis Petri de Leone, Ro-
manorum Consul.

Stephanus de Thebaldo.

Hyacinthus, Domini Papae Dapifer.

Stephanus Infans filius Stephani de
Thebaldo.

A

Oliverius Romani de Oliverio.

Wiscardus, de Familia Domini Papae.

Johannes Rontione.

Berardus frater ejus.

Johannes de Bibiano.

Rogerius de Letulo.

Guitto Supracoquus Domini Papae.

Petrus Rittius.

Donnellus.

Abbaja Monte Hostiarii.

Petrus Scantio.

Robertus, Marescallus equorum al-
borum.

Johannes de Ancilla Dei.

Litaldus, Cognatus ejus.

Benedictus Zenonis.

Petrus Bucca-Bella.

Toderus.

Gregorius de Cavello, & quamplares
alii testes.

B

Instrumeutum, quo Johannes * Rancione & Berardus frater ejus,
Adriano Papae & Romanae Ecclesiae Castrum
de Ramajano dederunt, Anno 1159.

In nomine Domini. Anno V. Pontifi-
catus Donni Adriani IV. Papae,
Indictione VII. Mensis Aprilis die VII.
Ego quidem Johannes Rontione, &
ego Berardo frater ejus (a) una cum
ipso Domino Johanne fratre meo & Cu-
tatore, dato mibi in hac re ab ipso
Donno Papa, hic die, propriâ nostrâ
voluntate donationem inter vivos dona-
mus & concedimus tibi Donno nostro

C Adriano, a Deo decreto summo Ponti-
fici & universalis Papae IV. omnibus
sque tuis Casbolicis Successoribus, &
Sanctae Romanae Ecclesiae in perpe-
tuum: id est dominium de Castro Raja-
ni, cum tota portione nostra, quam nos
habemus, & nobis pertinet in ipso
Castro, & territorio suo, in domibus,
terrulis, vineis, hortis, canapinis, silvis,
pratis, campis, pascuis, salectis, rivis,
pan-

* Johannes Rontione, qui superiori Chartae subscribit inter Testes, in hoc quoque
Instrumento Johannes Rontione in principio & circa finem dicitur, nec non Johannis Ron-
tione nomine se ipse appellat ut alterum Chartulae rogatorum. Cur quae in Titulo
praesentis Instrumenti Johannes Rancione is nuncupatus appareat? Nunquid Rancione legen-
dum? Utrumne Librariorum, sive Typographiae sit mendum sicuti (ibidem) Instrumeutum
pro Instrumentum, videant alii. Ego enim Celeberr. Auctoris non inmemor praecepto-
rum, licet de impressis proelo heic agatur, sine MStorum oculari inspektione, uti nu-
squam alibi in Muratoriis Operibus hucusque me curante reculis, actum est, ac deinceps
azetur, quicquam ausim immutare. Id innuisse sufficiat Eruditis: quos ceterum haud qui-
dem latet, Illustrem satis ac Splendidissimam, vel in Tuscia, Roncionum Progeniem.

(a) Hosce duos fratres eos ipsos esse vides, qui supra descripto Aetui Locationis
Radicofani una cum aliis testibus interfuerunt & subscripti ferunt.

457 DISSERTATIO QUADRAGESIMASECUNDA: 458

pantanis, molendinis, cum districtu suo intus & de foris, & cum omnibus, quae nobis pertinent in ipso Castro & territorio suo, jure hereditatis & locationis: posita territorio Collinense, sicut inter suos concluditur fines. Qualiter nobis competit jure hereditario, seu & locis vel quocumque modo, taliter tibi donamus & concedimus, ut ab hodierna itaque die in antea licentiam & potestatem habeatis intrandi, tenendi, utendi, vendendi, donandi, commutandi, & quicquid perpetuè placuerit, ad usum & utilitatem vestram, vestrorumque successorum, sanctaeque Romanae Ecclesiae faciendi. Nos autem & nostros successores defensuros promittimus ab omni homine, si necesse fuerit. Quod si contra haec, quae dicta sunt, quolibet modo venire tentaverimus, & cuncta, quae dicta sunt, non observaverimus, tam nos, quam nostri heredes componamus verbis, & sanctae Romanae Ecclesiae propoena duas auri Libras. Et solutâ poenâ haec donationis Chartula firma permaneat. Ego praedictus Jobannes Rontione promitto, quod si Berardus frater meus infra aetatem licem vobis fecerit, faciam eum quiescere, & post aetatem faciam eum confirmare hanc donationem. Quod si non fecero, aut si pro ejus aetate aliquod damnum incideritis, quanti erit damnum, tantum liceat vobis in meis bonis vindicare. Insuper ego Berardus, tactis sacrosanctis Euangeliis juro, me hanc donationem ratam habitum, & nullo modo adversus eam venire: immo postquam compellatus fuero a vobis, vel a Curatore meo, fixi post viginti quinque annos hanc donationem

A confirmare. Quam scribendam rogavi Andream Scriniarium in Mense, & Indictione suprascripta VII.

¶ ¶ Signum manuum praedictorum Jobannis Rontionis & Berardi fratris ejus, hujus Chartulæ rogatorum.

Odo Frajapanus Illustrissimus Romanorum Consul, testis.

Granus Obitionis.

Ramone Frajapanus.

Petrui Latro.

Malabranca.

Petrus Oddonis de Insula.

Petrus de Ponte.

Golferamus de Guidocicca.

Jobannes Petri de Bobo, testes.

Andreas Scriniarius sanctae Romanae Ecclesiae, & sacri Lateranensis Palatii, complevi & absolvı.

Occurrunt nobis in priori Charta Centius Frajapanis, egregius Romanorum Consul, Odo Frajapanis, strenuus Romanorum Consul, & Johannes Frajapanis, filius Domini Centii, Romanorum Consul. In altera unus tantummodo memoratur Odo Frajapanus Illustrissimus Romanorum Consul.

D Quid ultra quaerimus ad Gentis hujus praestantiam & decus intelligentia? Tertiam tamen Chartam subnecere juvat, ex ejusdem Cencii Regesto depromtam, in qua mentio est non solum Cencii nuper laudati, sed & Oddonis ac Cencii Nepotum ejus. Spectat Charta ad nobilissimam Familiam Comitum Aquini, quae immortalem Virum nobis dedit, scilicet Sanctum Thomam Aquinatem.

Permutatio Castrorum quorundam inter Hadrianum IV. Papam,
& Adinulfum de Aquino, Anno 1157.

Exemplum Chartulae permutationis de
Brittis, & Monte Sancti Johannis.

IN nomine Domini Anno Dominicæ Incarnationis Millesimo Centesimo Quinquagesimo Septimo, Anno III. Pontificatus Domini Adriani IV Papae, Indictione V. Mense Aprili, die VIII. Ego Adinulfus filius quondam Pandolfi de Aquino, propriâ mē voluntaate cambio & permuto tibi Domino Adriano, a Deo decreto summo Pontifici & universalí Papae IV. & per te sanctae Romanae Ecclesiae, omnibusque vestris Catholicis Successoribus, ad proprietatem in perpetuum, intervenientibus pro te procuratorio nomine Dominio Rolando, titulo Sancti Marci, sanctaeque Romanae Ecclesiae Cancellario, & Ubaldo, titulo Sanctae Crucis, Presbyteris Cardinalibus: idest sextam integrā partem duorum Castrorum, unius destricti, & alterius integri, cum Rocca sua, cum domibus suis intus & de foris, & terris & vineis, Ecclesiis, silvis, paludibus, & pantanis, cum Placitis, & disticto suo, & omnibus suis usibus, utilitatibus, ac pertinentiis, positis in territorio Sabinensi, in loco qui vocatur Britti, sicut inter suos concluduntur fines, sicut mibi pertinet jure hereditario, aut qualicunque modo. Sic tibi & sanctae Romanae Ecclesiae, sicut dictum est, cambio & permuto, pro eo quod vos dedistis mihi causâ permutationis sextam partem Castri, quod vocatur Mons Sancti Johannis, cum domibus, terris, vineis, & cum Placito & disticto suo, & cum omnibus suis pertinentiis, positis territorio Campaniano, sicut inter suos concluditur fines, &

A sanctae Romanae Ecclesiae pertinet. Insuper ego, vel aliqui fratum meorum, qui Castrum tenere debent, fidelitatem & bonitatem facere debent Dominino Papae Adriano, & suis Catholicis successoribus, & sanctae Romanae Ecclesiae: & quicumque perpetud Castrum tenuerint, adjuvare per personas suas, & per Castrum illud, & guerram & pacem facere contra omnes homines: & servire Domino Papae, & successoribus suis, & sanctae Romanae Ecclesiae, sicut ex aliis Campaniae Baronibus, ad mandatum & praeceptum sanctae Romanae Ecclesiae. Et omnes alii tam fratres mei, quamque Paterus meus, & filii sui, & omnis similiter, qui in Castro partem habebunt, jurabunt ipsis, qui fidelitatem juraverunt Domino Papae eis Castrum, quod per se, vel suas submissas personas non auferent, neque de jure & dominio Domini Papae & Catholicorum successorum suorum, & sanctae Romanae Ecclesiae subtrahent: immo si Ecclesiae Romanae opus fuerit, absolvant homines suos de praedicto Castro a sacramento, & eis praeipient, ut adjuvent Ecclesiam Romanam cum eis, qui Ecclesiae Romanae fidelitate tennentur contra omnes homines. Et jurabunt omnes, hunc contractum adimplere, & obserware, sicut superius dictum est. Et ab hodierna die licentiam & potestate habeatis intrandi, tenendi, utendi, fruendi, vendendi, locandi, commutandi, & quicquid volueritis ad usum & utilitatem beati Petri perpetuo placuerit, faciendi: excepto Oddone Bononis, & patre suo & fratribus suis germanis, & consobrinis, & patruis, & avunculis suis, quibus aliquomodo,

B

C

D

E

vel

vel contractu non dabitis, concedetis, seu alienabitis. Et defendere promitto ab omni homine, si necesse fuerit, pœna alteri parti, legitime stipulant, vinti Librarum argenti.

Hi sunt testes: Centius Frajapanus.

Oddo, & Centius Nepotes ejus.

Johannes Petri Leonis.

Oddo Benedicti de Bona.

Oliverius Romanus de Oliverio.

Bartholomaeus de Taliacozzo.

Landinulfus de Stracato.

Raynaldus de Avellano.

Hisce adde Chartam, quam infra dabo in Dissertatione LVI. de Reli-

A gione; ubi ad Annum MXIV. occurrit Leo Frajapanus. Chorum denique claudat quarta pergamena, ad idem argumentum spectans, & ex eodem Cencii Codice descripta. Agitur ibi de Castro Asturæ, loco videlicet, ubi Anno MCCLXVIII. infelix Princeps Conradius, Friderici II. Augusti Nepos, a Johanne Frangepane captus, & Carolo I. Siciliae Regi traditus, securi postea fuit percussus. Est apud laudatum Cencium hic titulus.

B

Instrumentum Castræ Asturi pro centum quinquaginta Libris a Leone Frajapanæ Domno Cœlestino pignori obligati. Anno 1193.

IN nomine Domini. Anno Domini-
cae Incarnationis Millesimo Centesimo
Nonagesimo Tercio; Pontificatus Domini
Cœlestini III. Papæ Anno Tertio, In-
dictione XI. Mensis Aprili die XIV.
Nos quidem Leo Frajapanus ante praes-
entiam Domini Petri Portuensis, &
Sanctæ Rufinae Episcopi, & subscrip-
torum testimoniis, propriâ nostrâ voluntate
pignori ponimus & obligamus vobis,
Domno Centio, Dei gratiâ Diacono
Cardinali Ecclesiae Sanctæ Luciae in
Silice, & Domni Papae Camerario,
ad opus & utilitatem prælibati Domni
Cœlestini III. Papæ, ejusque Succep-
torum, procuratorio nomine, ut inferius
legitur: idest totam & integrum medie-
tatem nostram pro indiviso mixtam cum
alia medietate Manuelis Fratris nostri,
videlicet totius Roccae & Castræ Astu-
ræ, cum terris, sementibus, silvis,
pratis, & pascuis, vel aquis, vineis,
domibus, & casalinis, & denique cum
omnibus suis usibus, utilitatibus, &
pertinentiis intus & foris, dictæ no-
straæ medietati competentibus. Quæ me-

C dietas Arcis & Castræ, ut dictum est,
cum suis pertinentiis nobis pertinet jure
pignoris, vel aliter, sicut per Privile-
gium Senatus appetet. Quam vero me-
diatatem dicti Castræ & Arcis cum suis
pertinentiis amodo, dum hoc pignus du-
raverit, pro nobis & nostris heredibus
vel successoribus, a prælibato Domino
Papa, & suis successoribus precario &
ejus nomine possidemus. Pro centum quin-
quaginta Libris bonorum Proveniensium
Senatus; quas nobis, ut dictum est,
pro dicto Domino Papa procuratorio no-
mine, & de ejus pecunia, mutuo datis
& solvit: de quibus nos bene quietos
vocamus, & non solutæ pecuniae exce-
ptioni dicti mutui omnino refutamus.
Tali tenore, ut si ad sex Menses, post-
quam nobis, vel heredibus nostris præ-
dictus Dominus Papa, vel ejus Successor
dictam summam petierit, eam cum
omni integritate non solverimus eis, po-
testatem & licentiam habeat ex tunc di-
ctus Dominus Papa, vel ejus successor,
sive ille, cui commiserit, tam dictum
pignus, quam alia nostra bona sibi pla-
centia

D

E

centia auctoritate propriâ, & sine juris
offensâ & alius Curiæ proclamatio-
ne, & specialiter Senatus, ingredi, &
alii obligare, vendere, aut aliter alien-
nare, & etiam pro dicta summa ple-
naria satisfactione, nisi ejus voluntas
fuerit, nobis plus in antea inducias da-
re, salvo presario, & omni alia pot-
estate, ut dictum est, ad ejus utilitatem.
Qua hora transacto dicto termino, di-
ctam summam recolligere voluerit; quâ
solutâ, Chartula haec vacua sit, & ad
nos revertatur. Et cedimus & manda-
mus vobis pro dicto Domino Papa emno-
jus & omnem actionem personalem &
in rem, tam etiam ad agendum quam
exciendum, quod, quanve in dicta
mediatare Arcis & Castri cum suis per-
tinentiis habemus, vel adversis quam-
cumque personam habere possemus respe-
ctu tantum & occasione dictae summae
Centum quinquaginta Librarum. Et re-
fusamus juris vel legum auxilio, &
specialiter Senatus, quo nti possemus
quoquo modo ad infringendam praefatam
obligationem, & omnia quae dicta sunt.
Nonnime autem tam pro nobis, quam
pro nostris heredibus & successoribus vo-
bis pro dicto Domino Papa, & ejus
successoribus, ut dictum est, procuratorio
nomine hoc pignus, & omnia, quae
praedicta sunt, observare & defendere
promittimus, sub poena praedicti mutui
dupli: & solutâ poenâ haec Chartula
firma permaneat: quam scribere rogavi
Johannem Leonis Scriniarium in Men-
se, & Indictione supradicta XI.

Dominicus Bovatianus, testis.

Petrus de Astegio, testis.

Dominus Tostus, testis.

Petrus Palatinus, testis.

Jacquintus Stephanus de Bovestris,
testis.

* B. Gregorius X. Papa, cuius Corpus in Aretina Cathedrali Ecclesia adseratur
& colitur.

A Ego Johannes Leonis, sanctæ Ro-
manæ Ecclesiae Scriniarius, habens po-
testatem dandi tutores & curatores, e-
mancipandi etiam, decretum interpre-
tandi, & alimena decernendi, comple-
vi, & absolvı.

Quartò complura Cognomina origi-
nem suam debent Dignitatibus, aut

B Arribus Majorum. Inde, ut vidimus,
veteres non pauci, Cognominibus
destituti, desumebant unde se inter
ceteros distinguerent. Et quamquam
progressu temporis illustria munera
deficerent, neque amplius Ars illa
exerceretur, nihilo tamen secius po-
steri appellationem eamdem retinue-
re. Ita nobilis Comitum Familia Ro-
mana, quae non unum Pontificem

C Romanæ Ecclesiae dedit, e Comitibus
Signiae descendit, & adhuc sublatâ
licet eâ ditione, magnificum titulum
Cognominis loco servat. Celeberrimam
Vicecomitum Mediolanensem Fa-
miliam quis quaeſo ignorat? Viceco-
mitum quoque Placentinorum progenies
Gregorium * X. Papam, spectatae san-
ctitatis virum, genuit. In variis au-
tem Italiae Civitatibus adhuc perdu-
rant nobiles aliae prosapia, ex hu-
iusmodi Dignitatibus Cognomen suum
mutuatae, videlicet Advocati, nunc
Avogadri; Confanonerii: nunc Confa-
loneri; Capitanei, sive Cattanei; Vi-
cedomini, nunc Visdomini; Cancellarii;
Valvassores; Dottores; Alserii; Judi-
ces; Castaldi; Clerici; Presbyteri &c.

Quod est ad Artēs, quaecumque Co-
gnomina easdem praeferunt, fere sem-
per indicio sunt, primum aliquem
operam iis dedisse, atque in posteros
transiſſe ejusdem Artis mentionem.
Egomet, qui scribo, vix fallar, si ad
Caementarium aliquem referam Cogno-
minis

minis mei originem. Neque diversa opinari licet de *Ferrariis*, *Fabris*, *Sartis*, *Medicis*, *Specialibus*, *Notariis*, *Bancheriis*, *Munariis*, *Marescalchis*, *Beccariis*, *Formagiariis*, *Furnariis*, *Cerrennis*, *Porcariis*, *Canevariis*, *Capellariis*, *Pellicariis*, *Settaciariis*, *Barberiis*, *Magnanis*, *Caprariis*, *Oreficiis*, atque aliis hujusmodi Cognominibus, quae per complures Italiae, immo & Galliae, Britanniae, atque Germaniae Civitates audiuntur. Inficias tamen non ierim, quin interdum ex Agnomine, non autem ex Arte aliqua, id genus Cognomina fuerint efformata. Apud Anonymum Salernitanum in Paralipomenis Cap. LXVII. Part. II. Tom. II. Rer. Italicar. Salernitani *Fabrum Ferrarium* appellabant Radelchisum Principem Beneventi, quod is in adolescentia Aurificis Arte delectaretur. Verum pleraque ex his opinari licet orta ex ipsa Artis alicujus professione, postea in liberorum ac nepotum Cognomen conversa. Et hi quidem praecipui fontes Cognominum. Reliquam eorum turbam invexit praedii alicujus possessio, sive incolatus; aut aedium, plateae, templi, viae, fontis, vallis, montis, aliorumque locorum habitatio, vicinitas, confinium; aut expositum ante tabernam, aut in galeis, vestibus, vexillis militaribus adhibitum Insigne aliquod; aut fortuitus eventus; aut hominum arbitrium. Exempli causâ oculos converte ad Chartam Reipublicae Mutinensis, scriptam Anno Christi MC-LXVIII. ut intelligas, unde Cognomina assumita fuere. *Consulibus Mutinæ Domino Gerardo Rangono* (de cuius Familia ætum est supra) & *Alberto de Graulfo* (aut a patre, aut ab aliquo seniore inter ejus Majores, cui nomen *Graulfus*) & *Giberto de Bajoaria* (a loco, idest ab ejus no-

Tom. VIII.

A minis Curte cum Castello, quem locum nunc *Bazovara* nuncupamus) & *Arlocto Judice* (quem a reliquis distinguit munus Judicis, nunc di Dottore) & *Alberto de Pildguerra* (a patre, aut uno celebri de majoribus ejus, cui fortasse supranomen *Peldguerra*) & *Guidotto de Rolando*, *Guido de Martino*, *Ugo de Tado*, *Gerardus de Rodulfo* (ita appellati eorum patres) & *Wilclimo Zacio* (fortassis ex agnomine desunto e *Giacco*, armaturae specie) ibi praesentibus. *Testes Dominus Bernardus Malvezo* (ab agnomine *Malvezzo*, aut *Mal-vizio*) & filii *Godonis Albertus*, & *Dux*, (quos ab aliis pater distinguit) *Bobabadate* (Agnomen, quo ipsum Populus, contemptu nomine proprio, compellabat. Ejus filium puto *Rainerium de Buccabadata*, qui una cum *Arlotto Judice* nuper memorato Paci Constantiensi Anno MCLXXXIII. pro Mutinensi Republicâ interfuit. Vide Dissertationem XLVIII.) *Arduinus Raffabane* (ex Agnomine, quod fortassis emanatum est ex Italico *Aggraffa-Cane*) *Boscetus* (nomen proprium, aut agnomen, e quo Nobilis Mutinensis Familia *Boschettorum*) *Ugo de Gorzano*, *Albertus de Varana*, *Dominus Ugo de Solaria*, *Ugo de Gajo*, *Ubertus de Balugola* (singuli isti a Castellis *Gorzano*, *Varana*, *Solara*, *Geggio*, *Balugola* cognomen fortiti sunt) *Passaponte*, *Calcagnius*, *Squartia*, *Codagnelus* (Agnomina, sive Supernomina sunt in nomen conversa) *Radaldus*, *Teuzo &c.* & alii Nobiles & Sapientes Mutinæ. En qualis apud Majores nostros Nominum & Cognominum usus, vel ipso Seculo Christi Duodecimo. Plura aggerere superfluum duco. Sed quando Cognomina haec præ manibus habemus, committendum non est, ut Lector animadversione

G g frau-


fraudetur, quae usui multis esse possit. Occurunt nobis persaepe in variis, iisque dissitis Civitatibus, ipsissima *Familiarum Cognomina*. Quid rei hoc sit, & unde hoc factum fuerit, eruditus hominis interest probe nosse. Casus ergo non raro eisdem Cognomentis originem dedit in diversis locis, cuiusmodi puto quae praecipue ab Artibus deducta sunt. Nulla quippe Civitas caruit *Fabris*, sive *Ferrariis*, *Sellariis*, *Medicis*, *Pellicariis*, *Scribanis*, aliisque Artificum generibus. Si qua ergo ex hisce Artibus in quorumdam Cognomen transiit, iis ipsis Urbibus, aut Castellis tribuenda plerumque est ejusmodi Cognominum impositio, neque aliunde arcessenda. Eadem quoque Cognomina invexisse potuit apud diversos Populos Agnomen idem, facile ubique locorum excogitatum: idque opinari licet de *Rubeis*, *Albis*, (Italice *Bianchi*) *Nigris*, *Cortesiis*, *Ricciis*, *Zoppiis*, *Blondis*, *Crassis*, *Calvis*, *Brusatis*, atque horum similibus. Verum quae Familiae aut a longinquis locis Cognomentum mutuatae, aut Cognominibus singularibus distinctae diversis Civitatibus deprehenduntur, has non immerito opinari possumus, ex una in alteram Civitatem transmigrasse, atque in multis iis locis propagasse genus suum. Id autem praeferunt factum est, quum totam Italiam dilacerabant factiones Guelorum & Gibellinorum. Nobiles enim viri, prout in certaminibus eorum pars succumbebat, aut sponte, aut coacti exilium subire cum uxoribus & liberis cogebantur, sibique sedes querere sub alio coelo. Adde Tyrannorum impotentiam, tum adversari fortunam, privatas rixas, crimina perpetrata, hereditates, Feuda acquisita, officia belli aut pacis, a-

Aliasque caussas, ob quas Nobilium olim Familiae aut integrae, aut divisae, e patria Urbe ad alias translatae, ibi lares fixere, filiosque ac nepotes peperere. Ferrarensis Civitas quot exteris eximiis familiis, illic Esteium Principum curâ stabilitis, nobilitata fuerit, jamdiu animadvertisit Gaspar Sardius Lib. 2. Histor. Ferrarensi. Ad se nimirum traxere Atestini, aut lubentissime venientes excepere, *Calcagninos*, & *Roverellos* Rhodiginos; *Pios*, *Tassonios*, *Furnios*, *Castellos* Mutinenses; *Varanor*, olim *Cemerini Dominos*; *Bentivolos* antea Bononiae dominatores; *Strozzi* Florentinos; *Areostos*, & *Platesios* Bononienses; *Bevilaquas* Veronenses; *Alvarotos* & *Roncagallos* Patavinios; *Piolomeos*, & *Salimbenos* Senenses, ut reliquos omittam. Ita ex Mutinensi Urbe Bononiam se consultere *Savignani*, *Buccadiferro*, *Doxii*, *Bosketti*, *Guidotti*, aliaeque illustres Familiae, inter quas *Gazzoniam* quoque ego facile recenserem, tum *Malvitiam*, sive *Malvizzam*, quando hanc D inter magnificas Mutinensium prosperias Saeculo XII. & XIII. reperio, & nuper memoratam vidimus in Charta Anni MCLXVIII. Sed & alias ex aliis Civitatibus Bononia accepit Nobilium stirpes, ut *Dulfius* in earum Historia tradit, qui tamen more ceterorum de *Familiarum* origine scribentium fabulis saepissime indulget. Vide etiam Tomum VIII. pag. 91. Rer. Italicarum, quot Familiae Nobilibus exteris aucta olim fuerit Civitas Vicentia. Certe nullam ostendas, in quam turbulenta olim Italiae tempora multas non adduxerint Nobilium soboles, Civitate postea donatas: & praeferunt complices Neapoli & Panormi offendas, quas nempe illuc advexit Andegavensium

469 *DISSERTATIO QUADRAGESIMASECUNDA.* 470

vensium & Aragonensium Regum dominatus, aut mercaturaे, reive militaris occasio. Itaque ubi non una Civitas ejusdem Cognominis gentem alit, Nobilem atque a vetustate commendatam, tunc justae conjecturae

A locus esse potest, e Civitate, in qua antiquius ipsa refulsi, avulsi furculos, atque in alias Urbes & Castella translatos, ibi in novum gerumen crevisse.



D E
LITERARUM STATU,
NEGLECTU ET CULTURA
IN ITALIA
POST BARBAROS IN EAM INVECTOS
Usque ad Annum Christi Millesimum Centesimum.
DISSERTATIO
QUADRAGESIMATERTIA.

DISSE

R T A T I O

QUADRAGESIMATERTIA.



Uae fortuna, qui status Literarum in Italia fuerit, ex quo Gothi, Langobardi, ceterique Aquilonares Populi felicissimam hanc Provinciam sibi subdidere, nunc nosse operae pretium est. Quum Heruli sub Odoacre, tum verò Gothi sub Theoderico, declinante Seculo Vulgaris Epochae Quinto, in regionem hanc irruerunt, eique iugem dedere usque ad tempora Justiniani Augusti, fieri non potuit, ut ex devicti Populi animis tam cito excideret Literarum amor, studiumque Eloquentiae, & Eruditionis, cui tanto successu, Romanis Imperantibus, sese antea Italica gens devoverat. Proinde nil mirum, si adhuc decurrente Seculo Sexto floruisse in Italia videmus Severinum Boëthium, Ennodium Ticinensem, Cassiodorium, Eugyppium, Dionysium Exiguum, Aratorem, & Venantium Fortunatum Poëtas sacros, Jordanem Historicum, quem Jornandem corrupte appellamus, Claudium Clastitanae Civitatis Abbatem a Johanne Diacono in Vita Gregorii Magni memoratum, atque ut alios praetermittam, ipsum Gregorium Magnum, Romanum Pontificem, qui unus cum praecipuis totius antiqui-

A tatis ut pietate, ita & Literarum gloriâ certare potuit. Et revera per idem tempus perdurabat adhuc in Italia Scholarum usus, & praesertim Romae: cuius rei testem adferre possumus tum ipsum Johannem Diaconum, tum Concilium Vasense Secundum, Anno DXXIX. habitum, in cuius Canone Primo haec leguntur: *B Omnes Presbyteri, qui sunt in Parochiis constituti, secundum consuetudinem, quam per TOTAM ITALIAM satis salubriter teneri cognovimus, juniores Lettores secum in domo recipiant, & eos quomodo boni patres spiritualiter nutrientes, Psalmos parare, divinis lectionibus insisteret, & in lege Domini erudire contendant.* Cassiodorius quoque hisce testibus est adjungendus. Verum Langobardis rerum potitis, & afflictâ mirum in modum inter varias calamitates Italiam, sub gente Literarum prorsus ignarâ, & bello tantum assuetâ, scientia fere omnis exolevit, & ubique locorum non mediocris ignorantia successit. Quod quum ajo, non est mihi animus significandi, Italiam in Lapponiam tum fuisse conversam, Literasque adeo sublatas, ut neque legere neque scribere quisquam nosset. Aut delirantis, aut infantissimi plane hominis haec opinio foret. Immo olim mirabar ego, quei Clarissimus vir Scipio Maffeius Marchio in Dissertatione de Verbis.

Rhyth-

Rhythmicis, scribere non dubitaverit: Corrisponde tal credenza a quell' *UNIVERSAL SENTIMENTO*, per cui sembriamo immaginarci, che all' entrare in Italia de' Barbavi, uno spirto lapidifico occupasse sotto gl' Italiani, talichè impictrissero in un momento tutti, nè mai più funzione alcuna per lor si facesse nè animale nè intellettuale, onde debban coloro chiamarsi progenitori nostri, e a que' pochi stranieri debba generalmente attribuirsi tutto ciò, che in Italia o di buono, o di reo da poi s' è fatto. Haec ille, quum tamen non solùm absurdia adeo opinio nequam possit sine injuria tribui *Universis*, sed ne unus quidem in eam concessisse unquam ostendi possit. Uti ego in Tractatu *Del Buon Gusto*, Part. 2. Cap. primo ostendebam, Ingenia eadem emersere semper in regionibus sub coelo felici sitis. Paria semper Italia quoque peperit, uti & Graecia, aliaeque cultiores plagae. Verùm tempora esse possunt, quibus Ingenia ista aut nihil aut parùm in Literis excellant, & nonnulla ex iis ad fabulas, ad ineptias. ad barbariem declinent, sive ex defectu educationis, Scholarum, Magistrorum, sive ob tyrannicum regimen, bellorum rabiem, paupertatem, aliisque de causis. Hoc autem quin sensim acciderit, ex quo Langobardi Italiam gentem paene universam suo jugo pressere, nemo, ut arbitror, inficiari audebit. Erant sane adhuc Episcopi, Clerici, & Monachi: erant Judices, caffarum Patroni, Notarii, Medici, quos in Literis prorsus hospites minime dixisses. Attamen tota haec lūpellex eruditionis exiguo constabat. Aut modicum Eloquentiae, Philosophiae, Theologiae, Poëticas, aliarumque Scientiarum norant, aut norant duntaxat superficiem. Immo

A ne ipsa quidem Grammatica fortunatior apud eos fuit, ut ipsae eorum Chartae, in Tabulariis superstites satis produnt. Quod si quis e Clero, aut ad Populum verba faciebat, aut alio exercitationis genere, doctrinae suae experimentum faciebat, nihil nisi tritum ac vulgare, interdum quoque ineptum & puerile proferebat. Uno verbo, si Romam excipias, ubi ne tunc quidem desiderata est aliqua Literatura cultura, & certe Canonum semper scientia viguit; fortassis etiam si excipias Ticinum, tunc Regum sedem, in qua Urbe literatum aliquem facile semper deprehendisses: reliqua Italia aut analphabetis, aut leviter tantum literatis abundavit; certe nullum insigni eruditione ornatum dedit, cujus nomen aut Libri ad nos cum multa commendatione famae pervenerint. Gregorius II. Romanus Pontifex Anno DCLXXX. Legatos mittens ad Concilium VI. Oecumenicum, ad Augustos ita scribit Tom. 6. Concilior. Labbe, pag 634 *Pro obedientia*, quam debuimus, non pro confidentia eorum scientiae, illos dirigimus. Num apud homines in medio Gentium positos, & de labore corporis quotidianum victimum conquirentes, quomodo ad plenum poterit inveniri Scripturarum scientia? Tum subdit, se ac suos ea tantum tenere cum simplicitate cordis, quae tradita sunt. & studere, ne quid minuantur, mutetur, vel augeatur. Non dispari sermone utuntur Patres Concilii Romani ad eosdem Augustos illâ ipsâ occasione scribentes. Si ad eloquentiam Saecularem (respicimus), non aestimamus, quemquam temporibus nostris reperiiri posse, qui de summitate Scientiae glorietur, quandoquidem in nostris regionibus diversarum Gentium quotidie actuat furor &c. Propterea Paulus Diaconus

conus Lib. 6. Cap. 7. de Gestis Langobardor. veluti rem memoriam dignam adnotandum censuit, floruisse Ticini sub Cuniberto Rege, hoc est circiter Annum Christi DCC. Felicem Grammaticum, de quo sunt ejus verba: *Eo tempore floruit in arte Grammatica Felix patruus Flaviani praeceptoris mei, quens in tantum Rex dilexit, ut ei baculum argento auroque decoratum inter reliqua suae largitatis munera condonaret.* Scilicet rarae admodum tunc erant Scholae, & rarum videbatur, vel unum habere alicujus pretii Grammaticae Magistrum. Refert Clariss. Mabillonius in Appendice ad supplementum Diplomaticae fragmentum Epistolae Hadriani I. Papae de rebus Beneventanis, ex authentica phylira desumptum, ubi occurunt haec verba: *eorumque novilissimis suovole.... ut inter eis dissensio fiat, & divisus inveniantur.... una cum indiculum.... una cum omnes Beneventani.... aut tam de recipiendi eos, quamque de nostro Misso una cum nostrum Indiculum &c.* Si tot flores Roma, vel tunc supra ceteras Italiae Urbes erudita, ferebat, quid de reliquis Urbibus cogitandum? Et multas quidem hujusmodi ferrei illius Saeculi formulas haberemus, nisi ex eorum Libris rubiginem interdum deterississet posteriorum Librarium, aut Editorum licentia.

Seculo tamen Octavo non desideratas fuisse elicubi in Italia Scholas, conicere possumus, & praesertim Aquilejae. Opinari quippe licet, ex ea Schola prodiisse Paulinum, postea Aquilejensem Patriarcham, virum pietate ac eruditione clarum, atque ipsius Pauli Diaconi aequalem, quem Carolus Magnus in Diplomate apud Baronium appellat *Artis Grammaticae Magistrum*. Praeterea temporibus iidem Romae, non secus atque antea,

Tom. VIII.

A numerabantur Grammatici non pauci: quod ex Vita ejusdem Caroli Magni per Monachum Engolismensem scripta, Tomo 2. Du-Chesnii, elicimus. Jacebant tune & in Gallia Literae, uti ipsius Caroli Epistola ad Baugulfum Abbatem Fulensem, a Sirimondo edita, fidem facit. Carolus ergo recte perpendens, optimorum Principum ac Hieroum esse, ad omne genus gloriae contendere, sisque Populis quamcumque felicitatem comparare, sibi etiam curandum duxit, ut disciplinae ac studia Artium Liberalium in Regnis suis, quam latissime fieri posset, restituerentur. Quare Anno Christi DCCLXXXVII. in hanc rem subsidia ex ipsa Urbium Reginâ petivit. Audi Monachum praelaudatum ita scribentem: *Domnus Rex Carolus iterum a Roma Artis Grammaticae & Computatoriae Magistros secum adduxit in Franciam, & ubique studium Literarum expandere jussit.* Ante ipsum enim Dominum Regem Carolum in Gallia nullum studium fuerat Liberalium Artium. Quum iterum dicit, satis ostendit hic Scriptor ex Romana Urbe accersitos antea fuisse alios viros doctos in Galliam. Ad haec Ticini circiter Annum DCCLX. Petrus Grammaticae Magister claruit, quem postea senem idem Carolus Magnus accitum ad se, tum ipse audivit, tum in Palatinis Scholis Grammaticae didascalum statuit. Alcuinus in Epistola XV. ad Carolum ipsum ex editione Du-Chesnii haec scribit: *Dum ego adolescentis Romanam perrexi, & aliquantos dies in Papia Regali Civitate demorarer, quidam Judaeus Julius nomine cum Petro Magistro habuit disputationem; & scriptam esse eamdem controversiam audiui in eadem Civitate.* Idem Petrus fuit, qui in Palatio vestro Grammaticam docens claruit. Patriam ih̄ius

H h

istius Petri nobis servavit Eginardus in Vita Caroli Magni, scribens: *In discenda Grammatica Karolus Pesrum Pisanum Diaconum senem audivit. Equidem certum minime habeo, Petrus ne iste Pisanus literarium ludum Ticini aperuerit: sed veri omnino id simile videtur.* Addo, praeter hunc ab eodem Carolo Magno *ex Italia in Gallias adductum fuisse Theodulfum, postea Episcopum Aurelianensem, virum disertissimum, ut veteres Annales te-*

A stantur apud Sirmonendum. Immo non in solis Urbibus erant Grammatices Magistri, sed & in Castellis & Vil- lis, in quibus tradendae illius Artis cura ad Parochos pertinebat. Ritum, quaeso, intuere expressum in Char- ta, cuius pervetustum exemplum vi- di in insigni Tabulario Capituli Ca- nonicorum Mutinensium. Est aliqua pugna inter notas Chronologicas, quam dirimere nihil attinet.

Traditio Plebis Sancti Petri in Siccoco facta Victori Archipresbytero
a Gisone Episcopo Mutinensi, circiter Annum Christi 790.

Giso per misericordiam Dei Muti- nensis Episcopus, omnibus filiis nostrae Ecclesiae. Notum esse vobis volunus, quia residentibus nobis in domo Sancti Geminiani in Mutina, Anno Imperii Domnorum nostrorum Caroli & Pipini glorioissimorum Regum in Dei nomine Vigesimo Quinto, & Sexagesimo, die XIV. Mense Octubris per In- dictionem Quartam decimam, concedi- mus ordinantes Plebem nostram in Sic- culo, quae nominatur Sancti Petri, con- senciente Sacerdotio & Clero nostro, necnon Ecclesiae ipsius Populo, Vi- tori Archipresbytero nostro: ea si- quidem ratione, ut ipse locus regiminis teneat, & secundum Canonicam au- thoritatem ministerio Archipresbyteratus fun- gi in omnibus non obmittat. Ideo in sartatectis Templi reficiendis, in Cle- ricis congregandis, in Schola haben- da, & Pueris edocendis. Cujus locum ita firma stabilitate ei concedimus, ut secundum Canonicam auuthoritatem a nullo Successorum nostrorum status ejus or- dinis violari possit, nisi talia perpetra- verit, quae digna sint Ecclesiastico ple- bei judicio. Annualement autem ipsius Ple- bis nobis & Successoribus nostris debi-

C tam pensionem, quae est Solidorum tri- ginta & quinque, per singulos annos statuimus, per hanc noticiam, ut in Pa- sca Domini annualiter persolvatur: de quibus si negligens fuerit, dupli catio- ne, ut Leges judicant, puniatur.

Giso Episcopus Mutinensis Eccle- siae in hoc Privilegio manu mea sub- scripti.

Ego Martinus Presbyter manu mea subscripti.

Ego Martinus Diaconus manu mea subscripti.

Ego Giselpertus Diaconus manu mea subscripti.

Ego Johannes Diaconus & Notarius Sanctae Mutinensis Ecclesiae, scriptor istius Privilegii post tradita complevi & dedi.

E Animadverte eorum temporum mo- res. Victori Archipresbytero Ecclesia illa conceditur, consenciente Sacerdotio & Clero nostro, necnon Ecclesiae ipsius Populo. Is autem praeter alia ad Parochiale munus spectantia in se recipit, sartatecta Templi reficere, Clericos congregare, Scholam habere, Pueros e- docere. Veri videtur simile, id in aliis quoque Pleibus factum. Et sa- ne

ne hoc idem exigebat in collatione Ecclesiae Archipresbyteralis, sive Plebis de Rubiano, Godefridus alter Mutinensis Episcopus, uti constabit ex

A aliis tabulis archetypis, quas idem Chartophylacium Mutinensium Canonorum adservat.

Collatio Plebis de Rubiano facta Sileberto Presbytero a Gottefredo Episcopo Mutinensi, Anno 908.

Gottefredus sanctae Motinensis Ecclesiae Episcopus omnibus filiis nostre Ecclesie. Notum vobis esse cupimus, quoniam residentibus nobis in principali nostre Dioceesis Sinodo, & ea que Katholice & regnari auctoritati congruunt, secundum Domini dispositionem pro posse tractantibus, adierunt nostre parvitas clementiam Sacerdotes & Plebe Sanctae Mariae in Rubiano, quorum ista sunt nomina: Jobannes, itemque Jobannes, Sigebertus cum ceteris aliis ejusdem Plebis Sacerdotibus, sed & cum plurimis ipsis matris Ecclesie fidelibus Laicis, luctuosa querimonia reclamantibus, quod predicta Plebs diruta esset, & sine Archipresbytero pene desolata remaneret. Quorum reclamationi studiosum prebentes auditum, destinavimus & Sacerdotibus nostre matris Ecclesiae, qui hoc vice nostra prospicerent, nobisque renunciarent, id est Gisevertus Prepositus & Sacerdos, Natalis Presbiter, Garifus Presbyter: ipsique nobis renuntiaverunt, ita se habere, quemadmodum nobis de ipsa Plebe a predictis Sacerdotibus & Parrocianis intimatum fuerat. Itaque nos inquisivimus ab eis, quem vellent eligere Archipresbyterum. Illi autem uno consensu & pari voluntate petierunt nostrae humilitati Silebertum Sacerdotem sibi dari Archipresbiterum. Quorum petitionibus nos benevoli assentientes, eorumque necessitatibus ex debito compatiens, predictum Sacerdotem Silebertum, consentiente Sacerdocio & Clero nostro, illis ordinavi-

B mus Archipresbyterum. Ea tamen ratione, ut omnibus diebus vite sue secundum temporis qualitatem & sibi a Deo concessam possibilitatem, religiosa conversatione Christo ibi deseruire studeat, id est in Schola habenda, in Pueris educandis, in sartateclis Ecclesie reficiendis, in luminaribus adhibendis, & ceteris, que Religioni Ecclesiastice congruunt secundum Domini voluntatem per posse patrandis. Quam Plebem ita ei divino suffragante adjutorio firma stabilitate concedimus, ut a nullo Successorum nostrorum status ejus ordinis valeat dissolvi, nisi ea commiserit, que Sacerdotali digna sint plebi judicio. Annualem autem ipsius Plebis nobis & Successoribus nostris debitam pensionem, que est Soldorum triginta annutum in Pascha Domini persolvere debeat, adhibito eo quod pro circanda Parrochia tertio semper anno in expensis nobis Successoribusque nostris preberi debetur, hoc est aut decem Soldorum expensas, aut decem in argento. Et si de ipsa pensione tardus aut neglegens fuerit, dupli datione, secundum quod Leges censeunt, puniatur.

Actum Motina, VI. Kalendas Junii,
Indictione XI.

† Ego Gottefredus gratia Dei Episcopus in hoc decreto a me facta manu mea subscripti.

† Ego Gisevertus Presbiter & Prepositus in hoc decreto manu mea subscripti.

† Ego Giselvertus Presbiter & Canonicus manu mea subscripti.

H h 2

† Ego

† Ego Raginaldus Presbiter & Canonicus in hoc decreto subscripsi.

† Ego Gaiprandus Presbiter & Canonicus in hoc decreto manu mea subscripsi.

† Ego Garifus Presbiter & Canonicus in hoc decreto manu mea subscripsi.

† Ego Martinus Presbiter manu mea subscripsi.

† Ego Benedictus Presbiter manu mea subscripsi.

† Ego Petrus Diaconus manu mea subscripsi.

† Ego Lupus Diaconus manu mea subscripsi.

† Ego Adelbertus Diaconus manu mea subscripsi.

† Ego Ragiuntus Diaconus subscripsi.

† Ego Dominicus Diaconus subscripsi.

† Ego Martinus Subdiaconus manu mea subscripsi.

† Ego Garivertus Subdiaconus manu mea subscripsi.

† Ego Ernenpertus Presbiter manu mea subscripsi.

† Ego Sunipertus Presbiter in hoc decreto manu mea subscripsi.

† Ego Adelardus Presbiter in hoc decreto manu mea subscripsi.

† Ego Lupus Presbiter in hoc decreto manu mea subscripsi.

† Ego Jobannes Presbiter in hoc decreto manu mea subscripsi.

† Ego Sigebertus Presbiter in hoc decreto manu mea subscripsi.

Perstringe tamen quae hactenus recessui, neque aliud exculpes, nisi Italiam tunc multos fortassis ostentare potuisse Grammaticae Magistros; Scholas autem graviorum Literarum in Urbibus & Castellis fere omnibus nullas: ac propterea nil mirum, si deprecta foret in Italia temporibus iis Scientiarum meliorum fortuna, nulosque egregios Scriptores Italicum

A Caelum tunc dederit, quorum usque ad nos fama permearit. Semper exceptio Paullum Diaconum, & Paulinum supra memoratos, uti & Theodulfum nuper laudatum, qui inter Poëtas ejus temporis paene unus revera Poëticam novisse, & versus rite proculdisse videtur. Quod ut etiam luculentius perspiciat Lector, animadvertendum est, quid Carolus Magnus jam Langobardorum Regno potitus egerit. Non in Gallia tantum & Germania, quibus ille Regnis dominabatur, quanto potuit studio, Liberales Artes propagandas curavit, sed Italiam quoque voluit ejusmodi beneficii aliquia ex parte participem. Sangallensis Monachus a Canisio, & Duchenio editus, in Historia de rebus gest. Caroli Magni, Lib. primo, Cap. primo, narrat, duos Scotos (Monachos, ut multa suadent) de Hibernia ad litus Galliae pervenisse, viros & in Saecularibus & in Sacris Scripturis incomparabiliter eruditos. Hi sapientiam venalem Populo offerebant. Delata re ad Carolum Magnum tunc Franciae Regem, is Monachos, sive Seculares illos, ad se evocatos, ubi comperit, Literarum studio excellere, unum eorum nomine Clementem in Gallia residere praeccepit, ut Pueros erudiret: alterum vero in Italiam direxit, cui & Monasterium Sancti Augustini juata Ticinensem Urbem delegavit, ut qui illuc ad eum voluissent, ad discendum congregari posuissent. De nomine Monachi, ut opinor, istius Ticinum missi circiter Annum Christi DCC-LXXX. contendunt Scriptores. Ego nihil definio, tum quod parum interest, tum etiam quod in id tantummodo intentus sum, ut ostendam, quam humili loco tum essent Literae in Italia, quando Carolo Magno ad eas aliquâ ratione instaurandas o-

pus

pus tuit usque ex Hibernia unum Monachum ambabus ulnis accipere, eumque ad Ticinensem Urbem mittere bonarum Artium Magistrum. Si in reliquis Italiae Urbibus, atque in ipsa Ticinensi tum florissent Viri literaturā praestantes, nihil erat, cur Carolus undique conquirens, & tamen paucos inveniens, quorum ope in Regno paterno Literarum culturam excitaret, e duobus, quos sibi fortuna obtulerat, unum sibi retine-ret, altero Italiam donaret. Hoc existimare quisque per se, vel me taceinte, possit, simulque cogitatione metiri, quām grande, aut exiguum in Italia emolumentum disciplinis obvenerit ab uno Magistro in una tantum Urbe constituto? Sed ut ut aliquis inde fructus fuerit perceptus, certe sublato illo Magistro, & ex vi-vis etiam rapto Carolo, verè ob gesta & virtutes Magno, in deterius res Literaria apud Italos abiit. Splendidissimum testem dabo, cui fidem abrogare nemo audeat, hoc est, Lo-tharium I. Augustum. Hic enim Anno DCCCXXIII. eodem videlicet, quo consors Imperii a Ludovico Pio patre suo creatus est, & Romano dia-demate cinctus, Italico Regno, cui praeerat, ornamenta procurare cu-piens, inter cetera abjectae Literarum fortunae, prout tunc licuit, consuluit. Egregium hac de re Capitulare ab ipso promulgatum, quod ha-
stenus in Codice Capituli Canonico-
rum Mutinensium latuerat, evulgatum a me jam Lector accepit Part.
II. Tomi I. Rer. Italicas pag. 151. illudque iterum heic repetere nemini grave, immo cuilibet gratum, futu-
rum esse puto. En ejus verba: *De Doctrina. De Doctrina verò, quas ob ni-miam incuriam arque ignoriam quorunque Praepositorum cunctis in locis est funditus*

A extincta, placuit, ut sicut a nobis consti-tutum est, ita ab omnibus observetur. Vi-delicet, ut ab his, qui nostra dispositione Artes docentes alios, per loca denominata sunt constituti, maximum dent studium, qualiter sibi commissi Scholastici ita profi-ciant, atque doctrinas insistant, sicut praesens exposcit necessitas. Propter op-portunitatem tamen omnium apta Loca distincta ad hoc exercitium providimus, ut difficultas locorum longe positorum, ac paupertas nulli fieret excusatio. Primum in Papia convenient ad Dungallum, de Mediolano, de Brixia, de Laude, de Bergamo, de Novaria, de Vercellis, de Derthona, de Aquis, de Genua, de Ha-sie, de Cuma. In Eboreja ipse Episco-pus hos per se faciat. In Taurinis con-venient de Vigintimilio &c. Qui reliqua cupit, locum supra memoratum adeat. Hinc interea liquet, Anno DCCCXXIII. Doctrinam cunctis in Locis Italicis Regni suisse funditus extin-gant. Ergo late ignorantia regnabat, & ludis literariis tunc Italicae fere omnes carebant Urbes.

B Quapropter, ut huic morbo me-deretur Lotharius, in octo ejusdem Regni Civitatibus Scholas instituit, ad quas conterminarum Urbium Scho-lastici (nunc appellamus Scolari) con-fluere, si vellent, possent. Non om-nium ille Disciplinarum Magistros constituit, non omnium Artium Gym-nasium excitavit, quod nonnulli sibi facile nimium suasere: sed unum tan-tummodo Magistrum in singulis iis Urbibus Scholae praefecit, cuius es-set munus Artes docere discipulos, Grammaticam videlicet, uti in Notis ad idem Capitulare jampridem monui. Eo autem tempore Grammatici non tantum Latinae Linguae rudi-menta tradebant, sed etiam ad Er-u-ditionem, utcumque poterant, ado-lescentes educabant, quum nempe iis

C Poëta-

Poëtarum, Historicorum, Oratorum, immo & ipsius sacrae Scripturae, Sanctorumque Patrum Libros explicarent: quae consuetudo in Castellis nonnullis nostra adhuc tempestate perdurat. Propterea, ut puto, Johannes Monachus in Vita Sancti Odonis Cluniacensis Abbatis, Tomo V. Aëtor. Sanctor. Benedictin. Mabillonii, circiter Annum DCCCCL. scripsit, sanctum illum virum, Anno aetatis decimo nono Grammaticae Artis liberalibus studiis educatum fuisse: quasi Grammaticae studere idem foret, ac ceteris Artibus Liberalibus operam dare. Ita Monachus ille natione Italus. Quod etiam animadvertis velim, *Dungalus*, seu *Dungallus* ille, cui commendatam nuper vidimus Scholam Ticinensem, Scotus, simulque Monachus & ipse fuit, ut infra ostendam. Nonne hinc etiam discimus, quo in loco tunc esset Literarum fortuna apud Italos, quando vel ab ipsa Scotia, sive Hibernia, ad erudiendos juvenes evocandi fuere Praeceptores? Accedit, quod *Dungalus* idem in calce sui Opusculi contra Claudium Taurinensem Episcopum, qui adversus sacras Imagines invehebatur, de eo haec habet: *Propter istam autem insanissimam perversitatem renuit ad conventum occurrere Episcoporum, vocans illorum Synodus congregacionem Asinorum.* Doctissimus sane vir quanquam in Haeresim prolapsus, Claudius fuit, natione Hispanus. Non aliâ ratione is credendus est tam in honesto vocabulo onerasse Italicos Praesules, nisi quod eos nosset, aut existimaret in Literarum studio hospites, aut certe nunquam sibi eorum professione comparandos. Neque verò ex Italos quisquam pedem cum Claudio contulit, sed unus *Dungalus* Scotus, tunc inter Italos versa-

A tus. Heic autem petas, cur ulque e Scotia, & non potius ex vicina Gallia, excitus est Literarum Magister. Jam supra vidimus, ipsam quoque Galliam exteris tunc indiguisse subsidiis. Neque enim silenda laus Britanniae, Scotiae, ac Hiberniae, quae studio Liberalium Artium eo tempore antecellebant reliquis Occidentalibus Regnis, & curâ praesertim Monachorum, qui Literarum gloriam, alibi aut languentem aut depressam, in iis regionibus impigre suscitabant atque tuebantur. Debet autem Gallia Flacco Alcuino in primis, quem ex Britannia accitum, sive sibi in Romano itinere oblatum, Carolus Magnus Praeceptorem habuit, & Scholae Palatinæ suae praefecit, quod apud Gallos refloruerint Scientiae, & in Coenobiis ac Episcopiis cum Clericorum & Monachorum, tum Secularium Scholae fueriat constitutae. In partem hujusmodi beneficii Italia quoque venit. Nam praeter primum illum Monachum e Scotia acceptum, & a Carolo ad Ticinenses missum, illuc deinde accessit *Dungalus* supra in Capitulari memoratus. Duos ergo heic Monachos diversos exhibeo, quamquam suspicari quisquam possit, non duos, sed unum in Italiam ad Ticinensem Scholam missum fuisse, scilicet *Dungalum*. Obstat tamen videtur tempus: nam circiter Annum DCCLXXX. Carolus Magnus illuc misisse creditur Monachum Scotum: *Dungalus* verò Anno DCCXXIII. scilicet post annos quadraginta tres, Ticinensi Scholae praeyerat. Difficile statuas, tandem *Dungalum* praefuisse Scholae Ticinensi, nisi is serius, quam putetur, Ticinum venerit, aut saltet annos in longam aetatem produxerit. Quod certum est, *Dungalus* & Monachus & Scotus fuit; immo iphi

ipſi etiam Carolo Magno carus, magnique ab eo factus. In Spicilegio Dacheriano ejus Epistola legitur ad eundem Carolum Augustum Anno Christi DCCCXI. scripta, quum Carolus ipsum consuluisseſſet de Ecclipti Solis, anno praecedenti viſā per Waldonem Abbatem Sancti Dionyſii Parifiensis. Epistolam illam Ticini exarataſſeſſe a Dungalo, ea mihi verba indicare videntur: *In iſta Terra, in qua Nunc, Deo donante Franci dominantur, ab initio Mundi talis Rex & talis Princeps numquam viſus est, qui ſic eſſet, fortis, sapiens, & religioſus, ſicut noſter Dominus Auguſtus Carolus.* Ut cumque ſit, Dungalus Bri-

A tannicae ſive Scoticae eruditioſis guſtum aliquem in Italianam p̄ae ceteris intulit. Quod etiam primus animadverti, plures ille Codices MStos antiquiſſimo Bobiensi Coenobio, ſupra Placentiam ad Trebiam ſito, largitus eſt, unde exempla in reliquam Italianam propagata deinde fuere. Reſte cadit in hunc locum Catalogus vetuſtiffiſmus MStorum Codicum, qui olim in ejudem Bobiensis Monasterii Bibliotheca adſervabantur, ſed temporis edacitate corroſus ac decurta-
tus. Ego qualem inveni in eadem Bibliotheca deſcripsi, & monumen-
tum Literariae Reipublicae non inu-
tile, nunc tandem profero.

Index MStorum Codicum Bobiensis Coenobii, Decimo, ut videtur, Aerae Vulgaris Saeculo exaratus.

.....
.....
Librum I. ad Pafcen	mirabi- libus gemmarum
..... breviter excerptus Lib. I. de Adam	
..... De Sancta Virginitate, & de hono nis conjugiss. Lib. I Quaeftio Lib. II. de oculo Quaeftionibus rum Epifcopum Li- bellum parvulum I. Epiftolae Pau- li ad Rom Hieronymi in E- piftola Pauli ad Galatas..... rum ad Prosperum Lib. I. de ſto, in quo con- tineſſur de Humilibus Lib. I de Doctrina Christiana. Lib. I. contra Mar- cionem. Lib. I. de aedificatione Templi, in quo continentur Homiliae. Auguſtini. Librum Retractionum Librum I. de Letaniis. Libellus unus de decem chor- dis, in quo Hieron ad Ydiriam. Lib. I. de Epiftolis Canoniciſ ad Evo- dium. De Ammonitionibus ad Reges & Potentes, & de Poenis infernorum, &	

C Beatitudine iuſtorum. Et de Quaeftioni-
bus Sancti Auguſtini in Matthaeum.
Librum I. Quaeftionum in Matthaeum,
& Lucam: in quo habentur Libri III.
quos componuit Adamnianus de Situ Hie-
rusalem, & Terra reprobationis, &
Urbe Constantiopolitana.

D Item de Lib in minoribus Pro-
phetis. Expositiones II. in Epiftola ad
Galatas. In ad Epbes ad
Philemonem, ad Corinbios. Et commen-
tarium Epiftolae, ſeu & glos.
super Virgil. in Eſaia Expos. IIII. Ex-
positionem I. in Zacharia & Malachia.
Expositionem I. in Abdia & Jona. In
alio volumine Expositionis ejusdem in
Abdia Librum I. In Jona. I. In Naum.
I. In Hieremia Libros III. Expositiones
IX. in Hieremia. In Ezechieſ Libros
IV. In Abbacuc Expositionem I. Librum
I. de Mansionibus Iſraēlitici Populi; in
quo habetur Dialogus Attici & Crito-
boli. Tractatum in Eccleſiaſten. Librum
I. de Cronica Apoftolorum. Libros II. de
Illuſtri-

Illustribus Viris. Commentarios III. in **A** Mattheorum. Librum super Psalmos. Libros Quaestionum II. Librum generalium Sententiarum I. De Opusculis ejusdem. Librum I. de Infantia Salvatoris. Librum I. ad Panimacium & Marcellam. Librum in Canticis Cantorum. Librum I. contra Jejunianum. Librum I. in quo sunt Prelogi in Libros Regum, in Eptatico, in Paralipomenon, & Esdra: & de Mansionibus Israbelitici Populi. Librum I. in Jobel, & Amos, & Michee. In Genesi Librum I. in quo continetur ars cuiusdam de Grammatica, & Sinonima, & Cronica Apostolorum. Librum I. de Opusculis Hieronymi, & Augustini. Librum I. in Salomonem, & in Job. Libros III. Dogmatum. Libros VII. de Epistolis Hieronymi in Oseae & Jobel Lib. Tractatus in Apostol.... Librum I. Commentarium in Evangelio Matthaei & Lucae. Et Quaestiones diversae Librum I.

Item de Eusebii Libris. Libros Cronicarum III. Libros de Historia Ecclesiastica III. Excerptos de Chronica Eusebii Libellos IV.

Item de Hilarii. In Epistola ad Romanos Librum I. De Fide Catholica Libros III.

Item de Beati Gregorii Papae. Libros Homeliarum plenarios II. & non plenarios II. In Ezechielem Libros VI. & in uno ex his habetur Epistola Sancti Augustini de Caritate. Moralium in Job Libros VII. Libros Regulae Pastoralis II. Dialogorum Libros III. Librum Patern. I. Librum Philippi Presbiteri in Job I.

Item de Beati Ambrosii Libris. Ad Gratianum Imperatorem Libellum Fidei I. Officiorum Librum I. De Divite avaro Librum I. In Luca Libros II. De Jejunii Librum I. De singulis Capitulis veteris Testamenti Librum I. De Lapsu Virginum, & de Virginitate Li-

brum I. in quo est Passio Sanctae Eulaliae. De Apologia David. Et de Sacramentis. Seu & de Immortalitate Librum I. Librum I. in quo habetur fides Sancti Hilarii, confessio Sancti Ambrosii, fides Hier. Sermo de Trinitate. Epistola Gratiani Imperatoris ad Sanctum Ambrosium. Libros IV. ejusdem, & Sermo de Castitate & Pudicitia. Librum de Virginitate I. Expositionem I. in Psalmo Centesimo decimo octavo. Legionarios II. Libellus parvus de Lapsu Virginum I.

Item de Origenis Libris. In Genesi Expositiones II. In Exodus Expositionem I. In Levitico Expositionem I. In uno Volumine Homeliae continentur ejusdem in Ihesu Nave XXVI. In Libro Iudicium VIII. In Primo Libro Regum Homeliae VI. De Epiphania Homeliae II. In Canticis Cantorum Libros II. In Luca Librum Homeliarum I.

De Libris Cipriani. Item Cipriani ad Demetrianum Libros II. De diligendo Deo Lib. I. Ad Quirinum Libros II. De diversis Opusculis Librum I.

Item de Iudorii Libris. Expositum in Genesi I. De diebus, & septimanis, temporibus, & signis Libros II. Officiorum Libros V. Et in uno ex his continentur Epistolae diversorum, & Sinonima Ciceronis, & Gloss. Libros Differentiarum III. Libros Fratrum II. Libros, & Homologiarum IV. Libros Sententiarum III. Librum de Ordine Creaturarum I. Chronica Iudorii Librum.....

Item de Canonibus. Inter majores & minores habentur Libri Canonum XV. & Libri Epistolarum Papae Leonis II. Item Librum Canonum I. in quo habetur Iudorii de Ordine rerum.

Item de Libris diversorum Authorum. Librum Athanasii contra Apollinarem, in quo & alia continentur Opuscula. Libros Gregorii Nazareni Apollogeticos II. Libram ejusdem de Grandinibus I. Libres

Libros II. Jobannis Constantinopolitanii in Epistola ad Hebreos. Et de Psalmo quinquagesimo Librum I. Et aliis Tractatus I. Libros Pauli Orosii IV. Item Jobannis Oscurei de Cordis Compunctione, & Reparatione, & alia Opuscula. Libros Eucherii de Formulis specialibus IV. Libros Cassiani de Institutione Monachorum III. Et de Collationibus Patrum Librum I. Libros Sancti Columbani in Psalmos II. Libros Primasii in Apocalipsin II. Libros II. Celi Firmiani Lactantii de Opificio Dei, & unum de Falsa Religione, in quo habentur dicta Sybillae. Librum Sancti Severiani I. Librum Decretale Gelasii I. in quo habetur Libellus Augustini de Haeresibus. Librum de Vitiis. Libros Institutionis divinae Legis Tunilli ad Primasium II. Librum Rufini in Osee, Jobel, & Amos I. Librum I. Vindicis Verecundi pri..... Prophetarum. Librum Effrem Diaconi. Libros Optati Episcopi contra Donatistas II. Et in uno ex his habetur Expositio Autorum in Apocalipsin, & Ordo omnium Festivitatum. Librum instructionis Nicetae Episcopi I. Librum Metodii Episcopi De Regno Gentium & novissimis temporibus I. Librum Effrem I. in quo habentur Epistolae Falgentii & Hieronymi. Librum Victorini unum in Apocalipsin, & in Epistolis Pauli. Librum Fausti Episcopi de Praedestinatione Dei unum. Librum Caesarii I. Libros Homeliarum Mazimi Episcopi II. Librum Tersulliani I. Plinii Secundi Naturalis Historiae Libros III. De Institutionis antiquorum Regum I. & Justiniani II. Libros Egesipi II. Librum cuiusdam de Gestis Gotorum I. Libros Smaragai III. Libellum Cassiodori in Psalmis parvulum I. Librum Expositonis Claudii Episcopi Taurinensis in Epistola ad Corintios. Formula vitae honestae cuiusdam Martini, in qua & alia habentur Opuscula. Libros Hier....

Tom. VIII.

A Scotti Exceptos VII. Librum Laurentii unum de duobus temporibus.

B Item de Libris incertis. Libros Glossarum & Expositionum quorundam super Mattheum VIII. Librum Pandectarum I. in quo est Expositio cuiusdam in Mattheum. In Epistolis Pauli Expositionum Libros IX. Libros breviter expositos in Psalmis VI. Librum I. Quaestionum cuiusdam in Veteri & Novo Testamento, in quo habetur Epistola Hieronymi ad Edibiam, & Asceticon, idest Institutio Sancti Basilii. Librum I. cuiusdam de remediis peccatorum; in quo habentur Libri VI. Alchimii metrica conte..... Libros IV. in * quo habentur Homeliae quorundam de singulis Festivitatibus. Librum I. cuiusdam ad quandam Ju-deum; & alia Opuscula.

C D E Item de Vita, & Passionibus Sanctorum. Libros de Vita Patrum..... ex his habetur Vita Gueberti. In alio Collationes Patrum. Vita Pauli, Antonii, Hilarionis. Et de captivitate Malchi Monachi Librum I. Et in uno ex eis Vita Sancti Martini. Librum de Vita Sancti Martini. Librum de Vita Hilarionis, & Sancti Germani. Librum I. de Vita Sancti Cipriani Martyris. Librum I. de Vita Sancti Ambrosii. Librum de Vita Sancti Eustasii & Ambrosii. Libros de Actu Sancti Silverii quatuor. Libros de inventione Corporis Sancti Stephani quatuor. Librum I. de Vita Sancti Simeonis: in quo habentur Arnulfi de Situ Hierusalem Libri II. De Vita Sancti Columbani. De Vita Sancti Galli Libros II. Librum de Vita Sanctae Ceciliae & Juliani Martyris unum. Libellum unum de Vita Sancti Marcelli. Librum de Vita Sancti Medardi unum. Libros de Passione Apostolorum Petri & Pauli I.... Libros Passionum complurium Sanctorum II. Librum Regulac Sancti Columbani. Libros Regulac Basilii Duos. Librum uniuers,

in quo habentur *Lectiones Natalis Domini*, & de *Epiphania*, & *Lamentationes Jeremiae*. *Libros Legis Langobardorum* duos. *Librum unum Dionisii de Computo*. *Anatolii Theopibili I. Vistorini V.* & alios *Libros de Computo VI*. *Libros Glossarum VII*. *Libros Psalmorum II*. *Libros Evangeliorum plenarios & non plenarios V*. *Librum Collectaneum I.* in quo diversa babentur *Opuscula de Fratre Dominico*, quem ipsi prestitimus.

Libros Sergii de Grammatica duos, & in uno horum *Adamantii Liber* habetur. *Libros Virgilii* numero quatuor. *Lucani Libros IV. Juvenalis* duos; & in uno ex his habetur *Martialis & Persius*. In uno *Volumine* babemus *Perfumum, Flaccum, & Juvenalem*. *Libros Claudiani Poëtae* quatuor; & in uno ex his *Sedulii quaedam pars in capite*, & alia *Opuscula*. *Libros Ovidii Nasonis* duos. *Librum Lucretii I. Librum Dracontii I. Librum Ennodii Episcopi* unum, in quo & alia continentur *Opoſcula*. *Libros Donati tres*; & in uno ex his habentur *Sinonima Ciceronis*. *Libros Valerii Probi III. Libros Boëtii III. de Arithmetica*, & alterum de *Astronomia*. *Librum Marii Vistoris de Reborica*. *Libros Terentii II. Librum Honorati I. Libros Porphyrii II..... & alterum de Isagogis*. *Librum Isidori de Vitiis I. Commentarium Hieronymi super Donatum*. *Librum Prudentii I. Librum I. Paulini in Laude Sancti Felicis*. *Librum I. Demosthenis. Librum I. Versuum Licentii ad Sanctum Augustinum*, in quo sunt *Versus Sybillae de Die Judicii*. *Libros Pompeji III. sed non plenarios*. *Librum I. de Versibus Apostolorum*. *Libros IV. Categoriarum Aristotelis*. *Librum I. in veteri Testamento conscriptum metrice*; in quo continentur *Libri Alchimi & Catonis*. *Libros II. Capri & Acroëtii de Ortogra-*

A *phia. Libros Ouricis duos. Librum I. Dosithei de Grammatica. Librum Juventi- cii I. Librum Ausonii Poëtae I. in quo habentur Plinii Libri III. Librum Con- sentii I. Libros Sedulii IV. Libros Sym- phosii II. Librum Papirii de Analogia I. Librum I. Flaviani de consensu no- minum & verborum. Libros Prisciani minoris II. Libros Marii Grammatici de centum Metris II. & in uno ex his ba- bentur Sergii de Litera Libri II. Aste- rii Grammatici, Honorati de Ratione Metrorum, & Expositio cuiusdam super Donatum; Expositio quoque Sancti Au- gustini super totas partes Orationis; Pho- cae etiam de Grammatica Libri III. Ex- exercitaminum Prisciani Sophistae Librum unum. Libros Prisciani II. Unum de fi- guris Numerorum, alterum de Litera. Librum I. de Sententiis Philosophorum, in quo sunt Libri Catonis, & Theo- pbrasti de Nuptiis. Librum Sestiparris I. in quo continetur Liber Differentia- rum Plinii. Librum Donati super Vir- gilium unum. Libros Glossarum super Virgilium IX. Librum Methodiogiarum Fulgentii I. Libro. diversorum de Gram- matica XX. Libros Septimi Sereni duos; unum de ruralibus, alterum de Historia Trojana, in quo & habetur Historia Daretis. Librum I. Daretis de vastatione Trojae. Librum I. de Epistoli Alexandri & Dindimi. Librum I. de si- tu Indiae Alexandri ad Aristozilem Ma- gistrum. Librum I. Cosmographiae. De Historia Alexandri Magni Macedonis Librum unum. De diversis generibus Monstrorum Librum I. Librum I. Cice- ronis, in quo sunt Topica & Particio- nes. Contra Catilinam Librum I. Ge- neralium Sententiarum Librum I. in quo Lucii Annaei Senecae, Valerii Flacci Liber I. Aratoris Subdiaconi de Ati- bus Apostolorum. Liber Metricus I. Pho- cae de Grammatica Librum unum.*

Item de Libris, quos Dungalus praecipius Scottorum obtulit beatissimo Columbano. In primis Librum Origenis in Genesi I. In Canticis Cantorum ejusdem Librum I. in quo habetur Expositio Bedae in Esdra, & Quæstiones Hieronymi in Genesi, & de Locis Terræ reprobationis, & de Hebreis Nominibus; Expositio quoque in Ecclesiasten, in Danihelam, & in Hieremiam. Librum Origenis in Epistola ad Romanos unum, in quo habetur Expositio Johannis Constantiopolitanus in Epistola ad Hebreos. Librum I. Sancti Ambrosii in Luca; in quo est Expositio Bedae in eodem. Librum Homiliarum Gregorii in Ezechiel I. in quo habetur Expositio Hieronymi in eodem. Librum cuiusdam in Epistolis Pauli, in quo continetur Expositio Hieronymi in Epistola ad Ephesios, ad Titum, ad Philimonem, ad Galathas: & Expositio cuiusdam in septem Epistolis Canonicas. Librum I. Augustini super Johannem. Librum I. Augustini de Trinitate. Ejusdem de Civitate Dei Librum unum. Librum I. Hieronymi in Esaja. Ejusdem in minoribus Prophetis Librum unum. Epistolarum Hieronymi Librum unum. Librum I. Eusebii, in quo continetur Liber Cæsiodori Institutionum Divinarum Letionum, & Hieronymi Illustrium Virorum, & Soliloquiorum Augustini, & Expositio Albini in Genesim. Librum Bedae in Genesim unum, in quo est Albini super Johannem. Expositio I. Bedae in septem Epistolis Canonicas. Librum Etymologicarum Isidori unum. Expositum cuiusdam breve in Joanne & Salomone. Librum Prudentii. Librum Fortunati unum, in quo est Paulinus, Arator, Juvencus, & Caso. Librum Pompei I. Librum Joseppi Historiographi unum. Evangelium plenarium. Librum Enchiridion Sancti Hieronimi II. Psalterium I. Librum quendam Latini

A ne Scotaicae Linguae. Librum Dungali contra perversas Claudii Sententias unum. Librum Sancti Augustini de Musica.

B In primis Lib. Sedulii orthograph. Librum Psychomachiae Prudentii quo continetur Consentii Lib. Priscianus minor Lib. super Donati Lib. in cuiusdam super De consolacione Lib. de Injuria Regula pro peccatis Lib. Praefatione Lib. Glosis Librum Quæstionum in Genesi. Librum Bedae de

C D E

De Libris Benedicti Presbyteri. Brevis recordationis de Libris venerabilis Benedicti primis. Librum Prisciani majorem. Librum Virgilii unum. Sergii super eundem Virgilium Priscianus minor, Beda de Metris, & alia habentur Opuscula Librum I. in quo Versus Apostolorum, Donatus, Beda, & Alboin habentur Librum Donati in quo & Tractatus habetur super eundem Donatum in quo Psychomachia Prudentii, & Sancti Augustini habetur de Juvenci unum. Librum I. Junilii de Divina Lege. Librum de concordia Evangel. unum. Libros super Mattheum II. super Marcum I. super Lucam I. super Johannem Libros II. Canonum Alithgavii Episcopi Librum I. De Regula Sancti Benedicti. Missale plenarium. Librum Officiorum Isidori unum. Librum Epistolarum Pauli unum; & Librum Prognosticorum Juliani. Rufini de Vita Patrum Librum I. Missales parvos II. Vigiliorum Librum Computi. Librum Omeiarum Jobannis Krisostomi de Evangelii. Librum Minorum I. in quo computum, & alias habetur. Librum I. Collectaneorum. Hieronymus cum aliis diversis Operibus. Psalterium. Einhardi Librum.

De Fratre Adalberto Psalterium unum. Antiphonarium plenarium unum. Canones, quos excerpit Alitgarius Episcopus. Infantia Salvatoris.

Breve de Libris Theodori Presbyteri. Missales IV. Psalterium glosatum I. Homiliarum Gregorii, & Bedae Liber I. Sinodorum Libri III. Joannis Crisostomi de reparatione Lapserum, & aliis sententiis Liber I. Super Daniel, & in Apocalipsin, & Epistola de Melchisedech, & Prognostica Juliani Pomeri Liber. Albini de Trinitate Liber I. Chronica Isidori Lib. I. De Vita Sancti Columbani Liber. De Vita Sancti Gumberti Liber. Diurnum Sancti Gregorii Liber. De Predicationibus Liber I. Regula Canonica Liber I. De Decimis, & Expositione Missae Liber. Liber Cassiani unus. De Collatione Abbatis Cheremonis. Regula Sancti Benedicti unus. Martyrologium Bedae I. Martyrologium Hieronymi. Et de Arithmetica; Macrobius; Dionisi; Anatolii; Victorii; Bedae; Colmani, & Epistolae aliorum Sapientum Liber I. Eucherii de Quaestionibus veteris & novi Testamenti, & de situ Hierusalens, & Glossis Liber I. Boëtii de consolatione Philosophiae, & Catonis Liber. Priscianus major Liber I. Liber Donati de majoribus & minoribus partibus, & de Glossis super ipsum & Consentius unus. Liber I. Isidori, Servii, Sergii, Maximi, Victoris, & Prisciani minoris, Bedae, Clementis, Euticis, & alia Opuscula. Liber item I. Sedulii, Juvenii, & Prosperi, ac Prudentii, & aliorum Versifistorum Liber unus. De Rethorica Karoli & Albini Magistri unus. De Dialectica Martiani, Augustini, Apulei, & Isidori Liber I. Liber de Ordine Ecclesiae unus. Omnes Libri Volumina XXXII.

Item de Libris Petri Presbyteri. Expositum Cassiodori Senatoris in Psalmis

A Libros III. Regula Canonica Librum I. Libellos Canonum II. Missalem I. Antiphonarium I. Psalteria II. Libellus Einardi de Psalmis, in quo habentur Orationes, quae specialiter dicuntur. Encyclopiam Augustini. Missale Collectarum I. Librum Pomerii, in quo & alia habentur Opuscula. Librum Sancti Augustini I. de Magistro, in quo habentur ejusdem de Ordine, & de Academica & Vera Religione. Librum Canonum I. Librum Rabani in Genesin I. Librum Prognosticorum I. Librum Donati de partibus minoribus & majoribus, in quo & alia habentur Opuscula. Librum Martiani de Nuptiis Philologiae & Mercurii. Librum Euticis I. Librum Ausonii I. in quo Mitologia Fulgentii. Rethorica Karoli & Albini, & Periermeniarum Apulei, & alia quaedam. Librum Prisciani minoris, in quo Caper, & Agroecius, & Alboin habentur. Librum Prudentii plenarium I. Librum I. Bedae in titulis Psalmorum. Librum Ciceronis de Senectute I. in quo babetur Dialectica Augustini. Expositio in Somnio Scipionis. & Boëtii de Musica..... quas non reperimus..... Ezechiel & Daniel Librum I. Epistolas Pauli, & Acta Apostolorum, Apocalypsis, & Epistolae Canonicae Librum. Ambrosii Librum I. De diversis generibus Monstrorum Librum I. Dica..... Librum I. & alios Libros. De Psalmis Lib. I. De mirabilibus gemmarum Librum I. De septem Quaestionibus ad Dulcitium Librum. Admonitionum ad Reges & Potentes Librum I. Expositionem in Lacham Librum I. Expositionem Ezechielis Librum I. De Psalmis Librum I. Prologus Regum. In Paralipomenon, in Eptatencho Librum I. Librum Quaestionum I. Librum I. Sancti Hieronymi de Opusculis ipsius. Librum Epistolarum I. Cujusdam de Gestis Gothorum Librum I. Librum super Matherum

therum unum. *D: inventione Corporis Stephanii Librum I. Epistolarum Exposition. Librum I. De Expositione Psalmorum Librum I. Homeliarum tres.*

De Libris Bonipyandi. Infantiae Salvatoris Librum I. & Librum Computi, & Regulam Sancti Benedicti.

Ad Speluncam, Missalem I. Lettorarium I. Antiphonarium I. Regula Sancti Benedicti una. Vita Patrum I. Homeliarum XXXX. Breviarii Gregorii unum. Homeliarum collectarum I. Expositionum super Johannem unum. Psalmarium I.

Item de Libris Fratris Smaragdi, Liber Prisciani major I. Liber Augustini de Musica. Ejusdem de vera Religione. Liber Bedae de Metris. Quaedam pars de Arithmetica. Boëtii Liber. Augustini de Magistro. Euangeliū plenarium. Soliloquiorum Augustini unum.

Item de Libris Fulgentii. Unum Librum Prisciani majoris de partibus orationis. Librum Boëtii de Musica. Librum de Ordine I. Librum de Academia I. Librum metacologiarum Fulgentii. Librum Martiani de Nuptiis Philologiae & Mercurii, & glofala in ipsum.

Vidisti Bobiensium Codicum partem memorari, quos Dungalus praecepit Scottorum obzulit beatissimo Columbano. Ejus etiam Liber contra Claudium Taurinensem Episcopum recentetur infra hoc titulo: *Liber Dungali contra perversas Claudii Sententias*. Clarissimus Mabillonius opinatus fuit, Dungalum non Gallum, sed alienigenam, forte Scottum fuisse, eumque censuit in Gallia consedisse, ibique sacras Imagines vindicasse a censura Claudii Taurinensis. Contra ego in Notis ad Capitulare praelaudatum contendi, non in Gallia, sed Ticini apud Italos, Dungalum potiorem suae vitae partem in erudiendis adolescen-

A tibus egisse, eumdemque fuisse illum, qui Claudio fese objecit, & qui pro sacris Imaginibus stetit. Consonat cum Capitulari praelaudato Lotharii I. pariterque cum Catalogo nunc evulgato sententia mea; atque hinc etiam emendandus, sive supplendus Caveus in Historia Literaria Scriptor. Ecclesiastico. qui Dungalum censuit Monachum San. Dionysianum Parisiensem. Scotum fuisse disertis verbis tradit Catalogus Bobiensis. Et quamquam neque in eodem Catalogo, neque in Capitulari, Monachus ille appellatur: attamen Monasticam vitam professum post Mabillonum & ego conjicio, a Dungalo tamen Monacho recluso distinguendum, cui, contra quam idem Mabillonius opinatus est, nihil rei fuisse puto cum Dungalo Scoto, Literarum Magistro Ticini, & Auctore Libri contra Claudium Taurinensem. Ceterum, quum Sancto Columbano, celeberrimo ob sanctitatem vitae, miracula, & eruditionem viro, in Hibernia nato, & Bobii Anno Christi DCXV. vita functo, originem suam debeat Italicum Bobiente Coenobium: nil mirum, si Dungalus Scotus singulari amore in locum sacrum ac celebratissimum afficeretur, & bene de illo meritus fuerit. Gratiae quoque Dungalo, aliquique magnae Britanniae viris, qui Mitorum Codicum supellestilem in Italia auxere. Neque Lectori latere volo, plerosque Bobiensis Bibliothecae Libros supra memoratos in Ambrosianam Mediolanensem translatos fuisse curâ immortalis viri Friderici Borromaei sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis & Archiepiscopi Mediolanensis. Egregios fane Codices ex antiquitate, quorum utilitatem & ego senti in Anecdota Latinis luce donandis, & quorum erit semper aliquis

liquis usus eruditionis Ecclesiasticae & Saecularis amatoribus; nam vel ipsis editis Libris quantum praesidii afferre possint veteres MSti, neminem ignorare arbitror. Uno exemplo mihi uti liceat. Quot Bedae Libros, eximii inter Britannos Monachi, Bobiensis Bibliotheca completeretur, supra vidimus. Ego in Ambrosianâ olim MStos Codices recensens, haec inter alia animadvertis. Illic visitur *Historia Anglorum*, ab eo literis consignata; tum ejusdem Compendium, quod in editis Tom. 3. Operum Bedae sine ulla distinctione perducitur usque ad Annum DCC-LXVI. quum tamen tot ante annos

A Beda naturae legibus cessisset. In MSto Codice Ambrosiano postrema Compendii verba sunt. haec: *Anno DCCXXXI. Bertruald Archiepiscopus obiit. Anno eodem Tatini consecratur Archiepiscopus nonus Duruvernensis Ecclesiae, Aedibaldo Rege Merciorum, quintumdecimum agente annum Imperii..... Adnectitur e vestigio Operis conclusio iis verbis Bedae jam editis, idest: Haec de Ecclesiastica Historia Britanniarum usque ad superadjicere curavi. Post quae Ambrosianus Codex haec habet in editis desiderata, nempe enumerationem Librorum, quos ad illud usque tempus Beda ipse testatur sese scripsisse.*

Index Librorum, quos Beda conscripsit, ab ipso literis consignatus circiter Annum Christi 731.

In principium Genesis usque ad Nativitatem Isaac & ejectionem Hismahelis Libros IV. De Tabernaculo & vasis ejus, ac vestibus Sacerdotum Libros IV. In primam partem Samuelis, idest usque ad mortem Saulis Libros III. De aedificatione Templi Explanationis allegoricae pro Populo, sicut & cetera, Libros II. Item in Regum Librum XXX. Quaestionum. In Proverbia Salomonis Libros III. In Cantica Canticorum Libros VII. In Esaiam, & Danielem, Duodecim Prophetas, & partem Hieremiae, Distinctiones Capitulorum ex Traictatu Beati Hieronymi exceptas. In Ezram & Neemiam Libros III. In Canticum Abbacuc Librum I. In Librum beati Patris Tobiae Explanationis allegoricae de Christo & Ecclesia Librum I. Item Capitula Lectionum in Penta-

C thecum Moysi, Josuae, Judicum, in Libros Regum, & Verba dierum. In Libros beati Job, in Parabolas, & Ecclesiasten, in Cantica Canticorum, in ipsis duodecim Prophetas, Ezram quoque & Neemiam. In Evangelium Marci Libros IV. In Evangelium Lucae Libros VI. Homiliarum Evangelii Libros II. In Apostolum quaecumque in Opusculis Sancti Augustini exposita inveni, cuncta per ordinem scribere curavi. (*) In Actus Apostolorum Libros II. In Epistolas sex Canonicas Libros singulos. In Apocalypsim Sancti Iohannis Libros III. Item Capitula Lectionum in totum novum Testamentum, excepto Evangelio.... Item Librum Epistolarum ad diversos, quarum de sex Actatibus una est: de mansionibus filiorum Israel una: de eo, quod ait Esaias; & claudentur ibi in carce-

(*) Heic obiter animadverte, disputatum diu inter Eruditos, an Commentaria in Epistolas Sancti Pauli, e Sancto Augustino pleraque excerpta, tribuenda forent Bedae, an potius Floro Magistro. Hinc saltem discimus, revera id genus Opus a Beda fuisse constitutum. Vide Mabillonum in Analectis, & Caveum in Histor. Scriptor. Ecclesiasticorum.

carcerem, & post dies multos visita-
buntur. De ratione Bissexti una. De
Aequinoctio juxta Anatolium una. Item
de Historiis Sanctorum. Librum Vitae
& Passionis Sancti Felicis Confessoris
de metrico Paulini Opere in prosam tran-
stuli. Librum vitae & passionem San-
cti Anastasii male de Graeco transla-
tum, & pejus a quodam imperito e-
mendatum, prout potui, ad sensum cor-
rexi. Vitam Sancti patris Monachi si-
mul & Antistitis Cudberti, & prius
heroico metro, & postmodum plano ser-
mone descripsi. Historiam Abbatum Mo-
nasterii bujus, in quo supernae piezati
deservire gaudeo, Benedicti, Ceolsidi,
& Huetberti in Libellis II. Historiam
Ecclesiasticam nostrae Insulæ gentis in
Libri V. Martyrologium de Natalitiis
Sanctorum Martyrum diebus, in quo
omnes, quos invenire potui, non solum
qua die, verum etiam quo genere certa-
minis, vel sub quo Judice Mundum vi-
cerint, diligenter adnotare studui. Li-
brum Hymnorum diverso metro, sive
Rhythmo. Librum Epigrammatum Heroi-
co metro, sive Elegiaco. De natura tem-
porum, & de Temporibus Libros singu-
los. Item de Temporibus Librum I. ma-
jorem. Librum de Oriographia, alpha-
beti ordine distinctum. Item Librum de
Metrica Arte: & huic adjectum alterum
de Schematibus sive Tropis Libel-
lum, hoc est, de figuris, modisque lo-
cationum, quibus Scriptura sacra conte-
cta est.

Hactenus in Ambrosiano Codice
Beda. Tum succedit Oratio Te De-
precor &c. ut in editis. Ad horum
normam certe exigenda sunt, quae
de ejus Libris scripere Trithemius,
Baronius, Du Pinus, Caveus, & alii.
Alterum quoque Codicem, quem
ante annos nongentos scriptum con-
criebam, e Bobiensi in Ambrosianam
Bibliothecam devectum legi. Ibi oc-

A currit Bedae Commentarius in Genesim
usque ad nativitatem Isaac, una cum
Epistola praefixa ad Antistitem Ac-
cam. Consonant omnia cum editis
usque ad versiculum: *Ista generatio-
nes Caeli & Terræ, quando creatæ
sunt &c.* Quae vero subsequuntur,
ab editis differebant, aut nondum e-
dita reputabam. Sed ante paucos an-
nos hunc foetum puplici juris fecere
Clarissimi Viri Martene & Durand,
Monachi e Congregatione Sancti Mau-
ri, Tomo V. Thesauri Anecdoto-
rum. Supra Dungali facta est mihi
mentio. Nunc addo, haberi in nu-
per memorata Ambrosiana Bibliothe-
ca Codicem, ante annos nongentos
scriptum literis quadratis, in quo e-
jus nomen expressum legitur tribus
hinc Versibus praepositis, quibus Bo-
biensi Coenobio traditum a se Li-
brum designat,

*Sancte Columba, tibi Scorro tuus in-
cola DUNGAL
Tradidit hunc Librum, quo Fratrum
corda beentur.
Qui legis ergo, Deus pretium sit
muneris, ora.*

E En ut rursus Scotorum se Dungalus
proficitur. Librum offert Sancto Co-
lumbæ (ita enim & alii Sanctum
Columbanum appellaverunt) hoc est,
illius Monasterio Bobiensi. Nihil de
Monachatu suo adjicere videtur; at
quum ait *incola tuus*, idem prodit
significans, se in ejus Coenobio vi-
vere. Complectitur autem Codex il-
le Vitas Sanctorum Patrum, quarum
lectio Monachis potissimum commen-
dabatur, & familiaris eo tempore es-
se consuevit. Ibi primo occurrit Pro-
logus in Vitas Patrum Sancti Hierony-
mi Presbyteri. Benedictus Deus, qui
vult omnes homines salvos fieri &c.

Primo

Primo Capitulo hic titulus praefigitur: *De Sancto Johanne Eremita.* Primum igitur tamquam verè fundamentum nostri Operis &c. Haec autem Ruffino Aquilejensi tribuuntur in editione Heriberti Rosweydi Societ. Jesu Antuerpiae Anno MDCXXVIII. facta. Sunt autem in MSto Codice Capitula omnia, quae apud Rosweydum leguntur, sed ordine mutato u-

A sive ad Capitulum *De duobus Macariis.* Subsequitur Liber Secundus de Vita Sanctorum Patrum. Ei praefixam Epistolam, quum minime animadverterim a Rosweydo editam, propterea huc inferre statui in commodum Eruditorum, quanquam parum feliciter e Graeco, ut mihi videtur, conversam.

Epistola praefixa Librò Secundo de Vitis Sanctorum Patrum.

Beatifico & admiror prepositum tuum: dignum est enim, a beatitudine incipere bujus Epistolæ textum, quoniam circa vana & inania præsentis Seculi studium suum impendunt, & in aedificatione lapidum, ex quibus non valde gaudebunt. Ipse autem verbum aedificationis, & sacrae Scripturae doctrinam doceri desideras: Sanctorum Patrum conversationem & instituta perquiris. Multorum igitur multa & varia per singula tempora habentur conscripta de his, qui in lecebras Seculi derelinquentes; quorum bonum desiderium inspiratio supernae gratiae Dei adjuvabit in aedificationem eorum, qui fide voluntaria permanent in doctrina Salvatoris nostri Christi. Visuri est mihi humili & reverentiae tuae præcepis, & desiderio tuae magnitudinis obedire, amator doctrinæ veritatis, pro possibiliitate mentis meæ; tricesimum siquidem & tertium annum aetatis agens, in Congregatione Fratrum conversatus sum, nibilominus etiam & in solitaria vita, vicesimum annum in Episcopatu. Igitur desiderans tibi Sanctorum Patrum enarrare Vitas, virorum scilicet ac seminarum, quos vidi, & de quibus audivi, cum quibus & conversatus sum tam in Aegypti solitudine, quam & in Lybia, & Thebaida, & Sene, simul & qui dicun-

B tur Tabenensiotar; deinde in Mesopotamia Palestinae, & Syriae, & paribus occidis Romæ & Campaniae: & eorum, qui in his morantur. Itaque habens tibi exponere & enarrare specialiter in hoc Libro hoc, ut minus salutifero commonitorio habeas indeficientem animas medicinam, & obliviscaris eminem quidem desitiam, menisque somnolentiam, & inrationabile desiderium omnem autem diffensionem animac, etiæ & commotionem iracundiae, & tristitiam, & inrationabilem timorem per haec repellas, simul & ambitionem Mundii despicias, ut in fide veritatis & in desiderio proficias; quatenus in proposito pietatis dux tibi meti ipsi bonorum operum, & eorum qui tecum sunt, & qui poste erunt, piissimorum efficiaris imperator. Ex hoc enim amatores Christi proficiunt ad aeternam salutem. Non ergo speras simplicitatem & impolitos sermones: nec enim operis est doctrinæ, sophistice & eloquentie signare sermones, sed suadere mentes hominum in Fide, & operibus veritatis secundum quod scriptum est: Aperi ostium verbo Dei.

E Et iterum non speras narrationem servorum; & ipsi enim didicerunt a Patribus. Denique Sanctorum, id est Patriarcharum & Prophetarum, Abraham scilicet & Isaac & Jacob, Moysi &

Heliae, & Johannis, descripta est fides & conversatio, non tantum ut illos glorifcent, quos certe Dominus glorificaverat, & in regno suo gloriofos habebat, sed ut legentibus posteris conferrent veritatis doctrinam exempla salutis. Explicit Epistola.

Tum hujus Epistolae specimen, tum reliqua Capitula leguntur in Lausiaca Palladii. Subsequitur in MSto Codice Venerabilis Nili Monachi de *ostio principalibus Vitiis*. Et post alia Capitula & admonitiones Sanctorum Patrum contra fornicationem aliaque vitia, una cum exemplis, concluditur Liber his verbis: *Venerabilis Ab-*

Abas Lambertus Levita jussit hunc scribere Librum. Post haec succedit Vita Theophili Vicedomini, e Graeco translatâ, quam in aliis Codicibus vidi. Tum Sanctae Pelagiae Vita, quae apud Rosveydum dicitur ex versione Eustochii. Diversa autem est versio Bobiensis Codicis. Sequitur in eodem Codice Sanctae Thaysis poenitentia, quam e Graeco transtulit Dionysius Exiguus. Eam protulit Rosveydus Libro primo pag. 374. in Vitis Patrum, sed ignorans, cui haec interpretatio debeatur. Praefationem igitur ad idem Opusculum, quam adhuc luce carentem puto, accipe.

Incipit Praefatio Poenitentiae Sanctae Taysis.

Dominô karissimo mibi Fratri Pisto-
ri Abbatî Dionysius. Sanctae Tay-
si: quondam meretricis mirabilem poeni-
tentiam, simplici sermone conscriptam,
quam inter alios eximiae conversationis
viros Aegyptios protulit talium foecunda
virtutum, de Graeco me transferre jus-
fisti. Sume igitur ad obliterationem deli-
torum grande, ut spero, compendium.
Quis enim, licet multiis congravibus pec-
catorum vinculis obligatus, non hujus
venerandae mulieris provocatur exemplo,
de suae absolutionis non desperare reme-
dio? Nec nos satisfactionis ejus qualitas
ardua, difficilisque deterreat, quae volun-
tario carcere passa se cludi, parvi
temporis poenâ fugit aeterna supplicia.
Potens enim est omnipotens & miseri-
cors Deus, ut qui illi tantae patientiae
consulit praemium, nobis poenitentiae lar-
giatur affectum, quatenus a peccatis mor-
tiferis abstinentes, cotidianâ proficiamus
indulgentiâ, per quam Domini nostri
Iesu Christi misericordiam consequamur,
quae per Prophetam restatur & dicit:
Nolo mortem peccatoris, sed ut con-

Cvertatur & vivat. *Ora pro me, ve-
nerabilis Pater. Saluti humanae aeterni
Regni aditum poenitentibus patet, & si
quocumque sit quisque nexibus facinorum
praegravatus, si ex toto cordis converta-
tur arcano, facile veniam promerebitur
delictorum. Nam scribunt est: Beati,
qui lugent nunc, quoniam ipsi con-
solabuntur. Et alibi: Amplius est
gaudium in Coelo super uno pecca-
tore poenitentiam agente, quam su-
per nonaginta novem justis, qui non
peccaverunt. Nam erat quaedam mer-
etriz, nomine Taysis tantæ pulchritudi-
nis, ut paene multi propter eam vendi-
tis substantiis suis ad ultimam perveni-
rent inopiam. Sed & lites inter se ei-
dem amatores facientes, frequenter san-
guine juvenum puellæ limina repleban-
tur. Quæ quum Abbas Pasnicius rep-
perisset, sumto habitu seculari, & uno
solido &c.*

Reliqua edidit Rosveydus. In Am-
bosiano tandem Codice legitur Vi-
ta, quae fratri nostro Vecentino ostense
fuerat pridie ante transiitum ejus. Sed
K k

quando de Vitis antiquorum Patrum nobis est sermo, nōlo mihi excidat animadversio altera, quam Lectori minime ingratam fore confido. Recensetur a Photio in Bibliotheca Codice CXXVIII. συγχεφαλαιώσις, καὶ σύνοψις τῶν μεγάλων καλωμένων ΛΕΙΜΩΝΑΠΙΟΥ, hoc est: Epitome & Synopsis Magni (quod vocant) Limonarii; sive Prati Spiritus-lis. Latine hanc Epitomen dedit praelaudatus Rosweydis in Vitis Patrum ex versione Pelagii sanctae Romanae Ecclesiae Diaconi, & Johannis sanctae Romanae Ecclesiae Subdiaconi. Itaque haec tenus una tantum Epitome magni Limonarii prodiit. Ego verò integrum ipsum Opus extare adhuc arbitror in MSto Codice Bibliothecae Ambrosianae, ubi Vitae &c dicta Sanctorum Patrum, & veterum Monachorum comprehenduntur. Aetatem septingentorum annorum superare mihi visus est Codex ille membranaceus. Vaustum plane Opus, quamquam in principio & fine aliquot folia desiderentur. Contuli ego cum editis a Rosweydo ipsum Codicem, & reapse ampliorem deprehendi. Ibi complura habentur, quae in Epitome Photii & Rosweydi, atque in aliis Sanctorum Patrum Vitis frustra perquiras: puta Rifi, Sarmatae, aliorumque Abbatum sententias & facta; ita ut in eam plane sententiam concederim, Magnum Limonarium a Photio laudatum, superstes in eo Codice reperi, quod Latio donandum atque evulgandum si quisquam susciperet, sua laude profecto fraudandus non esset. Sed jam tandem e diverticulo in semitam regrediamur.

Quem successum habuerit Lotharii Augusti cura pro restituendis Literis

A in Italico Regno, petat nunc aliquis. Mediocrem sane fuisse inde argumentari licet, quod per totum Seculum Christi Nonum raros ex Italia emersisse videmus, quos cum eruditis Graeciae, Galliae, ac Germaniae viris eo tempore conferre possimus. Et quidem quum Gallos commemororo, negandum certe nequam est, quin ob magni illius Imperatoris Caroli curam, & Alcuini exemplum, plurimos literaturae fructus, & doctos viros eodem Seculo Nono Gallia pepererit. Attamen si Lupum ipsum Ferrariensem Abbatem, unum ex eruditis & eloquentibus viris illius temporis audimus, qui sub filio Caroli Ludovico Pio floruit, neque ea fuit literis fortuna in Galliis, quam quisquam fortasse sibi persuaderet; ait enim in Epistola 34. Nunc Literarum studiis paene obsoletis, quotus quisque inveniri possit, qui de Magistrorum Imperitiae, Librorum penuria, otii denique incopiam, merito non queratur? In Italia verò Concilium Romanum Anno Christi DCCC-XXVI. habitum, Canone IV. sat prodit, abundasse Presbyteros, Diaconos, atque Subdiaconos indoctos, quos propterea ad tempus a divinis officiis sacra Synodus suspendit, ut dotti valeant ad debitum ministerium advenire. Immo & Episcopos, ut doceri possint, a Metropolitano monendos jubar. Attamen eo ipso Seculo Anastasium Bibliothecarium, doctissimum sane virum, Guillielmum icidem Pontificiae Bibliothecae praefectum, Joannem Diaconum, aliosque minoris nominis Roma dedit. Prodiit quoque ex Casinensi Coenobio Erchempertus, uti & ex Neapolitana Schola Jobannes Diaconus, & Petrus Subdiaconus, quorum Libros aut edidi, aut indicavi in Collect. Rer. Italic.

Agnel-

Azellenum Ravennatensis Civitas pro-tulit. Sangallensis quoque Monachus de Gestis Caroli Magni Lib. primo, Cap. 8. scribit, Grimoldum insignem circiter Annum Christi DCCCL. Sancti Galli Abbatem, primo in Gallia, post verò in Italia Liberalibus fuisse Disciplinis imbutum. Ad haec dum regia Constantini Magni Urbs Christianis Imperatoribus paruit, apud Graecos semper in honore Literarum studia fuerunt, & iis e regionibus manarunt ingenia plane erudita, Libriique magni faciendi. Certe exciderunt interdum Scholae, desiderati sunt Magistri; sed non diu sinebantur Literae humi jacere. Bardas Caesar Anno DCCCLIX. mirabili ardore Constantinopoli omnium Disciplinarum studia restauravit. Rursus idem praestitit Anno DCCCCLVI. Constantinus Porphyrogenitus Augustus. Apud Monachos verò Latinos praecipuum Literae asylum sibi invenere. Et quoniam cum Graecis vicinis, & nonnunquam dominis, multum commercii erat Neapolitanis, neque exiguum Beneventanis, propterea eodem Seculo Nono Beneventi bene fuisse Liberalium Artium studiis, auctor est Anonymus Salernitanus in Paralipomen. Cap. 124. Part. II. Tomi II. Rer. Italicas. pag. 265. Scribit enim, quo tempore Ludovicus II. Augustus Beneventi moram traxit, hoc est, circiter Annum DCCCLXX. triginta duos Philosophos eam Urbem hahuisse, ex quibus unus insignis, Ildericus nomine, inter illos degebat, non solum liberalibus Disciplinis apprime imbutus, sed etiam probe virtuti deditus. Haec ille, qui & ipsius Ilderici Carmen profert, ex felici sane profectum ingenio. Sed ut ut hisce, quae hactenus commemo-ravi, alia nobis ignota conjicioendo

A ac opinando addamus: quaenam tandem & quanta est haec messis Literaria, si tot Urbes & Ingenia numeres, quibus semper abundavit Italia? Et praeципue quum vel paucos illos Scriptores, quos laudavi, nulla singularis ingenii virtus, nulla eminentis eruditio, nullus supra mediocritatem assurgens foetus commendet. Neque tamen desuit Literis Romanorum Pontificum patrocinium, ut ubique saltem Clerici iis operam darent. Eugenius II. Anno DCCCXXVI. in Concilio Romano, Canone 34. haec statuit: *De quibusdam locis ad nos referunt, non Magistros, neque curam inveniri pro studio Literarum.* Idcirco in universis Episcopiis, subjectisque Pleibus, & aliis locis, in quibus necessitas occurrit, omnino cura & diligentia habeatur, ut Magistri & Doctores constituantur, qui studia Literarum, Liberaliumque Artium, ac sancta habentes dogmata, assidue doceant. Confirmatum est idem decrezum Anno DCCCLIII. a Leone IV. Papa in altera Synodo Romana, additumque est: *Eis liberalium Artium Praeceptores in Pleibus, ut assolet, raro inveniuntur, tamen divinae Scripturae Magistri & institutores Ecclesiastici officii nullatenus desint, qui & annualiter proprio Episcopo de ejusdem actionis opere solicite inquisiti debeant respondere.* Nam qualiter ad divinum utiliter cultum aliquis accedere possit, nisi iusta instructione doceatur? Hoc est, saltem comparentur Magistri in ruralibus Parochiis, qui Clericis Scripturam Sacram exponant, eosque ad divina officia recte recitanda ac peragenda informent. Veram aut salubri huic decreto extra Romam parce obtemperatum est, aut ab ipsis Urbibus, in quarum plerisque constitutas fuisse Scholas hi duo Pontifices satis in-

nuere videntur, nondum segnities a Magistris, aut a Discipulis incuria depulsa est. Erant heic & illic non pauci Literis bene eruditii: abundant etiam, ut arbitror, plures semidocti; sed qui tunc excellerent Literarum gloriâ, pauculos sane nunc ostendere possumus. Et quum Saeculo Nono Carolus Calvus Francorum Rex & Augustus, uti Auctor est Hericus Monachus Antissiodorensis in Praefatione ad Vitam Sancti Germani, doctos viros undique in Galliam acciret ad Literas promoven das, in Graecia quidem, & Hibernia eos perquisisse dicitur, non autem in Italia.

Qualibus fatis proiecta fuerit apud Italos res Literaria Saeculo Christi Decimo, nunc dispiciendum. Ne eo quidem tempore defuisse Scholas Italiae, ex verbis Ratherii Episcopi Veronensis, sed patriâ Belgae, in Dacheriano Spicilegio elucere videatur, qui hoc ipso Saeculo haec scribebat: *Pone quemlibet Nobilium Scholaris tradi; quod usque hodie magis fieri ambitio videtur Episcopandi, quam cupiditate Domino militandi.* Duxi eodem Seculo, Annum minime designare ausus; tot enim aerumnis, exsiliis, rerumque conversionibus obnoxius fuit Ratherius, quibus ipse ex inconstantia atque ambitione sua, adde etiam ex mordacitate linguae ac stili, caussam dedit, ut ejus Chronologiam recte consignare non tam facile possis. Atto etiam Vercellensis Episcopus, cuius Opera curâ Clariss. Dacherii in Spicilegio edita habemus, circiter Annum DCCCCL. in suo Capitulari, Cap. 61. ex Theodulfo Aurelianensi haec scribebat: *Presbyteri etiam per Villas & Vicos Scholaras habeant; & si quislibet fideliu m suos parvulos ad discendas Literas*

A *eis committere vult, eos suscipere & docere non veniant, sed cum summa eos caritate doceant.* Quamobrem opinandi locus est, excultas fuisse tunc in plerisque Italiae partibus Artes Liberales, aut saltem absufisse enormem illam inficitiam, quam tempora Langobardorum Regum senserant; & Canonum certe peritiam aliquam ne iis quidem Seculis negare licet. Sed utcumque sese res habuerit, ne illo quidem Seculo emersisse ex Italia videntur Viros Literarum ac Librorum laude claros, si Attensem nuper memoratum Episcopum excipias, egregium sane & doctissimum virum, & Liutprandum patriâ Ticinensem, Antititem postea Cremonensem, Historicum, lepidum aliquando, immo & scurram, non uno tamen nomine commendandum. Nam quod est ad *Anonymum Salernitanum*, cuius Historiam Part. II. Tomi I. & Part. II. Tomi II. Rer. Italicar. evulgavi, aliosque Biographos Saeculi illius, tantum non sunt, ut eos exerendos putem ad Italiae decus. Audi nunc Glabrum Radulphum, qui circiter Annum XLV. suas conscripsit Historias, a Duchesnio editas. Ita ille ad Annum Millesimum, Lib 2 Cap. 12. *Ipsa quoque tempore apud Ravennam quidam, Vilgardus dictus, studio Artis Grammaticae magis assiduus quam frequens, sicut Italis semper mos fuit Artes negligere ceteras, illam settari &c.* En quod tum foret exterorum hominum judicium de Italicorum Literatura. Glaber tamen in Chronologiam peccasse heic mihi videtur. Hujus enim Vilgardi deliramenta refert ad Annum Christi Millesimum, & postea subdit: *Ad ultimum Haeresicus est repertus, atque a Pontifice ipsius Uebis Petro damnatus.* At Petrus Ravennas Archiepiscopus Anno DCCCCLXII, regimine

regimine Ravennatis Ecclesiae lese abdicavit, ut monumenta ejusdem Ecclesiae testantur. Quare Vilgardi acta in Annalibus Baronii anticipanda videntur, nisi alterum Petrum Ravennatem Archiepiscopum mihi ostendas; aut error cubat in Glabri narratione. Heic autem petas: Si minime apud Italos Scholae desiderabantur, cur tam exigua Literatorum seges inde Saeculo IX. & X. germinavit? Responsum accipe. Parum est, Scholas habere, nisi & Scholae egregios habeant Magistros, e quibus ornati doctique Discipuli & Auditores prodire possint. At eā tempestate pauci supra illam Grammaticam, cuius antea mentio facta est, assurgebant. Accedit, quod Seculo X. corrupti nimium ac deformati fuere Italicorum mores, ita ut ne ipsa quidem Roma ab hujusmodi contagione cavere sibi potuerit. Nuper memoratus Liutprandus Episcopus Cremonensis, & Legatus Ottonis Magni Augusti ad Graecorum Imperatorem, ubi legationem suam describit, de eorum temporum Romanis haec scribit: *Eos nos Longobardi tanto deditnamur, ut inimicos nostros commoti nil aliud consumeliarum, nisi, Romane, dicamus.* Tunc fere ubique, & in utroque Clero, atque in ipsis etiam augustioribus Monasteriis, ambitioni, avaritiae, & luxuriae lora laxabantur. Et quum disciplinae sacrae nulla aut modica reverentia haberetur: quis stupeat, quod Literae languidae & depressae in Italia, immo & extra Italianam, caput minime tunc extulerint? Vide rursus Raterrum ipsum Part. 2. de Contemptu Canonum, qui se interrogantem inducit: *cur prae ceteri gentibus Baptismo renatis, contemtores Canonicae Legis & vilipendiores Clericorum sint ma-*

A *gis Italici?* Haec illi nimirum causa videtur: *Quoniam quidem libidinosiores eos, & pigmentorum venerem nutrientium frequentior usus, & vini continua potatio, & negligentior disciplina facit doctorum &c.* Proinde subdit, nihil a ritu Laico Clericos distinctos fuisse, nisi quod hi barbam raderent (*barbiratio* hic ritus ipsi Ratherio appellatur) & capitis, ac aliquantulum vestium dissimilitudinem a Laicis praeferrent. Et Gregorio quidem VII. Papa teste Lib. 8. Epistola decima, Occidentalis Ecclesiae Clerus ab ipsis Fidei Christianae primordiis barbam raddendi morens tenuit. Contra Clerici & Sacerdotes Graeci, ut scribit Nicolaus I. Papa in suis Epistolis, barbam nutriebant; immo Latinos, quod alio ritu viverent, insimulabant: quam ridendam quaestionem agitare coacti sunt Aeneas Parisiensis Episcopus, & Ratramnus Monachus Corbejensis adversus Graecos. Seculo deinde XI. Petrus quoque Damiani Lib. primo Epistola XV. Rectores Ecclesiarum ait tanto mundanae versiginis rotari impulsu, ut eos a Secularibus barbirasum quidem dividat, sed actio non discernat. Sub Clero tam incomposito quosnam, quaeso, putemus fuisse Laicorum mores ac infiditiam Saeculo Christi Decimo?

B *E* Neque praetermittam, ad remorandum temporibus iis Literarum progressum non parum confluxisse penuriam Chartae, qua nos ab aliquot Seculis abundamus. Praeter Membranas Romanis, dum rerum potiebantur, vulgatissimas, aliaque ad scripturam excipiendam idonea, in usu fuere Aegyptiacae potissimum Papyri sive philyrae, quae vili emebantur, itaut a Literatis viris, dum crumenia omnino exsanguis non esset, Chartha facile pararetur, cui sua senta committere

mitterent, & unde Libros, quoties opus erat, efformarent. Quo Seculo Aegyptiacæ Chartæ usus evanuerit, arduum sit decernere. Attamen immortalis nominis Vir, ac illustre Benedictini Ordinis decus, Johannes Mabillonius, Libro primo, Cap. 8. de Re Diplomatica, & præcipue Cap. 3. Supplementi ad ipsam Diplomaticam, animadvertisit, Papyros inventi scriptas vel ipso Sacculo Christi Octavo & Nono. Quod quum audis, opinari subit, aut tunc conficienda Papyri Artem in Aegypto paene exoleuisse, aut certe raras eo tempore in Occidentis provincias advectas fuisse Philyras. Sive id acciderit, quod Occidenti cum Oriente, abjectis Graecorum Imperatoribus, non id commercii, quod antea, fuit; sive, ut veri videtur similius, quod Aegyptus Seculo Septimo in ditinem Arabum, hoc est Saracenorum, concesserit: certe existimare licet, jam tum coepisse in desuetudinem abire Papyros, saltem inter Occidentis Populos. Et revera innumeri quidem occurunt Libri, Diplomata, ac Instrumenta, Seculis VII. VIII. & IX. in Membranis exarata; sed nullam Eruditæ viri hæc tenus exeruere Papyrus iis temporibus scriptam: quod præcipue post Mabillonium ostendit Cl. V. Scipio Maffejus Marchio Veronensis, de argomento hoc optime meritus. Nihilo tamen secius novimus, Saeculo etiam Decimo Romæ in usu fuisse Papyros, quum Anno DCCCCLXXII. Johannes XIII. Papæ scriptis ex Papyro Tomo Chartis, fecit privilegium Mosomensi Ecclesiae, rogante Adalberone Archiepiscopo Remensi, uti Mabillonius animadvertisit in Annalib. Benedictinis ad eum Annam. Trivoltienses quoque Patres Soc. Jesu in Monum. Historiae Li-

A ter. ad Septembr. 1711. geminas Bulas Romani Antipapæ & Formosi Papæ in papyro scriptas, & Gerundæ adservatas, commemorarunt. Sed & subsequenti Saeculo Undecimo ejusdem papyraceæ Chartæ vestigia vidisse videtur Titius Senensis Historicus, qui, ineunte Seculo Christi Sextodecimo, varios Historiarum Tomos manu exaratos reliquit, apud amicum quondam meum Hubertum Benvo- gllientum Senensem adservatos. Et sane disputans Titius ipse, cur suo quoque tempore non Cancellarii sed Vicecancellarii appellarentur Cardinales ii, qui Pontificiae Cancellariae praefunt, ait: In Bullis Benedicti Noni, quibus Pontifex ille inter Bonizonem Episcopum Tuscanensem, & Godizonem Episcopum Castrensem (nomina Ughellio ignota in Italia Sacra) litem Decimorum duorum Castrorum divemit, ita scriptum reperi: Datum Tertio Kalendas Aprilis per manum Petri Diaconi Cardinalis & Cancellarii Sanctæ Sedis Apostolicae, Anno Decimo Domni Benedicti Papæ: hoc est Anno Christi MXLIII. Tum subdit: Has Bullas interpretandas accepi, literis Langobardorum, & in Papyro conscriptas, quae in sanctæ Soanensis Ecclesiae Archiviis conditæ servantur. Agitur heic, uti videtur, de Bullis archetypis, ac proinde non vulgarem Chartam nostram, neque pergamenam, sed Aegyptiacas philyras nomine Papyri designatas puto. Vix tamen post tempora illa Papyrus usurpatam ab Italib. mihi ostendas, quae & antea apud nos esse perquam rara cooperat. Itaque ad scripturam tantummodo supererant Pergamena, sive Membranae, quarum sane constans fuit ab antiquis Seculis in Oriente & in Occidente consuetudo.

Conier nunc pretium vulgaris Chartae nostrae ex detritis, maceratisque linteis confectae cum veterum Seculorum Membranis. Nullo negotio tute intelliges, quām multa deessent plerisque Literarum amatoribus, & praesertim Monachis, quibus praeter victum & vestitum vix aliud suppetebat. Vide Praefationem Gregorii Monachi in Chronicon Farfense Part. II. Tomi II. Rer. Italicarum. Literarum, inquam, amatoribus nimis tunc multa deerant ad comparandos sibi Libros alienos, & ad conscribendos suos, quando vel ipsum Chartae adhibendae, hoc est membranaceae, pretium vires saepe ac saepius excederet Literatorum. Vidi ego in Ambrosiana Bibliotheca MStum Codicem, complectentem quaedam Opera Bedae. Ejus antiquitas, quantum quidem conjicere potui, octingentos annos superabat. Characteres enim quadrati ac minuti erant. Fortassis etiam ad nongentos accedebat, ut ex infra addendis quisquam colligere poterit. Quod ibi prae ceteris annotatione dignum censui, Librarius, de letā vetustiore scripturā, membranis hīs usus fuerat ad novum Librum describendum. Antiquior autem scriptura litteris constabat quadratis atque majusculis, ita ut supra Mille annos ascendere mihi videretur. Inde aliquot vestigia delibavi, exempli causa: Non vox, aut lingua mortalis, sed inspiratio caelestis operatur per Dominum Jesum Christum filium &c. Sacrificium & ad te, Domine, habe &c. Reliqua omitto: haec enim pauca satis indicant, Ritualem Ordinem fuisse ibi antea conscriptum. Ita in altero ejusdem Bibliothecae Codice legitur Manuelis Cretensis (Moschopuli, ut opinor) Grammatica Graeca, scripta ἔται σπλαδ. χθ. τοῦ Οκτω-

A Regis, idest Anno Christi MCCCCXXXIV. die XXIX. Octobris. Membrana vetustissima est, atque in ea Transitus alter antiquissimis Charakteribus scriptus fuerat, uti vestigia ostendunt. Iis autem aut sponte fugientibus, aut consulto deletis, Grammatica superinscripta succedit. En quo vergerent, quibus paupertas facultates parandae novae Cartae negabat. Et alii quidem Codices occurserunt mihi, in queis novi characteres vetustiores alios aquā calidā obliteratos perhibebant. Ceterum in Ambrosiano illo Codice, quem primo commemoravi, legitur Bedae Liber de Temporibus, & certis Annorum spatiis, jam editus Tomo 2. Operum Bedae, nisi quod Capitula XVI. XVII. & sequentia usque in finem diversa sunt ab editis. Ibi Christus natus dicitur Anno a creatione Mundi 3952. Haec autem pauca decerpsti, a nescio quo addita, quae in Libris editis desiderantur: A Justinino usque ad Pippinum seniorem sunt Anni..... A Pippino seniore usque ad Karlum sunt Anni XXVI. A Carlo usque ad Pippinum & Carlemannum sunt Anni XXVII. A Pippino & Carlemanno usque dum Pippinus Rex constitutus est, sunt Anni X. A Pippino vero usque ad Carolum & Carlemannum sunt Anni XVII. A Carlo & Carlemanno usque ad Carolum sunt Anni IV. Deinde Dominus Carolus solus Regnum suscepit, & Deo protegente gubernat usque in praesentem annum feliciter, qui est Aarons Regni ejus XLII. Imperii vero VIII. Sunt autem totius summae ab origine Mundi Anni ad praesentem diem MMMMDCC-LXI. Haec, inquam, in editis non leguntur, quippe Libro Bedae post ejus obitum adjecta. Sequitur Kalendarium sub titulo Libri annalis, perantiquum sane, atque ab editis di-

versum. Denique Librum claudit *Tractatus de temporum ratione* jam evulgatus.

Ad haec Bibliothecam sibi parare, aut ab aliis paratam reperire iis temporibus perdifficile ac rarum erat. Nos felicitate Seculorum nostrorum inflati, socordiam ac ignorantiam veterum fortasse miramur; etiam iis insultamus, quod illorum foret in Litteraria re tam curta supellex. Verum meminisse quoque decet, vilissimo pretio Chartam postea adinventam nunc redimi; uti & post excogitatum Seculo Decimo Quinto Artem Typographicam, paucis nummis nunc venire praegrandes Libros, spissa ac varia unius Scriptoris Opera complectentes, qui centenis, & millesimis Aureis olim constitissent. Exploratum quippe est. praeter membranae pretium, usque ad Typographiae originem a Librariis calamo exaratos fuisse Codices, & praesertim a Monachis, qui ante alios describendis Codicibus operam dabant. Proinde nemo non intelligit, quantum laboris & temporis exposceret ejusmodi scriptura, ac propterea quam caro unus Codex veniret; & quot praeterea Codicibus opus esset, conquirenti, exempli causâ, universa Augustini, Origenis, Chrysostomi, Gregorii Magni, Opera, quae Typographorum ope nunc impressa & recusa non multo aere emenda prostant. Igitur perquam paucae tunc erant, saltem in Italia, Bibliothecae, Principibus viris, & omnibus ferme Laiis, isthaec ornamenta negligentibus, aut contemnentibus, aut earum colligendarum enormi pretio ac sumtu deterritis. In insignibus tantum Conobiis Bibliothecae locus erat, quamquam & illic brevi plerumque catalogo numerus Codicum expediretur.

A Quid ergo mirum, si vel ipsa robustiora ingenia tunc minime emergent, & exiguum illustrium Librorum segetem ea aetas ferret? Ingenia certe eadem atque nunc Italia temporibus iis genuit: sed ubi Magistri, Codices, & cultura desiderantur, vis omnis ingeniorum in Litteris langueat oportet, & certe modici fructus inde sperandi. Inter cetera Atonis Episcopi Vercellensis supra laudati, a Dacherio edita in Spicilegio, leguntur Litterae Gunzonis Levitae Novariensis & Ambrosii Presbyteri Mediolanensis, quae viros produnt in Canonum scientia aliquantulum eruditos. Sed iis, atque horum similibus alae deerant ad tentandos altiores volatus. Fortassis autem mea non me fallat opinio, si dixero, ad augendam hanc Librorum inopiam in Italia confluxisse etiam tetricimas Barbarorum irruptiones, Langobardorum videlicet, Hungarorum, Saracenorum, ut alios praeteiream. Furibunda gens non hominum tantummodo vitas metebat, sed incendiis etiam in quaecumque obvia aut resistentia saeviebat. Et quum nullus apud eos esset Literis honor, propterea ingens Librorum copia illorum non minus ignorantiam quam crudelitate perierit necesse est, praecipue in Monasteriis, e quibus tot flammis tradita novimus. Ante Normannos an tantis calamitatibus Gallia succubuerit, affirmare non ausim. Nihil tamen secius vel iis temporibus, ut supra vidimus, teste Lupo Ferrarensi Abbatte, de Librorum penuria passim Galli conquerebantur. Immo Lupus ipse exemplum memoriam dignum suppeditat. Quotquot ille poterat Codices sibi suisque Monachis avidissime procurabat; & quum duo ex eisdem Monachis e Gallia Romam ad Apostolorum

lorum limina religionis causa profecti essent, en quid Lopus ipse Epistolâ intrepide datâ ad Benedictum III. Papam circiter Annum DCCC-LV. ab eo flagitarit. Commentarios, ait, Beati Hieronymi in Hieremiam, post Sextum Librum usque in finem prædicti Prophetae, per eosdem Fratres nobis mitti deposcimus in Codice reverendae veritatis, vestrae Sanctitati, si id obtinuerimus, postquam celeriter exscriptus fuerit, sine dubio remittendos. Nam in nostris regionibus nusquam ullus post Sextum Commentarium potuit inveniri; & optamus in vobis recuperare quicquid parvitati nostrae deesse sensimus. Petimus etiam Tullium de Oratore, & duodecim Libros Institutionum Oratoriarum Quintiliani, qui uno, nec ingenti volume continentur: quorum utriusque Autorum partes habemus, verum plenitudinem per vos desideramus obtinere. Parvi intentione, Donati Commentarium in Terentium flagitamus. Quae Autorum Opera si vestra liberalitas nobis largita fuerit: Deo annuente, cum memorato Sancti Hieronymi Codice fideliter omnino restituenda curabimus. Haec Lopus, in cuius verbis non solum animadvertere possumus Codicum raritatem, quum supra memoratos universa Gallia suppeditare Lupo non posset, illaque in tam remota regione quaerendi essent; sed etiam hominis confidentiam, qui ad se ex Urbe ipsa deferendos Codices speravit: Codices, inquam, perquam raros ac milie periculis in itinere eundo ac redeundo obnoxios. Potius tamen hinc discendum nobis, quamplurimas iis ipsis Monachis habendas esse gratias, quum ferme eorum tantummodo curâ, quidquid Librorum veterum superest, nos habeamus; & maiores quidem nostros excusatione dignos, si plura in Literis excolendis non

Tom. VIII.

A praestitere; nos vero indignos, qui in tanta Librorum copia adhuc desides & indocti esse pergimus.

Rari ergo quum olim forent, multo que aere redimerentur Codices MSti, hinc intelligimus, cur tanti fieret eorum donatio, ut si quando vel ipsi Romani Pontifices ejusmodi munera sacris Templis offerebant, ad eorum gloriam de iis mentio in Historia haberetur. Stephanus V. Papa, ut est in ejus Vita, Tomo III. pag. 272. Rer. Italicar. circiter Annum Christi DCCCLXXXVI. praeter alios Libros ibi commemoratos, pro animae suæ remedio contulit Ecclesiæ Sancti Pauli cantharam exauritam unam (fortasse cantharum) Lib. Comment. I. Prophetarum Lib. I. Gestarum rerum Lib. II. In Ambrosiano MSto legitur Lib. Comitem I. Fortassis ibi scribendum Librum Comitem I. Hic enim Liber fuit Ritualis, sacris viris ad divina Officia recte peragenda olim summopere commendatus. Inter Sancti Athanasii Episcopi Neapolitani gesta laudabilia, teste Johanne Diacono in ejus Vita, Part. II. Tomi I. Rer. Italicar. pag. 316. illud refertur, quod circiter Annum DCCCLV. Librum etiam fecit Comitidos, sive fecit & Comitidas, quibus Cantores per Festivitates iterentur: hoc est Librum Comitis dono dedit, ut in Notis ego interpretabar. Librum hunc Baluzius in Appendice ad Capitularia evulgavit. Ita quoties alii Episcopi & Abbates collegium Canonorum aut Monachorum Libris olim locupletabant, etiamsi pauci forent, digna res commemoratione videbatur in eorum Vitis. Sed parum dixi. Digna censebatur, quae marmore insculpta veluti aeternum laudis monumentum ad seros posteros pertransiret. Duo in hanc rem egregia antiquitatis frusta huc referre ju-

L 1

vat,

vat, nondum satis pro merito nota, quamquam antea edita. Alterum est Epitaphium *Pacifci Archidiaconi Veronensis*, in maximo Veronae Templo adhuc prostans. Mancum & corruptum illud jampridem Ughellius ediderat Tomo V. Italiae Sacrae. Integrum & expurgatum nunc habemus eurâ praelaudati Scipionis Maffeji Marchionis Veronensis V. Cl. qui in

A Praefatione ad *Cassiodorii Complectiones* Anno MDCCXXI. per eum c tenebris eductas, & primum typis e ditas, *Pacifci memoriam illustrem* suo honori restituit. Florebat ille An no DCCCXL. En ipsam Epigraphen, cuius pars Rhythmico tenore conscri pta est, pars verò hexametro & pen tametro versu.

B

† ARCHIDIACONUS QVIESCIT HIC VERO PACIFICUS,
SAPIENTIA PRECLARUS, ET FORMA PREFVLGIDA.
NULLUS TALIS EST INVENTUS NOSTRIS IN TEMPORIBUS:
QVOD NEC ULLUM ADVENIRE UNQUAM TALEM CREDIMUS.
ECCLESIARUM FUNDATOR, RENOVATOR OPTIMUS
ZENONIS, PROCULI, VITI, PETRI, ET LAURENTII,
DEI QVOQVE GENITRICIS, NECNON ET GREGORII.
QVICQVID AURO, VEL ARGENTO, ET METALLIS CETERIS,
QVICQVID LIGNIS EX DIVERSIS, ET MARMORE CANDIDO.
NULLUS UNQUAM SIC PERITUS IN TANTIS OPERIBUS.
BIS CENTENOS TERQUE SENOS CODICESQUE FECERAT.
HOROLOGIUM NOCTURNUM NULLUS ANTE VIDERAT.
EN INVENIT ARGUMENTUM, ET PRIMUM FUNDAVERAT.
GLOSAM VETERIS ET NOVI TESTAMENTI POSUIT,
HOROLOGIOQUE CARMEN SPERÆ COELI OPTIMUM,
PLVRA ALIA GRAFIAQUE PRUDENS INVENIET.
TRES ET DECIM VIXIT LUSTRA, TRES ANNOS AMPLIUS.
QVADRAGINTA ET TRES ANNOS FUIT ARCHIDIACONUS.
SEPTIMO VICESIMO ÆTATIS ANNO CÆSARIS LOTHARII,
MOLE CARNIS EST SOLUTUS, PERREXIT AD DOMINUM.
NONO SANE CALENDARUM OBIIT DECEMBRIUM,
NOCTE SANCTA, QVE VOCATVR A NOBIS DOMINICA.
LUGENT QVOQVE SACERDOTES ET MINISTRI OPTIMI:
EJUS MORTE NEMPE DOLET INFINITUS POPULUS.
VESTROS PEDES QUASI TENENS, VOSQVE PRECOR CERNUUS,
O LECTORES, EXORARE, QUESO, PRO PACIFICO.
MIC, ROGO, PAUXILLUM VENIENS SUBSISTE, VIATOR,
ET MEA SCRUTARE PECTORE DICTA TUO.
QVOD NUNC ES, FUERAM, FAMOSUS IN ORBE VIATOR:
ET QVOD NUNC EGO SUM, TUQVE FUTURUS ERIS.

DILICIAS MUNDI PRAVO SECTABAR AMORE;
 NUNC CINIS ET PULVIS, VERMIBUS ATQVE CIBUS.
 QVAPROPTER POTIUS ANIMAM CURARE MEMENTO,
 QVAM CARNEM: QVONIAM HÆC MANET, ILLA PERIT.
 CUR TIBI PLURA PARAS? QVAM PARVO CERNIS IN ANTRÖ
 ME TENET HIC REQVIES, SIC TUA PARVA FIET.
 UT FLORES PEREUNT VENTO VENIENTE MINACI,
 SIC TUA NAMQVE CARO, GLORIA TOTA PERIT.
 TUM MIHI REDDE VICEM, LECTOR, ROGO, CARMINIS HUJUS,
 ET DIC: DA VENIAM, CHRISTE, TUO FAMULO.
 PACIFICUS, SALOMON, MIHI NOMEN, ATQVE IRENEUS:
 PRO QVO FUNDE PRECES MENTE LEGENS TITULUM.
 OBSECRO, NULLA MANUS VIOLET PIA JURA SEPULCRI,
 PERSONET ANGELICA DONEC AB ARCE TUBA;
 QVI JACES IN TUMULO, TERRÆ DE PULVERE SURGE,
 MANGNUS ADEST JUDEX MILIBUS INNUMERIS.
 TOLLE HINC SEGNITIEM, PONE FASTIDIA MENTIS.
 CREDE MIHI, FRATER, DOCTIOR HINC REDIES.
 ANNO DOMINICE INCARNATIONIS DCCCXLVI. INDICTIÖ X.

Habes heic Epocham Lotharii I. Augusti. Decurrebat enim *Annus illius in Imperio XXVII. Anno Christi DCCCXLVI. Nono Kalendas Decembris, nocte diei Dominicae, Indictione X.* quae nempe in cursu esse coepit a Kalendis Septembribus illius Anni. Neque enim *aetas Lotharii* heic Annos ejus vitae, sed Imperii, designare credenda est, quum Lotharius Anno DCC-XCV. natus fuerit, aut sequenti. Verum assequi non possum, cur die IX. Kalendas Decembris, five die XXIII. Novembribus, quae Dominica erat, Pacificus e vivis eruptus dicatur, quum Anno DCCCXLVI. Litera Dominicalis C in cursu esset, ac propterea die 23. Novembribus decurreret non Dominica dies, sed Feria Tertia. Sed hisce dimissis, potius animadvertemus, quam ingens, quam rarum, & marmore quidem dignum, fuerit documentum factum a Pacifico Archidiaco-

A no, qui *Bis Centenos Terque Senos Codices*, hoc est, ducentos octodecim, Collegio Veronensem Canonicorum fuerat elargitus. Thesauri sane loco, neque immerito, tunc temporis id habitum fuit. Iis adde munus *Glossæ Veteris & Novi Testamenti*, cuius specialis mentio habetur in Rhythmica Epigraphe mox descripta. Hanc veritatem, nimirum quanti aestimarentur iis temporibus ejusmodi dona, uberior intelliges ex altero monumento, quod sum additurus, Romæ in Sancti Clementis detexto. Primus illud in lucem evexit doctissimus vir e Societate Jesu Eduardus de Vitry, Theologus Gallicus (quem nobis a morte creptum ante paucos annos doli) in Opusculo, cui titulum fecit *Tumulus Sancti Clemensis Martyris illustratus*, Romæ Anno MDCCXXVII, evulgato.

C

Lia

I-H ISRAËLITICUS DO OFFEREBAT POPULUS RURI,
 ALIUS QVIDEM AURUM, ALIUS NAMQUE ARGENTUM,
 QVIDAM COQVE ÆS, QVIDAM VERO PILOS CAPRARUM.
 INFELIX AUTEM EGO GREGORIUS PRR ALMÆ
 SEDIS APOSTOLICÆ, HUJUSQVE TITULI GERENS
 CURAM, AC BEATI SUPREMUS CLIENS CLEMENTIS,
 OFFERO DE TUIS HÆC TIBI XPE THESAURIS,
 TEMPORIBUS SCISS ZACCHARIAE PRÆSULIS SUMMI,
 PER MARTYREM ET SCUM PARVA MUNUSCULA TUUM
 CLEMENTEM; CUJUS MERITIS MEREAR DELICTISCARERE,
 ATQVE AD BEATAM ÆTERNAM INGREDI VITAM.
 AISTI QVANTUM HABES REGNUM VALET CÆLORUM.
 SUSCIBE HOS DNE VELUT MINUTA VIDUÆ, QVÆSO,
VETERIS NOVIQVE TESTAMENTORUM DENIQVE LIBROS,
OCTATEU :HUM, REGUM, PSALTERIUM, AC PROPHÉTARUM,
SALOMONEM, ESDRAM, STORIARUM ILICO PLENOS.
 REQVIRE SYLLABARUM, LECTOR, SEQVENTIAM HARUM.

Quaesivi ego, & nihil inde exculpsi. En ergo Gregorium sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalem tituli Sancti Clementis, qui sub Zacharia Romano Pontifice Anno Christi DCCXLIII. floruit, auctorem Inscriptionis, ac doni. Is nimurum Ecclesiae suae in usum Clericorum eidem inservientium, Libros veteris ac novi Testamenti obtulit. Grande ita temporibus iis fuit ejusmodi donum, ut bene collocatus crederetur lapis ad testandam posteris Cardinalis illius piam liberalitatem. Paucis nunc sacra Biblia emimus. Tunc sibi nemo comparabat Volumen illud amplissi-

A mum manu exaratum, nisi effusâ ingenti vi auri. Turrigius quoque in Crypt. Vatican. Part. 2. Cap. 8. duas antiquas Donationes refert marmore inscriptas in Urbe, in quarum prima *Tenbaldus* quidam Ecclesiae Sancti Valentini se dono dedisse ait, praeter varios fundos, *Misalem unum*, *Antiphonaria duo*, *unum Diurni*, *aliumque Nocturni Officii*, *Festiales duos*, *Librum Geneseos cum Historiis Canonicis*, *Passionarium*, *Dialogum cum Scintillario*, *Innaria duo*, *Librum ex Moribus*. In calce Inscriptionis haec habentur:

B

TEMPORE PONTIFICIS NONI SUMMIQVE JOHANNIS
 EST SACRATA DIE SUPREMO HÆC AULA NOVEMBRIS,
 DUM LABENTEM QVINTA INDICTIO CURRERET ANNUM.

Cardinalis Baronius ad Annum usque DCCCCV. distulit mortem Johannis IX. Papæ. Pagius verò con-

C tendit, eum e vivis sublatum initio Mensis Augusti Anno DCCC. Utterque fortassis a veritate deflexit.

Heic

Heic certe habemus, Johannem IX. Papam die XXX. Novembris Anni DCCCCI. (si Indictionem a Septembri inchoatam ponimus) recurrente Indictione V. adhuc in vivis, atque sedentem. In altera Inscriptione Romanus Presbyter se donasse ait Aedi Sancti Nicolai in Carcere praeter multa alia, quinque Libros Deptatico, Moralia Job, Beda super Psalterium, Librum Prophetiarum, Librum Sermonum, unum Librum Concordiae, Librum Manualem. Denique succedat ad hanc veritatem confirmandam alterius generis testis, Statutorum videlicet Civitatis Ferrariensis pervetustus Codex membranaceus, quem adservat Bibliotheca Estensis. Quo in pretio faret una sacrorum Librorum collectio, decretum ejus Populi prodet; quum tanti res visa fuerit, ut inter Republicae Leges divini illius Libri conservatio locum meruerit. Itaque Libro 2. Rubrica 185. titulus hic legitur: *De Biblia Fabricae Episcopatus recuperanda & manutendenda per Potestatem.* Subsequitur Statutum hisce verbis: *Cum per praedecessorem Massariorum Fabricae Episcopatus Ferrariae incepta fuerit quaedam Biblia in duobus Voluminibus ad honorem Beatae Mariae, & Beati Giorgii, tituli dictae Fabricae, seu Ecclesiae; & per praesentes Massarios fuerit completa, & per vim teneatur a Canonicis ipsius Ecclesiae, & jam sit unum de dictis Voluminibus per eosdem Canonicos pignori obligatum; & sic non sit de ipsa Biblia, quod debet fieri: Statuimus & ordinamus, quod per Potestatem detur opera cum effetu, ut dicti Canonici ipsam Bibliam Massariis Episcopatus restituant; & quod sit in forta Massariorum, qui nunc sunt, vel per tempora erunt. Et dicti Massarii teneantur eam semper tenere ad servicium dictae*

B

C

D

E

A Ecclesiae seu Fabricae, ut ad officia dictae Ecclesiae haberi possit copia. Factum fuit hoc Capitulum Millesimo Ducentesimo Octagesimo Sexto, die IV. exente Junio.

Sed & praeter Librorum raritatem; rara fuit temporibus iis Eloquens, atque optimus ille rei Literariae sapor, quem in Christianorum Libris per quatuor aut quinque prima Ecclesiae Secula adhuc cernimus & admiramus. Vel ipsi, qui Saeculo IX. apud Gallos sacris studiis excelluere, ipso De Fleury Gallico non diffidente in Histor. Ecclesiast. plerique aut naevis abundarunt, aut nervis caruerunt. Tunc loca communia saepius excolebantur, & eorum potius industriâ quam ingenio fiebat, ut Libri novi conficerentur. Integras enim paginas, ne Librum dicam, implebant verba hinc inde e Patrum Libris delibata, interdum etiam sine ordine digesta; interdum quoque ex apocryphis Auctoribus, dubiisque monumentis excerpta. Tunc autem Catena in usu apud Graecos esse coeperunt; nimirum quum quisque vires sibi ad majora deesse sentiret, eo se conferebat, ut sacram Scripturam interpretaturus, aut aliud quodlibet argumentum sibi praeponens, rem ex unis Patrum veterum sententiis decerptis absolveret. In opulentis Bibliothecis multae ex hujusmodi Catenis manu exaratis adhuc leguntur; nonnullas quoque aeneis typis impressas habemus. Unam olim mihi obtulit Ambrosiana Bibliotheca Graece scriptam in Proverbia Salomonis, & ab editis quidem diversam. Codicis antiquitatem ad sexcentos annos ascendere e characterum forma opinabar. Laudantur illic Origenes, Didymus, Basilus, Olympiodorus, Polycronius, Evagrius, Apollinaris, Eusebius,

Sebiius, Hippolytus, Epiphanias, Chrysostomus, Eustathius. Eustathius Antiochenus alibi memoratur, ut suspicari liceat, duos diversos Scriptores eos fuisse. Ita & infra commemoratum videoas Olympiodorum Episcopum Apameae, qui, nescio, an alter sit ab eo, qui unice Olympiodorus dicitur. Inter hosce Interpretes, omnium maxime Didymus & Polycronius in scaenam veniunt, ita ut eis potior Commentarii pars debeat. Sunt & ibi Catenae in Ecclesiasten, in Cantica Canticorum, & in Job, ubi praeter laudatos supra Auctores adferuntur Scholia Gregorii Nysseni, Juliani, Theodori, Clementii, Severi Episcopi Antiocheni, Methodii, Cyrilli Alexandrini, Theopibili Archiepiscopi Alexandrini &c. Alicubi Julianus ille inscribitur Diaconus Antiochenus. Alteram insuper Catenam vidi in Proverbia Salomonis, cuius initium est: Σοφῶς μὲν ὁ Δαυὶδ, καὶ πεπαρρησιαμένος εἰτῶν &c. Usque ad Cap. X. Scriptores fere omnes, quos nuper memorabam, ibi commemorantur. Dignus est etiam, qui heic saltem indicetur, Codex in eadem Bibliotheca adservatus, & ferme ante annos septingentos, ut mihi visum fuit, exaratus. Ibi confarcinata videoas Thelogica multa ex variis Auctoris, ubi de Unitate Dei, Incarnatione, Hypostasi & Naturâ Dei, de Angelis, de Anima. ejusque immortalitate, de Diebus Festis, aliisque sacris argumentis agitur, & Opuscula etiam integra interdum adducuntur. Auctorum, quorum sententiae illuc prostant, nomina haec in primis animadvertis. Basilius Caesariensis: Dionysius: Athanasius Alexandrinus: Eusebius: Gregorius Theologus: Cyrillus Hierosolymitanus: Nemesius Episcopus

A Emisenus: Apollinarius: Chrysostomus: Gregorius Nyssenus: Maximus, qui modò Monachus, modò Abbas, modò Philosophus, modò Confessor appellatur: Marcianus Bethleemita: Limonarium: Nilus Monachus: Clemens Alexandrinus: Evagrius: Ambrosius: Leo, vel Leontius Damascenus Presbyter: Origenes: Ignatius Theophorus & Martyr in Epistolis: Isidorus Pelusiota: Philon: Cosmas Vestitor Πλεῖ Δαχρύων, sive de Natura Lacrymarum. Praeter hosce ibi in scaenam prodeunt Cyrus Alexandrinus: Moschus Monachus: Severianus, quem alibi Gabalianus vocat: Hippolytus, de Animалиbus, quae Daniel vidit: Porphyrius Πλεῖ Κερμάτων Θεῶν; de Judiciis Dei: Diodorus Historiographus: Johannes Damascenus: Justinus Philosophus: Hesychius Presbyter Hierosolymitanus: Anastasius Antiochenus Patriarcha, ibi pluries laudatus, & praecipue in prolixo Capitulo Πλεῖ τῆς Εὐρώπης τὸ Πάχυ, de Solemnitate Paschali: quod argumentum historice pertractatur, & Anatolii Laodiceae Syriae Episcopi sententia refertur ex Opusculo jam edito. Est ibi Nicephori Archiepiscopi Constantinopolitani Dialogus inter Orthodoxum & Haereticum; in quo de Veneratione Imaginum Sacrarum, & de aliis Theologicis rebus disputatur. Sunt & ibi Theodori Abucaae (qui Episcopus Καρπῶν, sive Cariæ alibi nuncupatur) Διακρίσις τῶν Φωτῶν, Judicium de Voibus, & Ἐλεγχος τῆς τῶν Αχεράλων, Σευηριανῶν, καὶ Λαξοβίτων Αἱρέτων, Confutatio Haeresis Acephalorum, Severianorum, & Jacobitarum. Habentur quoque alia hujus Auctoris Capitula prolixa de rebus Theologicis. Laudatur intuper ibi Theodosius Diaconus Kata Aγροῦ

πων Contra Agnoitas: uti & Johannes quidam Contra Jacobitas; necnon Theodori Agiopolitae Dialectis de Nominis Dei, aliisque de rebus. Praeterea quaedam adseruntur Eulogii Archiepiscopi Alexandrini contra Haereses Arii, Macedonii, Apollinaris, Nestorii, Eutychetis, Sabellii, Severi, Dodocatatum, Monothelitarum, Dioscori, Theodori, Timothei Eluri, Jacobi, ex quo Jacobitae, Petri Gnaphaei, Origenis, & Valentini. Denique illuc memoratos videas Aristotelem, Johannem Scholasticum Alexandrinum (idest, ut putto. Philoponum) Alexandrum (idest Aphrodisaeum) Damascium, & Aetium magistrum Eunomii. Haec ibi ego olim deprehendi, Librum propterea ratus magni faciendum, tum ob ejus vetustatem, tum ob aliqua veterum fragmenta & Opuscula hactenus luce carentia.

Sed quando heic facta est mentio Damascii, quem non alium opinor quam Damascum patriam Damascenum Philosophum, de quo Photius in Bibliotheca Codice 181. & Codice 242. multa habet; in Eruditorum memoriam revocandum est, Philosophum hunc Ethnicum magni nominis floruisse circiter Annum Christi DXX. & Theonis Rhetoris, tum Isidori Philosophi successorem fuisse in Schola Atheniensi. Agathias Scholasticus Lib. 2. Histor. eum inter principes sui aevi Philosophos numerat. Scriptis Libros Quatuor de admirandis Operibus, & Vitam Isidori Philosophi praceptoris sui: quae omnia excidisse dolendum est, nota tantum nobis e Photii narratione. Si enim, ut recte animadvertis Cl. V. Johannes Albertus Fabricius Volum. IX. pag 416. Bibliothecae Graecae, priores Libri extarent, non leve fortasse credibilitatis, superstitionisque Ethnicos do-

A cumentum haberemus. Vessio quoque idem ipse creditur scripsisse Historiam Philosophicam, de qua Suidas meminit ad vocem Δῶρος. Sed fortassis hoc nomine Vita Isidori significatur. Eodem etiam Suida teste, scripsie Commentarios in Platonem, & Περὶ Ἀρχῶν, sive de Principiis. At quando cuncta haec periisse creduntur, meminisse liceat, ejusdem Philolophi Librum de Principiis superesse in Ambrosiana Mediolanensi, atque in aliis Bibliothecis. Hic illi titulus: Δαμασκίος Φιλόσοφος Ἀποστολή, καὶ Λύτεις περὶ τῶν Πρώτων Ἀρχῶν; hoc est: Damasci Philosophi Dubitationes & Solutiones de Primis Principiis. En prima verba: Πότερον ἐπέκεινα τῶν πάντων ἐστιν η μία τῶν πάντων ἀρχὴ λεγομένη, η τὶ τῶν πάντων, οἷον κορυφὴ τῶν αὐτῶν ἀπὸ αὐτῶν προϊόντων &c. idest: Utrum ante omnia unum sit omnium Principium dictum, seu quodpiam universorum, utpote caput eorum, quae ab ipso Principio emanant &c. In margine Codicis adnotatum est: Σημεῖωσι, ὅτι ἐπὶ τῆς βασιλείας Ἰστινιάνου ὁ Δαμασκίος οὗτος ἦν, καὶ Σιμπλίκιος ὁ Κιλίξ ὁ τῶν Ἀειστελίκων βιβλίων Ἱεράγοντος. Animadverte, sub Justiniani Imperio Damascum hunc floruisse, nisi & Simplicius Cilix, Aristotelicorum Librorum Explanator. Hoc in Libro Damascius saepe magnum Jamblichum commemorat, & Pythagoram, & Philelbaum Pythagoricum, & Asclepiadem, & Proclum, Heraclicum seniorem, & Heraclicum juniorem, qui etiam scripsisse nonnulla ad eundem Proclum dicitur, & Parmenidem, aliquaque antiquos Philosophos, ut Platonem præteream, cuius doctrinam Damascius

in eo ipso Libro explicandam suscepit. Inquit etiam, Ἀιγυπτίος δὲ ὁ μὲν Ἔυδημος ὁδὸν ἀρετῆς ἵστοις: Αἰγύπτιος δέ τοι Εὐδήμος παρὰ μὲν accurate consulunt. Vastum opus est, & fortasse non pauci faciendum. Quale de hoc Opere judicium fuerit Lucae Holstenii viri doctissimi, haec ejus nota quam manu exarata serva, indicabit: Hunc Autorem (ita ille scribit) in Britannia vidi Oxonii in Biblioteca Corporis Christi, Parisiis apud Patres Societatis Jesu in Collegio Claromentano. Exstat paessim in publicis Bibliothecis Germaniae, & Italiae. Sed nescio, cur Stoicum vocent, quum certissimum sit, cum Platonicum fuisse: quod in fragmentis Vitae Isidori Philosophi apud Photium videre est, tum praesertim in hoc Opere. Platonici enim Πλεῖ Ἀρχῶν disputavunt, praeincipue Origenes, Longinus, Porphyrius, & recentiores. Opus hoc longe difficillimum est ob dictionem luxuriantem, ut ex Photii excerptis videre est, tum propter Quaestionum subtilitatem, in quibus doctrina Platonis de Deo, Materia, & Ideis, versatur; ad quorum explicacionem & accurasam Graecae Linguae notitiam & magnum Platonicae Philosophiae usum Interpres afferat, necesse est. Haec Holstenius. Sed in semitam regrediamur.

Itaque Latini etiam, Graecorum minorum more, quando majora aggredi non audebant, ad hosce centones sibi procurandos animum adjebere. Exemplum dabo. In Anecdotis meis Latinis evulgavi Opusculum Gezonis Abbatis, & expositionem Symboli Quicumque vult salvus esse, auctore Fortunato Presbytero. Completebatur ista unus Codex Ambrosianus, in quem & alia complura congeta fuere, videlicet Glossae perutiles

A in Genesim, & in Proverbia Salomonis. Tum excerpta e Tractatu quodam in Apocalypsim, cuius initium est: Nicolaus, ut fertur, unus fuit ex septem Diaconibus &c. Ponē sequuntur variorum Expositiones in Orationem Dominicam, & in Symbolum Apostolorum. Deinde Breviarius, quomodo Hierosolyma construta est, cuius exordium est: B Ipsa Civitas in monte posita. In medio Civitatis est Basilica Constantini &c. Succedunt Etymologiae e Virgilio Presbytero Hispano: tum aliae e Libro Domni Isidori. Denique illic habentur Glossae in vetus ac novum Testamentum; in Librum Officiorum; in Librum Rotar (nescio quis aut quid heic significetur); in Librum Vitae Sanctorum; in Cassianum; in Eusebium; in Orosium &c. En ergo ut majores nostri Collectanea sibi pararent, quae si nunc diligenter scrutari velimus, neque temporis neque laboris nos poenitebit. Inde enim rudera interdum non contemnenda antiquitatis educi possunt. Liceat mihi in hanc rem proferre aliquot veterum fragmenta, quae quandam excerpti ex Ambrosiano Codice venerandae vetustatis, utpote qui mihi visus est ascendere ad zetatem Mille Annorum. Sunt autem excerpta e Libris Philippi Presbyteri, qui, Gennadio teste, auditor fuit Sancti Hieronymi, & circiter Annum Christi CCCCXL. claruit. Conferat haec qui velit cum Commentario in Job, edito Basileae Anno MDXXVII. & illato rursus inter Opera Bedae ab Hervagio. Conferat etiam cum ipsius Bedae Opusculis, qui revera Philippi lucubrationes liberalissime in suas transfudit. Illic etiam occurrabant fragmenta Cassiani, & Juliani Pomerii, qui postremus, ut Eruditi norunt, floruit circiter Annum DVCVIII. Conferenda

da haec autem sunt cum Libro de *Vita Contemplativa*, cuius olim Author Sanctus Prosper vulgo credebatur. Denique in eodem Codice le-

A gitur fragmentum *Laetantii* de mortibus animi, in quo tamen eloquentissimum illum virum quaeras, sed non facile invenias.

Fragmenta e Libris Philippi Presbyteri, Cassiani, Juliani Pomerii, & Laetantii, e vetustissimo MSto Codice Ambrosiano deponita.

Fragmenta Philippi Presbyteri.

Nihil in terra sine causa fit, & de humo non oritur dolor &c. De humo idest de natura omni terrae non exiit malum, cum in terra nihil sine Dei iustitia fiat. Hoc dicit, quod omne malum naturale non sit, quod bic dolorem dixit, scilicet omne malum accidens naturae bonae. Et est aliud malum, idest vindictae, quapropter peccatum a Deo infertur hominibus. Malum est quidem peccatum, sed liberi arbitrii malum est, quod hominis voluntate committitur. Et malum est retributio mali, idest peccati, quando irrogat Deus supplicia peccatoribus. Hoc ergo dicit, quod nihil horum accidentium malorum sine iudicio Dei fiat. Non enim ita naturale est homini, ut a Deo creatum puer. Et ideo dicit: Et de humo non oritur dolor, id est non naturae, sed culparum &c.

Homo ad laborem nascitur, & avis ad volatum: id est, labor hominem manet, ut al.... omnibus vitiis castigatus in m..... & sic adhuc tamen deditus, ut velut avis, quae naturaliter volatum accipit. Ita & hic per agones vitae praesentis evolet ad superiora &c.

Pereat dies, in qua natus sum, qua dictum est: conceptus est homo. Et Hieremias dicit: Maledicta dies, in qua natus sum. Quidam dicunt, tempora nativitatis humanae, quae præterierint, non posse maledici; certe ex superfluo maledicuntur, quia suis jam

B sunt facta transcurribus. Sancti autem inflati spiritu Prophetiae maledicunt diem nativitatis humanae, quod quidem non sine tribulacione sua faciunt. Sentient quippe in se hanc patiendo, generi humano iustitiam Dei sententiam mortis inflamat. Non itaque existimo, diem istum, qui homini in ministerium datus est, a Sanctis tanta execratione maledicere. Tropics ergo diem cum sua nocte dictam noverimus: dies namque & nox Diabolus & mortalitas posset intelligi; non quod dies & lumen Diabolus sit recedendo a vero lumine, sed quod dies fuerat aliquando, cum habitaret cum Deo aeterno lumine; sicut Lucifer ex aurora diluculi, & lapis splendore rutilans in Paradiso Dei; vel quod impiis & peccatoribus in hac prosperitate & felicitate hujus Seculi gaudentibus dies esse videtur. De quo dicitur: Auferetur ab impiis lux sua. Et Salomon, lumen, inquit, impiorum extinguetur. Et iterum: splendor impiorum peccatum. Nam & hoc potest de Diabolo dici, qui inventor est peccati.

E Et fecit Deus hominem ad imaginem Dei. Et sequitur: Et adprehendit Deus limum terrae, & formavit hominem. Vides ergo, quanta differentia sit naturae & plasmationis. Quod fecit Deus ad imaginem suam, fecit, id est animam. Et quod plasmavit, corpus est de terra, quod vivificavit inspiratione animae, quam fecit. Imago ad immortalitatem pertinet. Dei similitudo ad potestatem & operationem, ut natu-

saliter possideret imaginem immortalitatis Dei, & similitudinem potestatis super omnia, quae creaverat, & prius operibus imitaretur Deum.

Qui inluminat omnem hominem venientem in hunc Mundum. Quia oris homo hanc vim sapientiae naturaliter accipit, ut Deus ignorare non possit, nisi contempnat aut negligat.

Hec. Semel loquitur Deus, & secundo id ipsum non repetit. Ab ipso principio Mundi, & deinceps semper locutus est Deus hominibus, & semper nibilominus loquitur. Sed ubi..... ter loqui dicitur Deus, vel Lex ejus..... ex, vel per Prophetas ma..... lus diversitas. Ubi vero..... u significatur stabilitas..... ejus sententia demonstratur. Loquitur enim dum efficientia..... res intelligitur. Quemadmodum & ad Sanctum Job Dominus ipse ait: Aut putas, me aliter tibi locutum, nisi ut appareres justus? Locutum se dixit pro illa tribulatione, quam fecit, ut temptaretur. Et id circa hoc est illius loqui quod facere. Ait ergo Heliu, ita dicens: Semel loquitur Deus, & secundo id ipsum non repetit, quando locuturus dicitur, id est immutat, nisi hoc ipsum vitae nostrae immutatio depositet.

Heliu: Omnes homines vident eum. Unusquisque intuetur procul. Per na-

A turae suac bonum notitia Creatoris inest cordibus hominum, & quod unusquisque tam pravus sit & frigidus, ut alienus esse studeat a Creatore suo, nullus tandem est, qui se abscondat a calore ejus. Et ideo unusquisque mortalium, licet de longe, tentio & intelligit Deum. Difficiliter quidem omnino, quod non sicut corpus..... spiritum creatum ita sentit esse Deum, sed alio ineffabili modo, quo Deus acie mentis est intuendus, ubi in ipso obtutu cordis intelligendo videt homo, quod supra ipsum est Deus.

B Aperite mihi portas iustitiae, usque Domino &c. Semper enim homo ad possidentem sanctimoniam & virtutum monilia conservantem affectu congaudentis ingreditur, quoniam ex participatione thesauri communis sit fidelis; cor unum & anima una in Deum frēta in hoc Mondo, velut in fornace examinationem pariter positi, quasi ex imo ore benedicunt Dominum in omni tempore, & semper laus ejus in ore eorum est.

C D Eucheriu: Dicere Dei, id est est & facere. Deus non loquitur, cum efficientia ejus res intelligitur, quemadmodum ad Sanctum Job ipse Dominus dixit: Aut putas, me aliter tibi locutum, nisi ut appareres justus? Locutum se esse dixit pro illa tribulatione, quam fecit, ut temptaretur.

Fragmenta e Cassiano, fortassis e Libris Sancti Eucherii excerpta.

Principalia bona sunt Justitia, Prudentia, Fortitudo, Temperantia. Media autem bona sunt Nuptiae, Agricultura, Divitiae, Solitudinis remissio, Vigiliae, Sacrorum Lectio, & Meditatio Librorum, Jejunia. Principalia bona jubentur, media vero suadentur. Quicquid autem imperative decernitur, mortem irrogat non implenti. Quarum-

E que verid suadentur posiles, quān jubentur, facta prolunt, non facta non puniunt &c. Quisquis ergo perfectionem Evangelicae studuerit tenere disciplinae, hic sub gratiā constitutus, peccati dominationi non permittitur. Hoc est enim esse sub gratiā, eaque gratiā mandantur implere. Quicumque autem perfectionis Evangelicae plenitudini subjectus esse nolue-

luerit, non ignorat, scilicet, quamvis baptizatus sibi videatur, ac Monachus, non esse sub gratia, sed legis vinculis peccati pondere pragmari praecepit.

Justus septies cadit in die, & resurgit. Septem casus justi. Aut enim per ignorantiam, aut per oblivionem, aut per cogitationem, aut per sermonem, aut per obrepitionem, aut per necessitatem, aut per fragilitatem carnis singularis diebus vel inviti vel volentes frequentes incurrimus. Justos ac Sanctos non esse immunes a culpa manifeste Scriptura pronuntiat, dicens: Septies cadit

A Justus in die, & resurget. Quid enim aliud est cadere, quam peccare? Et tamen cum dicatur septies cadere, pronuntiatur nihilominus justus, nec justitiae contra praejudicat lapsus fragilitatis humanae. Quod multum interest inter sancti, & peccatoris hominis lapsum. Aliud enim est admittere mortale peccatum, & aliud cogitatione, quae peccato B non caret, praeveniri: ignorantiae, aut oblivionis errore, aut falsitate otiosi sermonis offendere, aut ad punctum in Fidei theoria aliquid evadere, aut subtili quadam caenodoxiae titillatione pulsari.

Fragmenta ex Juliano Pomerio. Vide Libros de Vita Contemplativa Prospero tributos.

Incipit de Tertio Libro Pomerii ad Julianum, qualiter venire debeant, qui Christum imitari desiderant.

ET ideo si in illo esse volumus, quid esse debemus, Sanctus Johannes Apostolus dicit: Quomodo ille ambulavit, & nos spiritualiter ambulemus. Quid est ambulare, sicut ille ambulavit, nisi contemnere omnis prospera, quae contempserit; non timere adversa, quae pertulit; libenter facere, quae fecit, fierique mandauit; sperare, quae promisit; & sequi, quo ipse praecessit; praefovere beneficia etiam ingratissimis; non retribuere juxta merita sua malivolis; & orare pro inimicis; amare bonos, miserei perversos, invitare aversos, suscipere conversos, & aequanimiter pari subdolos ac superbos? At hoc perinet, quod ait etiam Sanctus Paulus Apostolus: Si surrexisti cum Christo, quae sursum sunt, quaerite, ubi Christus est in dextera Dei sedens. Illi resurgent cum Christo, qui moriantur, sicut ille, peccato, eadem tamen distinctione servata, quod ille mortuus est peccato non suo,

C sed nostro: unusquisque autem nostrum non omnium moritur peccato, sed suo. Quid est peccato mori, nisi damnandis operibus omnino non vivere, nihil concupiscere carnaliter, nihil amovere, sicut qui mortuus est carne nulli jam detrahit, nullum adversatur aut despicit, nullius pudicitiam callidus circumveniente corrumpit, in nullum violentus, neminem calumniatur aut opprimit, non invaderet benis, aut insultat afflitis, non luxuriae carnis infervit, non violentiae deditus in se bibendo stimulat bibendo magis ac magis incendit, non odiorum sacibus inardescit, non lucra injuste secat, non potentibus aut divitibus adulatur, non inquietate curiositate raptatur, non domesticae sollicitudinis cura distenditur, non officiosis occurrentium salutationibus delectatur, nec super horum injuriis fatigatur, non cum superbia inflatur, non ambitio ventosa praecipitat, non vana gloria turpiter jactat, non desiderium gloriosae opinionis inflamat, non dissentio alieni actus inlaqueat, non ad societatem turpium turpitudinis amor invitat, non rabies insani

ni furoris excitat, non sumtuosarum litium studium aetiat, non ardor animosae contentionis exanimat, non facit impudentem audacia, iniquum injustitia, serum inclemencia, varium inconstancia, pertinacem contumelia, insanum vesania, delitiosum gula, vanum jactantia, infidum perfidia, levem facilitas, sacrum crudelitas, manducenem turpis edacitas, impatientem novitas, mobilem instabilitas, vagum spiritualis infirmitas, iracundum animositas, suspiciosum perversitas, verbosum vanitas, injuriosum malignitas; qui remotus est a secularibus prouersus inlecebris, remotus ab inimiciis, remotus ab insidiis alienis, remotus a rapinis vel occultioribus vel aperitis, remotus a mendaciis sive perjuris, postremo remotus ab omni genere flagitorum atque facinorum, quibus carnaliter viventes Deum offendunt, & mortui peccato non serviant, sicut, inquam, carne mortuus nec facere potest ista, nec pati. Ita his & talibus Vitiis omnino non vivunt, qui vivunt Deo, carnem suam cum vitiis & concupiscentiis crucifigunt Ec.

Membra sua, quae sunt super terram mortificant, quando insolens corpus jeju-

A niorum continuatione castigant, quando intra necessarium modum suum temperant adpetitum, quando a delicieribus cibis moderata distinctione suspendunt: sed etiam in illis communibus nihil carni suae pro desiderio, sed pro sustentandas vitae necessitate permittunt; certi quod delitiae quaelibet, si absque desiderio percipientur, non officiunt, & viles ubi abstinentiae profectum, si adpetenter accipiuntur, impediunt. Hinc est, quod Sanctus David aquae concupiscentiam castigavit, atque eam sibi a suis oblatans, ne desiderio suo ex ea satisfacere videatur, effudit. Et Sancto Heliae perceptio carnium non concupita non nocuit. Unde intelligitur, non naturas, sed concupiscentias Ec. Verumtamen sic abstinere vel jejunare debemus, ut non nos jejunandi vel abstinendi necessitati subdamus, ne jam non devoti, sed invisi tens voluntariam facianus. Si enim quilibet advenientes jejunio intermissio reficio, non solvo jejunium, sed impleo caritatis officium. Ceterum si propter abstinentiam spirituales fratres, quos novi mea remissione delectari, contristo, abstinentia mea, non est virtus sed vi-

Fragmentum Laetantii de Motibus animi, quod non occurrit in Sex Libris Divinar. Institutionum.

TImor, Amor, Laetitia, Tristitia, Libido, Concupiscentia, Ira, Misseratio, Zelus, Admiratio: hi motus animi, vel affectus a Domino ab initio hominis existunt conditi, & naturae humanae utiliter & salubriter sunt inseriti, ut per eos ordinate & rationabiliter regendo se homo, virtutes bonas viriliter agendo exercere possit, per quas a Domino perpetuam accipere vitam justae meruisse. Hi namque animi motus intra fines proprios coartati, hoc est, in

E bona parte positi, in praesenti virtutes bonas & in futuro aeterna praemia parant: extra metas vero suas affluentes, hoc est, in malam partem declinantes, vicia & iniquitates existunt, & aeternas paenas pariunt.

Ceterum praeter privatorum studium, qui olim praecedentium Scriptorum Libros in usum suum describebant, fuerunt & Scribac, seu Librarii, quos etiam Antiquiorum vocabulo

cabulo appellatos videoas a Cassiodoro, Isidoro, atque aliis. Horum fuit, veteres describere Libros, aut novos, dictante plerumque aliquo Scriptoribus multis, commendare membranis. Innumerous profecto antiquorum Codices habemus, a doctis viris exaratos, & idcirco emendatos, magnique nunc etiam facie-
dos. Monachi praecipue horum scriptores fuere. Antiquioribus autem Seculis, hoc est ante Barbarorum in Italia Regnum, in accurate describendis Libris atque emendandis, multum curae impendebatur. Atque hec mihi in memoriam redit Inscriptio Romae posita, atque evulgata a Reinesio, Classe XI. Num. 123. hisce verbis.

CN. POMPEIUS
PHRIXUS
DOCTOR
LIBRARIUS DE
SACRA VIA
FECIT SIBI ET
LIB. LIBERTABUSQVE
POSTERISQ. EORUM.

Reinesio tamen *Doctor Librarius inepta locutio videtur, certe non ex usu prisci Saeculi.* Itaque mavult legere STRU-
CTOR LIBRARIUS, qui nempe membranas, chartas, libros consultit, glutinat, malleat &c. Ejus confidentiam non probbo. Aliarum Artium Doctores & Magistri olim fuere: cur & Librariae Artis esse non potuere? E Schedis meis MStis accipe Inscripti-
onem in marmore Romano scul-
ptam.

A

D. M.

T. FLAVIO. EXPEDITO
DOCTORI. SAGITTAR
FLAVIA, EUPHROSINE
ET. ATTICA. FILIAE
PATRI. B. M

B

Hic Artem sagittandi milites tyro-
nes edocebat, prout & ab ico*ne la-*
pidi adjecta constat. Apud Fabrettum
quoque Cap. III. pag. 143. Inscripti-
on. Antiquarum, positus est Lapis

C

AURELIO. HERACLIDAE
AGITATORI
FACTIONIS. VENETAE
ET. DOCTORI
FACTIONIS. S. S. ET. PRASINAE

D

Ita & in altera Inscriptione, pag. 189.
memoratur THREPTION CAES. N.
idest, *Caesaris nostri servus, Doctor*
THRAEC. interpreter, Doctor Thraeci-
us. Thraeces, nempe Gladiatores, de
quibus Festus post Tullium, Sene-
cam, & alios. Vide praesertim Lip-
sium Lib. 2. Cap. 9. Saturnal. Qua-
re uti Artes illae suos Doctores ha-
buere, ita Reinesianus ille *Cneus Pom-
pejus Phrixus* juvenes erudiisse vide-
tur, ut scite ac emendate Libros
scriberent, ipsosque Libros unus ipse
multis dictabat. Negligentiam ac i-
gnorantiam Librariorum non semel
Sanctus Hieronymus fugillat. Pro-
pterea & illis egregio Doctore, &
Magistro aliquo opus fuit. Quam-
quam, ut verum fatear, ne perspe-
ctum quidem Reinesio fuit, quid
Librarius significarit olim. Non enim
Scripto-

E

Scriptores tantum, & Bibliopagi eo nomine donati (primi autem appellati *Scribae Librarii*) sed & alia officia id nominis gessere, uti colligere potes e Grutero, & e Scaligeriano ejus Thesauri Indice ad Cap. *Magistratum*. Erant & in Militia *Librarii*, nempe *Librarii Legionis*. Scribas fuisse inquires Legionum; at tamen aliud *Scribae*, aliud *Librarii* fuisse videntur. Atque id nomen in memoriam mihi revocat *Libratores*, hoc est, *Fundibularios*, a Tacito, aliquique memoratos. Videndum foret, an *Librarii* militares iidem esse potuerint. *Fundae Librales* Caesari memorantur. Ita Reinesianus Pompejus *Doctor* fuisse *Fundibulariorum*, uti Flavius *Expeditus* nuper visus *Sagittariorum*. Lanipendia quoque semina in Inscriptione apud Fabrettum pag. 214. appellatur *Libraria*, quod Librâ uiteretur ad partienda pensa; ita ut videoas, variam esse *Librarii* significationem.

Sed quando coepimus vulnera rimirari literis inficta, dum rudia Saeula decurrerent, ne hoc quidem dissimulandum est, imperitissimos & indoctissimos homines crebrius quam antea fuisse adhibitos ad exscribendos Codices, quos propterea erroribus ac sordibus ad nauseam usque repletos intueare. Ex his non paucos prae manibus habui, & exemplum adferre juvat, quod non uno nomine, nisi mihi facile blandior, lucem exposcere videtur. Adservat Ambrosiana Mediolanensis Bibliotheca membranaceum Codicem, e Boniensi acceptum, cuius antiquitas paene ad annos mille accedere mihi visa est. Scriptus enim fuit Literis majusculis & quadratis. Titulus praefixus omnia tribuit Johanni Chrysostomo, sed immerito. Mutillum in

A principio Codicem deprehendi. Cap. IV. est de *Animantibus*, atque ex his verbis incipit: *Alae duo testamenta. In Ezechiel unumquodque duabus aliis velabat os suum &c.* Horum Auctorem agnovi Eucherium Lugdunensem Lib. Formul. Spiritual. Sequitur fragmentum de Apostolis, infra mihi evulgandum. Tum *Incipit de expositionem* (ita ibi) diversarum rerum. In primis mandragora in *Gnesh*, genus pumi simillimum parvo peponis speciem vel odore &c. Ita illuc depravata sunt verba, excerpta e Libro ejusdem Sancti Eucherii de *Hebraic. Nomin. Interpret.* Post alia sequitur de *Matthaeo Evangelista. Orate autem, ne fiat suca vestra bieme vel sabbato;* idest ne cum suca fit, impedimentum patiamini. Post hanc Homiliam succedit altera *de ultimo adventu Christi*, ubi de mille annis in Apocalypsi memoratis agitur. Tum Homiliae in illa verba: *Nemo scit de die & hora illa. De tribus mensuris. De Petro Apostolo. De reparacione lapsi*, quod Opusculum novimus tributum Chrysostomo. Additur *Fides Sancti Ambrosii Episcopi*, quae incipit: *Nos Patrem & Filium &c.* sed post aliquot lineas reliqua desiderantur. Accedit altera *Expositio Fidei Catholicae*, cuius Auctorem Charta lacerata non retinet. Tum *Fides Sancti Luciferi Episcopi*. Deinde *Fides*, quae ex Niceno Concilio processit. Tandem Incipit *Fides Beati Athanasii*. *Fidis unius substantiae Trinitatis Patris & Filii, & Spiritus Sancti &c.* Ex eodem ergo Codice ego decerpsti fragmentum antiquissimum ad Canonem divinarum Scripturarum spectans. Nulli diligentiae pepercit, ut ejus Auctorem detegarem, simulque rescirem, num haecenus editum fuerit. Nisi me fellerunt oculi, aut complurium Librorum

brorum defectus, quem non semel
doico: nusquam deprehendi evulgatum, ac propterea spes mihi superest, fore ut libentius a Lectoribus
accipiatur, ac praecipue quod antiquitatem redoleat summe venerabilem. Si conjecturam meam exercere
fas est, in illam opinionem feror,
tribuenda haec esse Cajo Ecclesiasticus
Romanae Presbytero, qui sub Victore &
Zephyrino Pontificibus, teste Photio
in Bibliotheca, Codice XLVIII. hoc
est qui circiter Annum Christi CXCVI.
floruit. Disputationem Caji istius
disertissimi viri, habitam Romae tem-
poribus Zephyrini adversus Proclum
quendam Cataphrygarum haeresis propugnatores, memorat Eusebius Caesa-
riensis, Ecclesiasticus. Histor. Lib. 6.
Cap. 20. in qua ille, dum adversariorum in componendis novis Scripturis temeritatem & audaciam sug-
gillat, τῶν τῆς ἱερᾶ Ἀποσόλας δε-
κατριῶν μόνων ἐπισολῶν μητρονέντες,
τὴν πρὸς Ἐβραιῶν μὴ συναειθμή-
σας ταῖς λοιπαῖς: ἐπεὶ καὶ εἰς
δέύρο παρὰ Ρωμαίων τιστὸν & νο-
μίζεται τῆς Ἀποσόλας τυγχάνειν:
tredecim tantum divini Apostoli recen-
set Epistolam, eam, qua ad Hebreos
inscripta est, cum reliquis non adnume-
rans. Sane haec Epistola etiamnum a
quibusdam Romanis Apostoli esse non
creditur. Sanctus Hieronymus totidem
fere verbis, de Cajo isto loquens in
Libro de Scriptorib. Ecclesiastic. Cap.
60. reddidit sententiam Eusebii, nisi
quod addit, disputationem a Cajo
habitam sub Zephyrino Romanae Urbis
Episcopo, id est sub Antonino Severi fi-
lio; ac propterea secundum illum
Cajus haec scripsit circiter Annum
Vulgaris Epochiae CCXII. Addit etiam
de eadem Epistola: sed & apud
Romans usque hodie quasi Pauli Apo-

A stoli non habetur, quem tamen Euse-
bius tantum scripsit apud quoddam
Romanos. Photius quoque loco supra
laudato auctor est, Cajum tredecim
dumtaxat Beati Pauli Epistolas enumera-
rasse, non recepta in censum, quae est
ad Hebreos. Ille quoque haec ab
Eusebio hausit. Ceterum non est hu-
jus loci recensere, quibus Auctoribus
& rationibus in Canonem sacrarum
Scripturarum merito recepta deinde
ab omnibus fuerit Epistola ad He-
breos, de qua idem Sanctus Hieron-
ymus ad Evagrium scribens dicit:
*Quam omnes Graeci recipiunt, & non
nulli Latinorum.* Ita quaestionem hanc
jamdiu versarunt ac illustrarunt viri
doctissimi, ut rursus eamdem agita-
re velle, supervacaneum foret.

B Illud, quod ad me spectat, arri-
pio. Hippolytus quoque Portuensis
Episcopus, Caji supra laudati aequa-
lis, Photio teste, Codice 121. sensit
Epistolam ad Hebreos non esse Pauli
Apostoli. Immo ne temporibus qui-
dem Sancti Hieronymi Romana Ec-
clesia illam inter Canonicas Aposto-
li Pauli Epistolam receperat. Quoni-
ergo eam omiserit Catus Presbyter
Romanus, Scriptor antiquissimus, ce-
teras recensens, veri videtur simile,
eidem Cajo tribendum esse fragmen-
tum infra evulgandum, in quo pae-
termissam plane videoas Epistolam ad
Hebreos. Accedit & alterum robu-
stius argumentum. Memorat hic Scri-
ptor celebrem Hermae Librum, ti-
tulo *Pastoris inscriptum*, his verbis:
*Pastorem verbi Nepperrine Temporibus
nostris in Urbe Roma Hermam conscripsit,
sedente Cathedra Urbis Romae Ecclesiac
Pio Episcopo fratre ejus.* Jam inter
Eruditos constat, Hermam floruisse
ad dimidium Seculi a Christo nato
Secundi. Et certe si tunc Romanam
Cathedram tenuit Pius I. Papa, il-
lius

Ius frater, is Librum *Pastoris* scripsisse dicendus est circiter Annum Christi CL. At nos supra vidimus, Cajum Romanum Presbyterum vixisse circiter Annum CXCVI. & nihil obstat, quin antea haec scripsit. At quando fragmenti Auctor testatur, Hermam *Nuperrime Temporibus nostris* Librum *Pastoris* conscripsisse: quemnam opportunius quam eumdem Cajum fragmenti ipsius parentem fuisse conjicias? Tandem scribit fragmenti Auctor: *Apocalypsim etiam Johannis & Petri, tantum recipimus, quam quidam ex nostris legi in Ecclesia nolunt.* Recte haec in Caji tempora convenient. Eusebius enim Lib. 3. Cap. 25. *Apocalypsim Petri* inter dubios quidem Libros recenset, non tamen abjicit veluti Haereticorum foetum. Eodem quoque testante, Clemens Alexandrinus eadem Apocalypsi est usus, non secus ac Epistolâ Barnabae. Sozomenus pariter nos monuit Lib. 7. Cap. 19. hanc *Apocalypsim in quibusdam Ecclesiis Palaeisirae usque adhuc singulis annis semel legi.* Temporibus etiam Caji ipsius circumferebatur Epistola spuria Pauli Apostoli ad Laodicenses, a Sancto Hieronymo & Theodoreto explosa, quam Marcion haeresiarcha in subsidium sui delirii adhibuit, ut nos docet Sanctus Epiphanius Haeresi 42. At praeter hanc ex ipso fragmento nunc discimus, alteram

A Paulo suppositam fuisse, nempe *ad Alexandrinos*, cuius nescio an quisquam alias meminerit. Quum verò *Apocalypsim Pauli*, ab Augustino & Sozomeno memoratam, Scriptor hic nequaquam recenseat, confirmatur sententia Johannis Ernesti Grabii, qui in Spicilegio Patrum pag. 84. censuit, erupisse hanc imposturam Seculo duntaxat Ecclesiae Christianae Quarto. Heic quoque videoas memorari *Librum Psalmorum* a Valentino haeresiarcha elaboratum. Unus Tertullianus, quod sciam, Lib. de Carne Christi, Cap. 20. istos indicavit, scribens: *Nobis quoque ad hanc speciem Psalmi patrocinabuntur, non quidem Apostatae, & Haeretici, & Platonici Valentini, sed sanctissimi & recipissimi Prophetae David.* Quis verò fuerit *Miltiades* ille Haereticus, sive *Miltiades*, cuius est mentio in hoc fragmento, divinent alii. Profectò non fuerit *Miltiades* Rhetor ab Eusebio ac Hieronymo laudatus, qui sub Antonino Commodo multa scripsit pro Catholica Ecclesia. Age verò D jam proferamus Fragmentum ipsum e vetustissimo Codice Ambrosiano decerptum, atque illud Ereditorum omnium examini subjiciamus, nullum demendo ex erroribus, quibus Librariorum imperitia scripturam saturavit atque foedavit, quanquam nihil ii obstent, quominus pretium rei intelligamus.

Fragmentum acephalum Caji, ut videtur, Romani Presbyteri,
qui circiter Annum Christi 156. floruit, de Canone
sacrarum Scripturarum.

..... quibus tamen intersuit, &
ita posuit. Tertio Evangelii Librum se-
cundo Lucam. Lucas iste Medicus post
ascensum Christi cum eo Paulus quasi

E ut juris studiosum secundum adsumisset
numeni suo ex opinione concraset. Domi-
num tamen nec ipse vidit in carne, &
idem prout assequi potuit. Ita & a na-
tivitate

561 DISSERTATIO QUADRAGESIMATERTIA: 562

tivitate Johannis incipit dicere. Quarti Evangeliorum Johannis ex Discipulis. *Cohortantibus conscipulis & Episcopis suis* dixit: Conjejunate mihi hodie triduo, & quid cuique fuerit revelatum, alterutrum nobis enarremus. Eadem nocte revelatum Andreae ex Apostolis, est recognoscitibus cunctis Johannis suo nomine cuncta describeret. Et ideo licet varia singulis Evangeliorum Libris Principia doceantur, nihil tamen differt credentium Fidei, cum uno ac principali spiritu declarata sint in omnibus omnia de Nativitate, de Passione, de Resurrectione, de conversatione cum Discipulis suis, & de gemino ejus Adventu. Primo in humilitate despectus, quod ro..... secundum potestate Regali praecularum, quod futurum est. Quid ergo mirum, si Johannes tam constanter singula etiam in Epistolis suis proferat dicens in semetipso: Quae vidimus oculis nostris, & auribus audivimus, & manus nostra palpaverunt, haec scripsimus. Sic enim non solum visorem, sed auditorem, sed & scriptorem omnium mirabilium Domini per ordinem proficitur. Acta autem omnium Apostolorum sub uno Libro scripta sunt Lucas optime Theophile comprehendit, quia sub praesentia ejus singula gerabantur, sicut & semote Passionem Petri evidenter declarat, sed profectionem Pauli ab Urbe ad Spaniam proficisciens. Epistola autem Pauli, quae, a quo loco, vel qua ex causa directe sint voluntatibus intelligere, ipse declarant. Primum omnium Corinthiis schisma heresis interdicens, deinceps Callactis circumcisionem. Romanis autem ordine Scripturarum, sed & principium earum esse Christum intimans, prolixius scripsit, de quibus singulis necesse est a nobis disputationi; cum ipse Beatus Apostolus Paulus sequens praedecessoris sui Johannis ordinem, nonnisi nominatim septem Ec-

A clesis scribat ordine rati. Ad Corinthios prima, ad Ephesios, secunda, ad Philippenses tertia, ad Colossenses quarta, ad Galatas quinta, ad Tessalonicenses sexta, ad Romanos septima. Verum Corinthiis, & Tessalonicensibus licet pro correctione iteretur, una tamen per omnem orbem terrae Ecclesia diffusa esse denoscitur. Et Jobannes enim in Apocalypsi licet septem Ecclesiis scribat, tamen omnibus dicit. Verum ad Philemonem una, & ad Titum una, & ad Timotheum duas pro affectu & dilectione, in honore tamen Ecclesiae Catholicae, in ordinatione Ecclesiasticae discipline sanctificatae sunt. Fertur etiam ad Laudecenses, alia ad Alexandrinos Pauli nomine filiae ad haeresem Marcionis; & alia plura, quae in Catholicam Ecclesiam recipi non potest. Fel enim cum melle misceri non congruit. Epistola sane Judae, & superscripti Johannis duas in Catholicā habentur. Et Sapientia ab amicis Salomonis in honorem ipsius scripta. Apocalypsis etiam Johannis, & Petri, tantum recipimus, quam quidam ex nostris legi in Ecclesia nolunt. Pastorem vero numerime temporibus nostris in Urbe Roma Herma conscripsit, sedente Cathedra Urbis Romae Ecclesiae Pio Episcopo fratre ejus. Et ideo legi cum quidem oportet, se publicare verò in Ecclesia Populo, neque inter Prophetas completem numero, neque inter Apostolos in finem temporum potest. Arisnoi autem, seu Valentini, vel Mitiadis nihil in totum recipimus, qui etiam novum Psalmorum Librum Marcioni conscripserunt una cum Basilide Affianum Catafrygum constitutorem.

Vidistin, quot vulnera frustulo huic antiquitatis inflixerit Librariorum incuria atque ignorantia? Id ipsum aliis bene multis Libris accidisse noveris: quod ego experientiā quoque

N n com-

complurium annorum perspectum habeo. Interrogabis autem, cur nihil secius plerosque Codices ad nos venisse videamus a mendis, & certe a tanta deformitate liberos. Equidem puto, subsequentes Scriptores, prout quisque judicio atque eruditione pollebat, quum exscribebant aut dictabant veterum Libros, identidem exterrisse ejusmodi sordes; a que hinc potissimum natam tantam Variarum Lectionum segetem. quae in conferendis antiquorum Libris deprehenditur, quum quisque aut divinando propria Auctorum verba restitueret, aut ex ingenio suo suppleret. Sane inter eruditos praeferriri consueverunt recentioribus Codices antiquiores; neque injuriā. Quo enim proprius ad fontem accedunt, eo etiam posteriori jure censentur retinere mentem ac verba sincera sui Auctoris. Attamen sunt & recentiores Codices interdum, in quibus major quam in vetustis occurrit castigata lectio, sive quod ab optimis exemplaribus descripti fuerint, sive quod vir aliquis doctus errores ab apographo novo arcuerit, sive sustulerit, quibus vetusta exemplaria scatebant. Nam quod est ad indoctos, vel suo tempore Sanctus Hieronymus ad Lucinium scribens, incusabat imperitiam Notariorum, Librariumque incuriam, qui scribunt non quod inveniunt, sed quod intelligunt: *O* dum alienes errores e-

A mendare nituntur, ostendunt suo. Aliibi quoque eadem repetit sanctus ille Vir. Sed nunquam desiderati sunt eruditi viri, quorum curā vitiatis Libris identidem succurrebatur. Et multis quidem possem hanc veritatem confirmare; verū exemplis duobus rem conficiam. Id se præstistis testatur Carolus Magnus in Constitutione de Emendatione Librorum & Officiorum, editā a Sirmondo, tum a Baluzio, Tomo Primo pag. 203. Capitular. Reg. Francorum. in qua haec habet inclitus ille Rex: Jam pridem universos Veteris ac Novi Instrumenti Libros Librariorum imperitia depravatos, Deo nos omnibus adjuvante, examissim correxiimus. Alterum exemplum nobis suppeditavit Ambrosiana Bibliotheca supra laudata, in cuius pluteis adservantur Commentarii prolixī in Psalterium manu exarati, & Sancto Hieronymo tributi. En exordium in Psalmum Primum: *Quidam putant istius Psalmi clavem super Christi Domini nostri personam esse referendam, ut Beatus iste vir secundum hominem Christus sit.* Bona quidem voluntas, sed imperitia est &c. Vide Martianaēum Tom. 2. pag. 522. novissimae editionis Operum Sancti Hieronymi. In calce hi Versus leguntur, Flori videlicet, qui ex hoc Commentario errores praecedentium Scribarum sustulerat.

Elorado Abbati Florus supplex.

„ **H** Os Cyharista puer lyricis concentibus Hymnos
 „ Edidit in laudes, o bone Christe, tuas.
 „ Egregius vultu, formā speciosus amoena,
 „ Viribus invictus, moribus almificus.
 „ Numinis aetherei plenus, sacro ore melodus,
 „ Inclytus aeterni Rex fator imperii.

„ Cui

„ Eui cadit horrifici moles truculenta Philistei,
 „ Saxo fusa levi, truncata mucrone sui.
 „ Ursorum rabies, ferites insana leonum
 „ Sternitur, & fracto gutture vita perit:
 „ Cedit & obfesso fugiens e pectore daemon,
 „ Comprimiturque pio regius ore furor.
 „ His igitur modulis larbalia monstra fugantur,
 „ Vincitur hostis atrox, crimina dira ruunt:
 „ Artibus auxilium, menti venit alma medela;
 „ Mors, morbi fugiunt: vita, salus redeunt.
 „ Jugibus idcirco precibus, cantuque perenni
 „ Haec, Pater, ex vestro personet ore lyra:
 „ Quâ prisci cecinere senes, quos maxima Nili
 „ Ostia, & alticrepi horruit unda sati;
 „ Quamque sacer longi corruptam erroribus aevi
 „ Reddedit antiquo Hieronymus decori.
 „ Ingenio cuius pulchris instruct: sagittis,
 „ Stellarum rutilo tota nitore micat.
 „ Quas studiosa manus, multi sudore laboris
 „ Restituit priscis, te rogitante, locis.
 „ Namque per incultas errat dum lubrica palmas
 „ Dulcis & ambrosio tincta liquore lyra,
 „ Perdiderat fulvi radiantia signa metalli,
 „ Texerat & furvo fila canora situ.
 „ Sed tamen Hebraicâ rufus ratione polita;
 „ Ac simul Argolicâ denuo pieta manu,
 „ Mellifluas coeli spargens trans sidera voces,
 „ Concrepat Angelico carmine sacra sono.
 „ Nunc cape correctum gratanti corde Volumen,
 „ Utque ita permaneat, da, Pater, oro operam:
 „ Nullus enim fructus conamina nostra sequetur
 „ Erasis vitiis, qui bona subdidimus,
 „ Ni vigil atque sagax studio, Pater optime, vestro
 „ Conservet Scriptor, quae modo recta manent.
 „ Jamque vale: Florique tui sine fine memento,
 „ Ut valeat culpis ipse carere suis.
 „ Amen.

Quis fuerit *Eloradus Abbas* iste
 (ita enim legitur nescio an vitiose
 in MSto) ad quem *Florus* hos ver-
 sus mittit, nondum rescire potui.
 Carminis vero Auctorem vix alium
 fuisse opinor a *Floro Magistro*, Dia-
 cono Lugdunensi, qui circiter An-

num Christi DCCCXXXVII. gloriâ
 literarum celebris apud Gallos eva-
 sit. Usserius in Historia Goteschalci
 Cap. 9. & Cave in Histor. Litera-
 ria Scriptor. Ecclesiastic. tradunt, a
 Floro isto scriptum fuisse *Commenta-*
rium in Psalterium, atque illud in
 Hafli-

Hafligemienſi Coenobio (inter Bruxellam & Aloſtam ſito) exſtitiffe olim MStum, unde illud in Psalmum LXXX. adverſus Amalarium a Fabro citatum eſt testimonium adverſus Transubſtantiationis dogma. In Ambroſiano MSto, quem minime diuersum ab Hafligemienſi cengeo, legi ego haec verba ad Psalmum LXXX. *Et cibavit illos. Adeps frumenti Sacramentum eſt Corporis Christi. Quid enim adeps in frumento aliud significat, niſi diuinitatem in carne? Petra Christus, mel dulcedo ipſius, a qua omnes credentes in Fide nutriuntur.* Vide, quaeſo, quām lepide contra Catholicorum ſententiam verba iſta exerantur, quum tantummodo ad illam conſirmandam iñſervire poſſunt. Ad haec non facile concederem in opinionem Uſſerii, tribuentis Floro Commentarium nuper memoratum. Ex verbiſbus nunc evulgatiſ nihil aliud colligi poſteſt, niſi a Floro correſum fuiffe Volumen, quod potiū Sancto Hieronymo tribui videtur. Et ſane titulus Ambroſiani Codicis Auctorem illius Commentarii Hieronymum facit. Neque, ut verum fatear, ibi elegantia deſideratur. At iſ eſt ſkilus, ea eruditio Sancti Hieronymi, ut a ceterorum ſcriptiſ facile ſeſe diſcernendam exhibeat. Proinde Hieronymum illic delitescere nunquam tibi perſuadeas. Praeterquamquod Florus id unum fortaffe curavit, nempe integritati ſuae reſtituere Psalterium a Sancto Hieronymo translatum, & asteriſcis ornatum, quod ipſe Florus lyram appellaſt, hanc inquiens, dum per Librariorū ignaras manus erraſſet, rubiginem contraxiſſe, ac ſe omnia reſtituiffe priftino decori. Atque heic mirari ſubit, cur tantopere antiqua Secula iñſtiterint, ut Hieronymum invitum omnino vellent auctorem a-

A licujus perpetui Commentarii in Psalterium, quum tamen iſ duntaxat monuerit in Libro de Vir. Illuſtrib. ſe ſcripſiſe in Psalmoſ, a Decimo uſque ad Decimum ſextum, Tractatus Septem. Praeter Commentarioſ in idem Psalterium, inter ejus Opera evulgatoſ, quos tamen nemo nunc ei tribuit; & praeter alteros nuper a me commemoratoſ, luce adhuc carrentes: reperi ego in praelaudata Ambroſiana Bibliotheca Codicem, characteribus tantae vetuſtatis exaratum, ut mihi videretur aetatem mille annorum attingere. Titulus quidem veſtuiſſimus, ſed literiſ non adeo antiquiſ, ita ſe habet: *In hoc Volumine continetur Hieronymi Presbyteri Expofitio ſuper Psalterium, non tamen a primo Pſalmo priu, ſed groſdam alios indirecte priu exponere videtur. Deinde ad Pſalmorum ordinem, iudeſt a primo incipiens & deinceps ſubsequenter uſque ad finem Pſalterii Praecedunt Praefatio edita Hieronymi: Pſalterium Romae dudum poſſuſ &c. Tum Prologus: David filius Jesse &c. editus inter Opera Bedae Tom. 8. Denique Prologus Hieronymi ad Sopronium, hoc eſt. Epifola CXXXIV. in antiquis editionibus. Post Praefationes occurrit primo Expofitio in Psalmum XVII. tum in XVIII. XXI. XXV. & XXVIII. ubi ad ea verba: Confringet Dominus cedros Libani, haec inter alia leguntur: In hoc loco voluit dicere pro vitulamine. Ita namque & Hebreus babet: ſicut vitulamina Libani. Vitulamina verd Libani dicuntur parva virgulta, quae ſunt pro ipla ſi tenuitate fragilia. Et quoniam cedros Libani Affyrios vocaverat propter ingentes corporum formas, intulit: Et comminuit atque contrivit ſicut vitulos Libani; ita, inquit, illas ſublimes & grandes brevi tempore comminuit atque contri-*

B

C

D

E

contrivis, sicut vitulamina, quae exiliatae sui facile conteruntur. Syrus namque, quod hic positum est: Et comminuit eos tamquam vitulos Libani, ita ait: Inimicos sicut germina cedrorum. Germina autem Cedrorum optime virgulta vocavit ab arborum radice surgentia &c. Rursus haec ibi leguntur ad versiculum: Et commoverebit Dominus desertum Cadis. Eadem saepius desertum indicans, quod desertum Cadis non est, ut quidam putaverunt, scriptum Cadis, sed Caddis. Caddis verè non est nomen loci atque regionis; sed Cadis dicitur a Syro, vel Hebreo sanctum. Sanctum ergo dicit locum, qui erat ante Civitatem, in quo Assyrii castra posuerunt. Et remansit hic sermo secundum Linguam Syram vel Hebreacum in Voluminibus Graecis, ut Adonai, atque Sabaoth, & alia similia. Tum sequitur Psalmi XXIX. Expositio, deinde XXXIV. XXXV. XXXVI. ubi ad ea verba: Quoniam benedicentes ei hereditabunt terram, Commentarius iste apponitur: Syrum ita dicit: Quoniam maledicentur ab eo, excidentur. Aquila etiam & Symmachus concinenter: Benedicti ab eo hereditabunt terram. Sensus ita positus est, ut alii alterius interpretentur, ut Septuaginta dicerent. Manifestus intellectus est, quo-

A niam id quod dixit: Benedicentes ei, de Deo accipiendum sit, non sicut quidam opinantur, de David. Succedit Psalmus XXXIX. ubi ad ea verba: In capite Libri, haec adferuntur: Aquila in volumine Libri posuit; nam apud Hebreos tam Legis quam Prophetarum Libri singuli singulis erant voluminibus conscripti. Postremo sequitur Psalterii totius expositio a Psalmo I. usque ad ultimum, nisi quod in fine Codex est mutilus. An haec enim ex Commentariis iis delibata, & eruditionem utique non plebejam redolentia, Hieronymiani quidquam praferant, aliorum esto judicium. Illud quidem statuo, subsequentes in eo Codice Commentarios, longe abire a Sancti Hieronymi gusto, doctrinâ & elegantia, & nil continere tanto Doctore dignum. Atque ut Lectio non meis verbis, sed suis oculis credat, excerpta aliquot ejusdem Operis subjicere placuit eum etiam in finem, ut facilius dignoscatur eruditus gens, an haec edita sint, aut cuinam Scriptori sint tribuenda. Dignus denique prae veneranda antiquitate sua foetus iste est, cuius saltum particulæ aliquot, tenebris eripiantur, siquidem nondum integer lucem viderit.

Specimen Commentarii antiquissimi in Psalterium, Sancto Hieronymo perperam tributi, in vetustissimo Codice Bibliothecae Ambrosianae.

PRIMUM Psalmum quidam in Joas Regem dictum esse voluerunt, qui a Jojada Principe Sacerdotum & nutritus est, & imperfecto Asbalia in imperium subrogatus est; eo quod per omne tempus, in quo a Pontifice eruditus est in lege Dei, meditatus est noctibus ac diebus. Sed non audiendi sunt hi, qui

E ad excludendam Psalmorum veram expositionem, falsas similitudines ab Historia petitas conantur inducere. Quomodo enim Beatum istum pronunciare potuisse, & ab omni errore amore virtutis alienum, cui in Regum Libris nullum testimonium de perfectione perbiberetur? in quibus ita dicitur: Et fecit Joas rectum

ANTIQUIT. MEDII AEVI

571

rectum ante Dominum omnibus diebus, quibus inluminabat eum Jojada Pontifex. Verumtamen ab Excelsis non recessit. Adhuc Populus sacrificabat in Excelsis. Dicendo itaque omnibus diebus, quibus inluminavit eum Jojada Princeps Sacerdotum, fecit rectum ante Dominum, indicat, quod reliquis diebus cessante Jojadac magisterio fecerit id, quod primis institutionibus minime conveniret. Reservatur etiam in iisdem Regum Libris, quod Azahel tem Regem Syrias ab impugnatione Hierosalem Joas munerum oblatione submovet: quae quidem dona de Templo sublata misit, quae prius regne Deo tam ipse quadam Reges Juda, id est Majores ejus obtulerant; quod alatum indicatur his verbis: bonum est enim, nos ad agnitionem rei gestae testimonio lectionis accedere: Et accepit Joas omnia sancta, quae sanctificavit Josaphat, & Ioram, & Ochozias patres ejus Reges Juda, & sancta sua, & omne aurum, quod inventum est in thesauris Domus Domini, & in Domo Regis, & misit Azaheli Regi Syriae. Huic igitur, qui Templum Dei spoliavit, & omnia intus posita dona concusserit, ac misit ea viro alienigenae, impio ac sacrilego, quem Propheta David Beatitudinis apicem contulisset? Talis ergo Historiae usurpatio inconveniens adprobatur, & quod praesenti Psalmo non possit aptari, in quo Beatus David pronunciatur vir, de quo sermo est, atque omnis virtutis perfectione conspicuus. In fine enim Psalmi dicitur: Ideo non resurgent impii in judicio, neque peccatores, usque peribit. Hoc dictum his convenit, qui possunt & merum perficienc, & pro bono conversationis suae, apud Deum confidentiam habere non minimam. Joas vero Rex non talis ostenditur Historiae lectione, ut dignus Beatitudine comprobetur. Est ergo moralis

572

A Psalmus, quod ex iis, quae sequuntur, apparet; in quibus & de Virtutum appetitu, & de Errorum abstinentia disputatur: quod in Joas proprio non potest convenire. Parvulus enim per illud tempus, in quo Jojada Pontifice nutritus est, neque aversari mala iudicio suo poserat, neque in meditatione Legis curram sedulam admovere, qui ad omne studium pro nutrientis ducebatur arbitrio. Septimum itaque aetatis agenti annus onus insigne Regiae dignitatis impositum est. Duo itaque sunt, quae facti sunt hominibus ad Beatitudinem pervenire, dogmatis recta sententia, id est, ut pie de Deo & integre sentiantur, & mortuum emendata formatio est, priusquam honeste saneque vivatur. Neutrum ad perfectionem valet sine altero; alterum verò altero aut suppletur aut comitatur. Sed fides inter haec primum obtinet locum, sicuti in corpore honorabilius caput inter reliqua membra censerur. Ad perfectionem tamen hominis necessaria est reliquorum accessio & compago membrorum. Similiter & ad consummationem vitae hujus oportet, utraque concurrere, Fidem scilicet & Vitam. Et Fidei quidem ad profectum comprehensio res ardua atque difficilis, custodia verò facilis. Vites autem ratio ad intelligendum prona, & quae omnium intellectui tam in honorum appetitu, quam in malorum fuga videatur exposita. Exhibitio verò non operis parvi ac laboris, sed nonnumquam vitae merito ad fidem aditus aperitur, & e diverse ad perfectam cognitionem ejus peccatis obstruitur, nam velut quibusdam tenebris conversationis sincerum intercluduntur ejus, & puritas impeditur. Unde banc partem maxime Scripturæ divinae est moris excolare. Et ideo etiam in praesenti Psalmo ante documenta disciplina moralis indicitur; nam obesse perfectae Fidei morum virtutia Apostolo teste discimus, qui ait ad Corinthios:

rinsbios: Non potui vobis loqui quasi spiritualibus sed quasi carnalibus, quasi parvulis in Christo. Et subjungit: Cum enim sit inter vos zelus & contentio, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? Cum e contrario cor melius ad Fidem sit suffragio conversationis admissus (*). Hoc itaque argumentum est praesentis Psalmi. Debemus jam adjuvante Domino per partes ad reserandum intellectum ejus accedere, & si necesse fuerit pro consideratione verum occurrentium, aliqua latius explicare. Non obliviscemur tamen ejus, quam promissimus in Praefatione, brevitatis. Hoc autem maxime servabimus in praesenti Psalmo, & in reliquis omnibus, ut omnem intellectum in summi redigentes strictim, quicquid dicendum est, explicemus, quoniam non est nobis propositum latius cuncta prosequi, sed summam dictorum omnium sensus adtingere, ut possint lecturis expositionis prima facie relucere; illis relinquenter occasionses majoris intelligentiae, si voluerint aliqua addere, quae tamen a praemissa interpretatione non discrepent. Ista enim veri est intellectus perfectio, ut secundum Historiae fidem tenorem expositionis apremus, & concinnenter ea, quae dicenda sunt, profigamus.

Beatus vir, qui non abiit in conilio impiorum, usque sedet. Interdum Scriptura divina inter impium & peccatorem facit differentiam, impium vocans Dei veri nostram non habentem, peccatorem verò benefici, iustique transierto non tenentem. Tamen est, ubi communis vocabulo utrumque significat. In praesenti Psalmo tamen videretur facere distinctionem, quoniam vult, qui sit status perfectionis exprimere, cui etiam Beatitudinem credit rite competere, vel propriam perfectam de Deitate nostram, vel

A propter studia vitae melioris. Quid verò ait, non abiit, non stetit, non sedet, animae motus corporalibus signat indiciis. Quoniam, cum aliquod molimur efficere, primum ad arripiendum opus movemur in gressum; deinde subsistimus, ubi res coepit esse in manibus; ad secundum verò convertimur negotio jans parato. Hoc ergo Sanctus David ait: quoniam ille verè Beatus sit, qui neque primis quidecim vestigiis impiatum cogitationem adiit, vel ingressus est, neque adscitum pravi operis admisit, neque ullâ invenitus est malae delectationis inlecebrâ; quod nomine cathedrae & sessionis ostenditur, ut eorum consortio jungeretur, qui aliorum simplicitatem veneno suae pravitatis inficiunt. Hos enim pestilentes vocat, quorum est plane morbosa conjunctio. Est autem pestilentiae proprium, ab uno in alterum transeundo inficere multorum corpora atque vitiare. Non abiit ergo disendo, consensus cogitationum notavit, quibus ad pravas suggestiones rapimur, & id, quod libuerit, implere properamus. Quod verò ait, non stetit, in opus exisse indicat id, quod cogitatio ante suggestivat, quod tunc implemus, cum delectat in aliis operibus gradum figere, ac saepius restitutare. Pro cathedrae autem sessione ille signatur, qui ita delectatur, & requiescit in mala consuetudine, ut reliquis eiusdem studii hominibus sine ullo reverendiae misceatur aspectu. Quod verò impiorum consilia ponit, peccatorum verò opera, satis ad utrumque respexit. Impietas enim ad agitationem mentis pertinet, & motus non rectè animae sentientis. Peccatum verò in rem cibis jam deducta. Tertium, quod addidit, utique subjecit, quoniam non solum bi pestilentes vocantur, qui male sentiendo corrumpunt reliques, & societate suâ peritunt; verum etiam illi, qui tibi confessis,

(*) Heic mendum cubat.

fortis, bonum conversationis suae rectae infringunt, quibus in totum non admissi est sibi optime consulentis. Et ideo bunc, qui per omnia declinat a talibus Beatum praesentis Psalmi lectura definit, qui ita actus suo circumspicit, ut etiam aliena mala sollicitatione declinet. Et vere, ut ne alienis maculis candor suis, puritasque fuscetur, quoniam tendentibus ad beatitudinem non sufficit recedere tantum a malis, sed etiam bona facere necesse est, inferius ait: Sed in Lege Domini fuit voluntas, usque die ac nocte. Non solum, inquit, studet malorum consortia declinare, verum assidua & jugi meditatione Legis discit; quam le formare conveniat. Et ut fructuosum bujusmodi, quod commendare nititur, probet studium, inducit similitudinem, per quam possit bonum ejus, quem Beatum dicit, hominibus relucere: & erit, sicut lignum, quod plantatum est securus decursus aquarum, usque prosperabuntur. Sicut arbor, inquit, cui virere jugiter natura est. Eriam locus in quo plantata fuerit, vivificatur beneficio, ut ab ariditate aquis defendatur irriguis. Atque ob hoc multis sit fructibus plena, quae neque aeris, neque loci, neque temporis injurias sentit. Id enim indicat, quod sequitur dicens: Et omnia, quaecumque faciet, semper prosperabuntur. Est omnibus tam perpetuo virore, quam pomorum numerositate conspicua. Ita etiam ille clarus erit, qui se & a malis abstinuerit, & bonorum studiorum amore devinxerit, quem nec ulla peccatorum opera deturant, & meditatio continua Legis exornat. Non sic impii, non sic, sed tamquam, usque a facie terrae. Superioribus dictis omnes ad virtutis studium provocavit, praesentibus deterret a virtutis, & per comparationem pulveris ostendit, quanta sit utilitas insidorum, & qui non digni aliquo aestimansur adspex-

A & ita malis supervenientibus impellantur facile, ac stare non possint, ut pulvis, qui pro tenuitate sua ac levitate, ventorum flatibus buc illucque dispergitur. Ideo non resurgunt impii, usque justorum: Hoc dicens, non resurrectionem impii denegavit, qui utique, si non resurgerent, lucrificarent futura supplicia, quae quidem non aliter nisi restituti in corpore sustinebunt: non ita erit commune animae corporisque supplicium, scilicet suis peccatorum communis admisso. Quod ergo dicit, tale est, quia consuevimus in apertis criminibus moras ad inquirendum nullas adhibere, sed statim condemnationis ferire sententiam. Ita & impii ad poenam resurgent, non illam delationem habebunt, quae solet judicariis inquisitionibus admoveri, quos gravius manere supplicium per hoc indicatur, quod statim & velut accelerata sententiâ in locum meritis suis debitum, & in ultimum contrudentur exitium. Et ideo non dixit absolute: Non resurgent, sed addidit, in iudicio; hoc est, non resurgent ad examinationem, sed resurgent, ut statim sententiam damnationis excipient. Et ne forte ex communi Resurrectionis nomine communem aestimationem expulsionem futuram esse cunctorum, ostendit, quoniam in eodem momento Resurrectionis magna futura sit diversitas, ut aliis per illum ad honorem perducatur, aliis mittatur in poenam. Erit ergo pretiosa aliis & remunerabilis, aliis gravis atque terribilis. Bene ergo inter impium & peccatorem fecit differentiam, & impios quidem ait in iudicium non resurgere, idest, ut superius diximus, non in examinationem venire; peccatores autem in concilio justorum, hoc est, ut nulla illis sit in justorum remuneratione communio. Tradentur ergo & ipsi suppliciis: nam qui per peccata excluduntur a praemissis, ea sine dubio, quae sunt praemissi diversa, patientur. In hoc ergo erit

erit differentia, ut impii quidem resurgent non discutiendi, sed statim locis tristibus deputandi, peccatores verò, ut nullà justis communione jungantur. Hoc autem manifestissime ex his, quae sequuntur, ostenditur: Quoniam novit Dominus viam iustorum, idest; placitam sibi, & acceptam esse remunerationis testimonio perdocebit: & iter impiorum peribit. Ideo igitur non resurgent impii, quia omnium viae perfecta à Dei notitia continentur, atque ab hoc sine ulla delatione resurrectionem eorum conditio & sors digna suscipiet.

Explicit Psalmus primus.

Incipit secundus.

IN secundo Psalmo Beatus David prophetans narrat omnia, quae a Judaeis Passionis Dominicae impleta sunt, tempore quorum sacrilegos contra Dominum motus rationis vacuos, inanesque commemorat, & conatus noxios inanesque describit. Indicat etiam jus imperii, & potentiam dominationis insinuat, quam super omnia post Resurrectionem homo a Deo susceptus accipit. Exhortatur quoque ad petitum Beatitudinis, quana dicit per susceptionem Fidei conferendam. Fugiendam infidelitatem monet, cuius fructus damnatio sit futura. Haec autem in Christum praedita si quis Christianorum ambigit, utemur ad probationem Beati Apostoli Petri testimonio, in quo ait: Quare fremuerunt gentes, & Populi, usque adversum Christum ejus. Verè enim convenerunt Herodes & Pontius Pilatus cum Principibus Populi, & Senioribus adversus sanctum puerum Jesum. Adsunt etiam Beati Apostoli Pauli dicta, in quibus ait: Ad quem autem Angelorum dixit aliquando? Filius meus es tu. Ego hodie genui te. Adversum Ju-

A dacos verò, qui Prophetiae bujus rem a persona Domini detorquere conantur, quorum alii in Zorobabel, alii in David volunt dicta Psalmi bujus accipere, congregendum est. Sed omissis illis, qui dicta ista ad Zorobabel rapiunt, cum bis manus est conserenda, qui eam in David dictam conantur adstruere. Relinquamus sane unicuique lecturo, si velit, bisdem uiri argumentis etiam contra eos, qui ad Zorobabel Psalmum hunc dixerint perire. Utilius autem est cune forterioribus inire certamen, quibus viatis necesse erit etiam infirmiores quoque conruere. Aequalis namque & par ab utrisque contra nos pugnat intentio, et si verisimiliora dicant, qui ad David, quoniam qui ad Zorobabel Psalmum conantur inflectere. Unde maius certamen eligimus, quia dejecto valentiore, eadē ruinā etiam imbecillus involvitur. Hisdem sane objectionibus, si qui studiosi sunt Fratrum, contra utrumque poterunt sufficienter armari.

Quare fremuerunt gentes, usque inania. Frenitus proprio dicitur ille ex quorum sonus, quem naribus vicissim in lite positi indicem furoris emittunt, quando animos suos in jurgia flatibus ardere significant. Irrationabiles ergo Beatus David contra Dominum Judaeorum motus indicans, non est dignatus eis illam, quae potest in homines cadere, perturbationem mentis adscribere. In hoc autem loco, si a Judaeis quaeritur, quae gentes congregatae sint adversus Dominum, respondemus: Herodes, & Pontius Pilatus, ac milites, reliquique, qui eorum imperiis tunc parebant, quos consequenter vocat Populos, seu gentes, non universitate eorum, qui adfuturi erant, sed a parte significans. Neque enim ita dicit gentes, ut omnes undique velit intelligi, sed partionate universaliter appellatione signavit. Divisit verò inter Populos & gentes, quoniam Judaei

. Tom. VIII.

O O compre-

comprehendentes Dominum tradiderunt Pilato, & non solum Pilato, sed etiam Herodi, quos utrosque Gentiles fuisse non dubium est. Hoc ergo, quod dicit: Quare tremuerunt gentes: quae fuit, inquit, tanta causa, quae illis motus furiarum ingessit? aut quibus dementiae facibus accensi sunt Populi, ut armari contra Dominum non timevent? & non solum eum suis temerare manibus, verum etiam Gentibus tradendo piaculi crimen augerent? Adstiterunt Reges terrae, & Principes convenerunt in unum. Eadem, quae superius interrogationis figura, cum non subesse causa furoris exprimitur. Ausus enim tam nefarii mulierum in se ora converterant, & facti temeritas ad spectaculum omnes excitativerat. Convenerunt multi etiam longe positi, maxime visione illâ permotis, quae de obscuratione Solis facta est, qui quidem illâ horâ, quando medium tenet coelum solet esse clarior, virtute Dei obscuratus, omnem terram tenebrarum densitate velavit. Similis autem signi notitas in diebus Ezechiae Regis apparuit, quando Sol revocatus est per ea spatia, quae fuerat emensus, quod quidem est in Libris Regum, & in Ia... volumine continetur. Quo facto attonitus Assyriorum Rex misit dona Ezechiei, attonitus miraculis, signique notitiae. Et Principes convenerunt in unum. Scribas, Phariseosque signat, qui de sententiarum impietate non discrepantes mortem Domini crimen commune fecerunt. Adversus Dominum, & adversus Christum ejus: adversus Patrem, inquit, & Filium, quoniam ad contumeliam Patris Filii spectat injuria, & in utrumque committit, qui in alterutrum prophanus extiterit: Disrumpamus vincula eorum, & projiciamus a nobis jugum ipsorum. Per id quod superius dicitur, quare tremuerunt gentes, irrationalis furor, & stultitiae

A plenus notatur, qui cum nullas habuerit offensionum causas adversus Dominum, tamen facibus animi demensis exarserint. Per hoc autem, quod ait: disrumpamus vincula eorum, aperitur quod velut rationis intuitu ad ausus sacrilegos venerint, & quae fuerit intentio impii conatus ostenditur. De communi ergo gentium intelligentia est, quod dictum est tam ex persona Populi, quam Principum: Convenerunt in unum adversus Dominum, & adversus Christum ejus. Dilrumpamus, itaque adjunt, vincula eorum, & projiciamus a nobis jugum ipsorum: hoc est; removeamus a nobis Patri, Filiique dominatum: non eorum ultra subdamur imperio. Sic enim agebant omnia, quasi qui nollent sub Dei legibus vivere, non ab impietate ullâ divini timoris consideratione revocari. Dicit autem, non quia talia locuti sunt Scribæ atque Pharisei, sed quia talia fecerint, ut ex qualitate operis sermo talis processisse videatur. Consuetudo namque est divinæ Scripturæ, & maxime Beato David, ex operis merito formare vocem, ut cum inquit, de osoribus suis: Narraverunt, ut absconderent laqueos, & dixerunt: quis videbit eos? Non quia illi ista dixerint, sed quia talia egerint, ut putarent neminem futurum, qui opera eorum posset inspicere & eos contemplatione sui a pravis conatis amovere. Vincula eorum, & juga ipsorum jus dominationis appellat, quoniam sunt vinculis abstracti, & sub iugo positi libertate carent, neque possunt vel in agendo vel in eundo copiam voluntatis suae obsequi. Ita & quem conditio subdit inferior iugo servitutis, prorsus praecedit Domini sui parere compilatur. Hoc itaque Beatus Propheta Hieremias ex persona Domini reprobat Judæis, quod abjecto ejus famulatu, idola colendo suscipiunt. Non est placitum mihi in te.

te, inquit Dominus, quoniam a seculo contrivisti jugum tuum, disrumpisti vincula tua, & dixisti: non servio tibi; hoc est, dicens; removisti a te dominationem meam.

Qui habitat in caelis, inridebit eos, & Dominus subsannabit eos. Inefficaces, cassosque contra Dominum vult Judaeorum conatus ostendere, sicut & superius fecit dicendo: Et Populi meditationi sunt inania. Etsi desideria, inquit, eorum, atque opera videantur impleta, vana tamen eorum est omnis intentio, Domino actus eorum subsannatione dignos risuque judicante. Per quod antique non solù n invita, quae egerunt, sed & inutilia illis & noxia probabantur. Tunc loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos. Cum ea, quae audent ac moliuntur, perfecerint, cum opera voluntatis suae impleverint, crucifigentes & interficientes Dominum, tunc motus ultioris pertinent, tunc iram vindicis sustinebunt, tunc in omni conturbatione ac malis innumeris positi operis sui meritum cogentur agnoscere. Ego constitutus sum Rex ab eo. Hoc ex persona suscepit hominis, qui est crucifixus, inseritur, de quo alibi ait: Quid est homo, quia memor es ejus, aut filius hominis, quoniam visitas eum? usque sub pedibus ejus, ac reliqua. Quae manifeste de suscepto homine dicta esse Beatus Paulus ostendit, dicens: Contestatur autem quis quodam in loco dicens: Quid est Homo, quia memor es ejus, aut Filius Hominis, quoniam coronas eum? Et subiungit: Eum autem, qui modo quā Angelus memoratus est, videmus Jesum propter passionem mortis gloriā & honore coronatum. Deus enim Verbum non est Rex constitutus ex tempore, cuius uirque non coepit aliquando, sed fuit & est semper imperium, qui ut in natura habuit creare

A quae voluis, ita in natura habet dominari omnium ut a se perfecto jure factorum. Non ergo nuper additam & velut novellam habet possessionem, quia inconveniens erat, ut nullus juris haberet in his, quae ipse considerat. Suscepimus itaque homo super omnia dominationis accipit. Ab inabitatore suo verbo suo; & hoc manifeste indicat Scriptura divina, Beato David dicente: Quid est homo, quia memor es ejus? & reliqua. Et Apostolus Paulus hominem afferit Jesum, cuius memor fuit Deus, & qui tanto dignus honore sit habitus. De hoc ergo in praesenti Prophetā David loquitur, idest suscepto homine a Deo verbo; quod quidem etiam ipse Dominus dicens esse testatur: Domine, Dominus noster, quād admirabile est nomen tuum in universa Terra; quoniam elevata est magnificētia tua super coelos, usque sub pedibus ejus, & reliqua. Cum ingredieretur enim Hierosolymam, occurrerunt ei pueri, dicentes: Osanna in excelsis: Benedictus, qui venturus est in nomine Domini. Scribae vero invidentes dixerunt ad eum: Non vides, quae isti dicunt? Respondens ait eis: Etiam. Non legistis? ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem. Si ergo dicta ista personae ejus proprie convenient, & reliqua convenient, quae sequuntur, idest: Quid est homo, quia memor es ejus; & minuisti eum paucō minus ab Angelis, usque sub pedibus ejus. Illum itaque hominem, cū tantus honor delatus sit, & qui dominationem super omnia accipit, Beatus Apostolus Jesum esse confirmat, quoniam ex his, quae dicta sunt, alia constant Deo, alia suscepto homini convenire. Quid enim unus atque idem juxta unam naturam & memor est & dignus memoria ducitur, visitat ac visitatur, gloriā & honore coronat, atque coronatur,

dominationem super omnia conservat & suscipit? quomodo etiam possit intelligi de Deo Verbo, quod dictum est: Minuisti eum paulo minus ab Angelis? Per omnia itaque dicta sic comprobatur hoc, quod dictum est: Ego autem constitutus sum Rex ab eo, ad adsumptum hominem pertinere, qui ut omnium esset Dominus, Deo Verbo conferente, hoc suscepit. Si quis verò dicat a Patre collatum esse homini, non a Verbo, non est ulla diversitas, utrum a Deo Verbo, an a Patre Homo adsumptus, sit tanto honore donatus. Hoc solum mihi curae fuit ostendere, nihil consequenter dicere eos, qui ex dispensatione carnis adsumptae occasionem accipientes, simplices, imperitosque decipiunt, atque audent.... cui datum sit imperium, & per hoc minorum unigenitum Filium a parte Diversatis accipere. Super Sion montem sanctum ejus praedicans praeceptum Domini. Ita legendum atque intelligendum est: Ego autem constitutus sum Rex ab eo, ut sit plena distinctio, & sequatur super Sion montem sanctum ejus, praedicans praeceptum Domini. Siquidem in Iudea majore conversatus tempore, & studio dicendi instituit, & insignorum, curationumque opere atque admiratione virtutis innotuit. Unde dicit in Evangelio: Vae tibi Chorizaim! Vae tibi Bethsaida! quoniam si in Tyro & in Sidone factae fuissent virtutes, olim in cilicio & cinere poenitentiam egissent. Consequenter ergo superioribus junguntur ista, quae sequuntur, id est illi quidem operibus suis digni invisione sunt habiti. Ego autem a Deo super omnia jus dominionis accepi, commoratusque in Iudea auditores salutaribus doctrinis institui. Ex hoc autem supplicio majore sunt digni, quia eum in medio eorum versaver, ad salutem tamen duci, neque perfectione magisterii mei, neque signorum multitudine atque novitate voluerunt.

A Dominus dixit ad me: Filius meus es tu. Ego hodie genui te. Ad eum sine dubio Filium dictum hoc referendum est, cui potest praesentis temporis generatio convenire, & cujus nativitatis diem totus profecto Orbis agnoscit. Illam aetatem generationem, quae ante omnia tempora ex Patre est Dei Verbi, non posuit fini, id est temporis, subjacere, quod praesentis diei appellatione signatur. Nam & illud, quod dictum est: Hodie, si vocem ejus audieritis, & reliqua, ita intelligendum est, ut non ad infinitum tempus, sicut quidam putant, sed ad finitum, praesensque reservatur. Infinitum namque tempus in numero dierum est; hoc enim ipsum die indicat de praesenti tempore se dicere: nam & nos tali appellatione, id est Hodie, praesens tempus consuevimus indicare, & quoniam non infinitum tempus tali signetur indicio, ostendit Beatus Apostolus, dicens: Iterum determinat diem quemdam, ita David dicendo: Hodie si vocem ejus audieritis. Hodie itaque ad finiti temporis spectat indicium, quia infinitum non potest tali appellatione signari. Unde & in praesenti lectione hodie, quia dictum est, ad illam aetatem referendum est, quae erat in manibus, cui competitat Domini generatio corporalis. Postula a me. & dabo tibi gentes hereditatem, & possessionem tuam terminos terrae. Adversum Haereticos quidem, ut haec non de Deo Verbo, sed de Homine accipiantur, sufficienter in superioribus actum videtur. Eadem sine dubio consequientia etiam haec, quæ superiora, dicta sunt a Prophetâ. Nunc jam contra eos sermo nobis moveatur. Interrogemus iterum illos, quas gentes in hereditatem, & quos in possessionem terminos terrae David Beatus acceperit? quando ita regnaverit, ut ei totus subjeceretur Orbis? quando imperio ejus ultimi terrarum fines accesserint? Si respon-

sponderint: quando accepit hereditatem gentium, & varia sibi armis regna subjecit, idest vicinarum, proximarumque nationum; terminos autem terrae dici fines Judeae regionis multis locis Scripturæ divinæ testimonio probari: interrogemus eos, hoc, quod ait Apostolus: Et dabo tibi gentes, usque terrae, ac subjungitur: Reges eos in virga ferrea, usque franges eos, in communi putent, idest ad utrumque referendum, ut sit & de Gentibus, & de terminis Judeæ terrae dictum, aut de solis Judeæ terminis? dicens enim; & possessionem tuam terminos terrae, statim junxit: reges eos in virga ferrea, usque eos. Sub hac ergo conditione, o Judæi, Beatus David in vos jus accepit imperii, ut vos comminueret atque contereret, non ut providentiâ suâ regeret atque defendeveret? Quid quod non legitur vobis ita praefuisse? Nam alio in loco ita de ipso dicitur: Elegit David servum suum, ac motus imperii ejus dictis talibus explicatur: Et pavit eos in innocentia cordis sui; alligatur mansuetudo cordis ejus, ut non videatur dure vobis & crudeliter imperasse. Quomodo igitur audebitis dicere ab hoc illum a Deo percepisse imperium in vos, & ita vos Deo fuisse vehementer exos, ut constitueret vobis Regem, qui vos non aleret & soveret, sed ad similitudinem vasis filialis suo rigore conteneret? Sed neque eritis tam amentes, ut vos saltē pudor ab hac professione non retrahat. Non ergo conveniunt Beato David ista, quae dicta sunt. Domino verò apertissime junguntur, cuius Regnum porrigitur ad ultimas terræ extremasque regiones, atque ad totius Mundi partes extenditur, qui tam Gentium quam Judeorum statum percussum virgâ dejicit atque contrivit: non ut eos perderet, sed ut in melius reformaret, cogeretque deposito veteri homine in novum per Ba-

A ptismi sacramenta migrare. Hoc namque indicare volens Beatus David; profecto, ait, sicut vas figuli confringes eos; ostendens per similitudinem, quoniam contritionem eorum non esset peccatio, sed innovatio secutura. Haec est enim figuræ omnis intentio, ut vasa si non sint facientis manum ac voluntatem secuta, dum adhuc viridia sunt, & nondum fornace durata, comminuat, ac formanda rursus rotæ imponat. Huic namque sensu etiam Beatus Hieremias perhibet testimonium loquens ex persona Dei: Aut si-
B cut figuræ iste non potero vos face-
re Dominos Israhel, dicit Dominus:
hoc est, lapsos e manibus meis reparare
rursus nequos, & in meliorem statum
formamque convertere? Et nunc Reges
intelligite: erudimini, qui judicatis
terram. Hinc jam utilitas exhortationis
inducitur, & provocantur omnes, ut ad
credendum Domino properantes accedant.
Necessarie autem ad Reges sermo diri-
gitur, qui Christo difficilius crediderint,
& non parva impedimenta etiam aliis
credere volentibus adulterint, dum ad
accessum Fidei terrorem persecutionis op-
porunt, unde consequenter ipsos exhortationis hujus sermo compellat. Servite
Domino in timore, usque tremore.
Non coactum, ad quem provocat, sed
devotum vult esse famulatum, & ob hac
quod dixerat: Servite Domino in ti-
more; ne quis existimare degenerem illam,
quaes extremæ conditionis est, im-
perare formidinem, intulit: Exultate ei-
cum tremore. Per primum versiculum
dum sollicitum servitium imperat, voluit
honorem ejus, cui serviendum esset, os-
tendere, quia quanto sublimior est, cui
parandus est, tanto sollicitius ad officia
ejus acceditur. Per sequentem verò lac-
titiam, non tristis animi subjectionem
verbo exultationis expressit, & quae non
moeroris causa futura esset servientibus,
sed salutis. Nam dura talis Domini obe-
dientia

dinus imperiis, & vitae nostrae consuimus, & bono conscientiae purgatoris implemur. Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus. Volens nos tenacius divinis magisteriis inbaere, convenienti voce, ut disciplinam comprehendenderemus admonuit. Et pereatis de via justa, usque ejus. Sciens Propheta virtutes pro praemissis, virtus numerare pro poenis, id pro maximo supplicio comminatur, ad quod illos neglecto Domini magisterio studia sua erant, voluntasque raptura: scilicet quod si nolint doctrinis caelestibus erudiri, per iram ulciscientis Domini, a viis iustitiae efficerentur alieni. His iterum dilectis timorem incutiens auditori debuit priusquam invitaveretur subiecere, & ideo necessarie addidit: Beati omnes, qui confidunt in eo.

Explicit.

In Psalmo Nono ad ea verba

Ut quid Domine recedis longe,
usque ad hunc locum, de vicinis gentibus sermo fuit, quae adsiduo filios Israhel incursu, belloque quatiebant. Hinc vero contra ipsius Populi potentes, qui tenuiores quoque vexabant, omnis querela consurgit. Nam tam apud Hebraeos, quam apud Syros alter Psalmus hinc incipit. Quod autem dicit &c.

Incipit Decimus Psalmus.

Cum Beatum David persecutio Saulis urgeret, hi quos fugae ejus, aut calamitas, aut necessitudo coniunxit, suadebant, quae vel timor, vel periculum suggerebat, ut de hoc monte ad alium transeundo, atque ab illo rursus ad alium migrando, periculum comprehensionis & mortis effugeret. Tunc igitur bunc Psalmum eccepsit.

A In Domino confido. Quomodo dicitis animae, usque arcum. Quare, inquit, suadetis debere me effugientem, montes vice passeris commutare, quia peccatores, id est Saul ad capiendum me intentus est? Sed ego in Domino confido, & ab hoc declinandas ejus infidias cum magnâ curâ sollicitor. Peccatores vero vocat Saul & eos, qui cum eo erant, ex opere eis nomen imponens, ideo quod sine causa odientes David, ejus persecutione peccarent. Hoc ergo est quod dicit: transmigra in montem huc passus, quoniam ecce peccatores intenderunt arcum. A comitibus David dicitur, ut loca fugiens, diversa commutet. Paraverunt sagittas suas, usque corde. Sermo ex persona ipsius David. De Saulis opere, & de combatibus conquerentis inducitur. Ita, inquit, paratus est nos interficere, quasi tenebris densitate sui cuncta involventibus, stem operis non sit habiturus. In obscuro aurem dixit, quod est in Graeco σκοτόμενη, id est cum noctis tenebras facit etiam Lunae absentia densores. Mane enim Lunam Graeci vocant, unde etiam menes, quod est Menses, rectissime nuncupaverunt. Men namque proprie apud eos certus dierum numerus dicitur ac finitus, ut puta, quia prima die crescentis Lunae usque ad ultimum deficientis impletur. Post quam iterum ipsius Lunae incipiunt incrementa reparari, qui numerus est semper aequalis, neque augmenta aliqua respiciens, neque ultra sentiens detrimenta. Nam Lunae cursus sub uno semper, eodemque dierum numero terminantur, quae quidem ut post impletionem sui vacuatur, ita iterum vacuata completur. Unde sive XXX. Lunae dies, qui..... sive medium diem, id est VI. horas diei subducant, bi qui sibi videntur diligentius supputare, ut sint XXIX. & medium diei, secundum unam tamen summam circulus Lunaris

impletur. Nam bi, qui vulgo dicuntur Menses, per quos anni orbis reluit in XII. partes caeditur, nomen hoc non proprio recuperet; neque enim ideo Menses vocantur, quia eorum spatia astrorum certis cursibus includantur, nam hoc exsequuntur omnes dierum numero. Nam aliis Mensibus post XXX. dies unus additur. Alii vero duo non ad XXX..... perveniat, subducuntur, & hoc non semper. Nam post Annos IV. unum recipit, ut uno tamen a XXX. minuantur unum, cum sit illis diversus numerus, impropte Menses vocantur. Lunae autem sub iisdem semper spatiis crescentis ac senescentis merito hoc convenit, cuius vocabuli ignorantes vim atque rationem, statutum dierum numerum Mensem vocant, quem proprio efficit Lunae impleto dierum orbe ad initia reversus. Nam sicuti Annum itinera Solis explicant, certo temporis fine in orbitas suas recurrentia, quibus velut a januis Veris egressu, decursis spatiis, ut annum impletat, ad Veris iterum initia revocatur, ita & Luna per tramites suos ascendens descendensque implet menstruum tempus, unde & proprio Mensis vocatur praefinitus dierum numerus ab ea, quae hoc efficit Mense, idest Luna. Quia ergo ait in obscurio. idest in scotomene ita posuit, ac si diceret: in tenebrarum & caliginis densitate ita nos alienos a culpa interficere nituntur, quasi noctem patientur inlunem, quae nullius ad vindendum, quae faciunt, oculos testes admittat &c.

In Psalmo duodecimo ad ea verba

Sanctis, qui in terra sunt, mirificasti, usque in eis. Secundum intellectum, qui de Graeca lectione vel in promptu positus videtur occurrere, facile potest aliquis suspicari, de Isabelitis dicitur esse sanctis, qui in terra sunt. Ita

A namque quidam hunc sensum, tamquam ad manum positum sequentes, mulsum deviaverunt a veritate & virtute dictorum. Apud Syros artem sive Hebraeos non ita habetur, apud quos hoc modo positum est: Superbis, ac magnis potentibus, ac robustis, idest gentibus, quae in circuitu nostro sunt, & nobis molestae esse non desinunt, admirabilis ostensus est, ut omnes voluntates meae fierent in eis, dum te persequeente perirent, atque exitio deputantur & gladio. Haec namque erat Populi Isabel voluntas, ut impugnatores ejus ultio divina disperderet. Juxta hunc sensum grandis consequentiā omnia sibi dicta junguntur &c. Si ergo hoc quod dictum est, Sanctis, qui sunt in terra, mirificasti quidem omnes voluntates meas in eis, secundum Syros & Hebraeos intelligatur, idest quod fortes nationes, quae in circuitu fuerant, vindicta sit divinitus persecuta, & hic sensus qui occurrit de Syro Hebraeoque tenetur, jungentur sibi aptissime omnia, quae sequuntur. Multiplicatae sunt, inquit, iniquitates eorum, utique gentium vicinarum, quae Populo Isabel vincente corruerant. Si vero quis ea aliter voluerit accipere secundum eum sensum, qui facile occurrit a Graeco, quoniam sanctis, qui sunt in terra, idest Iudeis, admirabilis ostensus sit, secundum quam consequentiam jungentur, quod intulit, multiplicatae sunt infirmitates eorum: dicendo enim eorum, aperite ostendit de iis se dicere, de quibus sermo praecesserat; qui si Isabelitae intelligentia intellegantur, quis audebit de Populo Iudeorum accipere, multiplicatae sunt infirmitates eorum? Unde ille magis sensus, qui de Syro seu Hebraeo nascitur, sequendus est. Unde & reliquorum dictorum consequentia reperitur. Difficultas vero seu ambiguitas intelligentiae istius de interpretationis necessitate prove-

nit; multa namque apud Hebraeos intenunur, quae ex rebus sibi insitis accipiunt nomen, quod quidem inter proprietatum collectiones in praefatione signavimus: ut est hoc de quo versatur sermo. Omne sanctum singulare etiam praecepsimum vocaverunt, eo quod in communionem vel in executionem reliquorum per meriti eminentiam non veniret. Hinc etiam vasa Templi sancta dixerunt, a promiscuo usu in Dei mysterium separata. Nam & homines vocamus sanctos utique, quos virtus meritum a vulgari conversatione distinxit. Praecipsum ergo generaliter dicimus quidem id, quod aliqua sui praestantia distat. Praecipios hinc formam aliquos dicimus vel decore, eo quod sint elegantiae singularis. Praecipios etiam vocamus, quos multa peritia facit prae ejusdem artis consortibus eminete, sicut & robore praecepsimum aliquem appellare consuevimus, quem inser reliquos corporis virtus adrollit. Sed non ejusmodi etiam sanctos vocamus. Hebraeus vero ab eo, quod sancto etiam praecepsimum inest, praecepsimum sanctum appellare consuevit. Unde in hoc loco Sanctos pro fortibus posuit &c.

In Psalmo Vigesimo Octavo ad ea verba

Commovebit Dominus desertum Cades, Hebraeus vel Syrus Cadis legit, non Cades, quod interpretatur Sanguinem &c.

In Psalmo Trigesimo Secundo ad ea verba

Verbo Domini Caeli firmati sunt. Idioma Hebraeorum est, plurali numero pro singulari uti. Ideo he: eorum non ejus posuit. Virtus autem Caelorum, vel ipsa firmitas elementi, vel ornatus astrorum, nam & Symmackus ita posuit, omnis ornatus eorum &c.

A

In Psalmo Quadragesimo Quarto ad haec verba

Vultum tuum deprecabuntur omnes divites plebis. Te quoque ob honorem illius nobiles quique suscipient. Quod quidem rebus impletum, cum Apostolos ejus & Martyres ac Fideles quosque, in quibus est Ecclesia, in gratiam Christi a Regibus conspicimus honorari &c. Adferentur Regi virginis post eam. Ipsi videlicet Virginitatem suam sacrantes, cuius apud veteres adeo impossibilis custodia videbatur, ut Sancti quique singulis mulieribus non possent esse contenti.

B

In Psalmo, Salvum me fac &c. ad ea verba

Deleantur de libro viventium. Miserat priscae consuetudinis apud Judaeos, ut scriberent nomina virorum clarorum non solum viventium sed & mortuorum, quod & nunc apud nos servatur in Ecclesiis.

D

In Psalmo.

Benedixisti, Domine, terram tuam. In Ebraeo: Placatus es, Domine, terrae tuae. In Graeco autem: εὐδοκίησας, Κύριε τὴν γῆν σε, idest, Bene placuit tibi, Domine, terra tua, ut sit seius: Bene sedet animo ibi, Domine, ut de terrâ tuâ prospera decerneret.

E

In Psalmo, Fundamenta ejus &c. ad ea verba

Memor ero Rab. Apud antiquas editiones: memor ero Rabba legitur, ut significet finitimas nationes proprio boc nomine Rab, idest Arabas. Lingua quip-

593 DISSERTATIO QUADRAGESIMATERTIA.
quippe Ebraica Rabba Arabicam so-
nat &c.

In Psalmo, Dixit Dominus Dominus
meo.

In Hebreis voluminibus nomen, quod dicitur Tetragrammaton, per quod Divinitatis vocabulum tantum scribitur, in utroque loco similiter positum est, & Dominus scilicet, & Domino. Unde manifestum est, quod de homine quolibet non possit intelligi, sed de eo, qui sit Deus verus, & omnium Dominus, qui Christus est. Cessant ergo falsae opiniones Judaeorum, qui aut Abraham &c.

Atque haec tenus excerpta ex Commentariis iis MStis, quorum Auctor ferme nihil aliud exhibet, quam paraphrasim Psalmorum, & plerosque ex iis ad captivitatem Babyloniam, aut ad Assyriorum in Judaeam incursiones, aut ad Davidicam Historiam trahit. Quodnam futurum sit de his aliisque Commentariis in Psalterium, Sancto Hieronymo tributis, judicium doctissimi viri Dominici Vallarsi Veronensis Presbyteri, novam ejusdem Operum editionem nunc adornantis, expectamus adhuc. Interea neque illud praetereundum, in antiquissimo isto Codice Ambrosiano difficiliora verba per glossam interlinearem interdum explicari; hoc est, per Linguam Septentrionalem, quae num Scotica sit, Eruditii Britanni decernent. Exemplum dabo: *Verecundiae*, supra scribitur *fèle*: *Huc illicque, innunn bille*: *Homo a Deo suscepitus, annanno & Deudit donuctus*: *Tanto bonore, asfonuitmit dodia*: *Piaculi, inhuil*: *Anxium, dubac*: *Manifesta, isfoll*: *Ad vendicandum, bediachri*: *Convenienti testimonio, bond foncul impamciatu*: *Supplicandum, dunduit*:

Tom. VIII.

A Triumphale, budath &c. Accipe etiam continuatum sermonem: *David niderb linni in sendias canone dunaiib menananis intrailsoadit masued sonaith mentur and Dialvid for longars cō. jadomdu tco am mondū re Saül breihe hosvidiu mondū sejub doabi meleach hiterfordinaic manbitz David &c. Sed jam progrediendum.*

B Post Annum Christi Millesimum assurgere in Italia cooperunt Literae, meliorique fidere frui, & praeferunt post Annum ML. Incrementi hujus caussam cui potissimum adscribam, non habeo. Aliquam divinare liceat. Quo tempore, quo in loco confici primum coepta fuerit Charta nostra vulgaris, ex pannis lineis seu cannabinis attritis incertum est. Hadrianus Valesius in notis ad Panegyricum Berengarii, Tomo II. Rer. Italicarum, pag. 397. locum ad fert Petri Mauricii Abbatis Cluniacensis, qui circiter Annum Christi MCXL. in Traëstat. contra Judaeos memoravit Chartam ex rasuris veterum pannorum. Ad haec subdit Valesius: *Qui Chartae nostrae vulgaris ante Mauricium meminerit, neminem observavi.* Verum Clariss. P. D. Bernardus de Montfaucon Benedictinus e Congregatione Sancti Mauri, cui tot egregia & Sanctorum Patrum, & Antiquitatis illustratae Volumina debemus, Lib. primo, Cap. 2. Palaeographiae Graecae, contendit, *Bombycinam Chartam* (sic enim primum appellata est vulgaris nostra) usurpatam reperiri etiam Seculo Epochae nostrae Undecimo, immo & Decimo: quod ipse conjicit ex vetustate nonnullorum Codicum. Mihi nunquam contigit intueri Codices ex eadem Charta scriptos ante Annum MC. & quamquam difficile putem, ex una characterum forma statui certo posse ac-

P p

tatem

tatem cujusque Codicis, dum notae Chronologicae, aliave indicia defint, nihilo tamen secius tanta est apud me doctissimi Montfauconii auctoritas, ut ei ita judicanti accommodare fidem in hoc etiam velim. Immo rescire cuperem, quid revera significarit Lopus Servatus Abbas Ferriensis in Gallia circiter Annum DCCXL. in Epistol. 16. memorans Commentarios Boësii in Topica Ciceronis, quos in Chartaceo Cqdice, sive ut emendatus aliis dicendum videtur, in Chartinacio Amalricus in armario Sancti Martini habet. Num his verbis designat ille Librum in Papyro sive Philyra Aegyptiaca scriptum, an in Membranis, an in alia materia? Ceterum quanquam sine haesitatione statuamus, vel Seculo Decimo prodire coepisse Chartam vulgarem nostram, attamen tutius agemus, si ejus usum frequentiorem in Seculum Undecimum rejiciemus: ex quo aestimare promptum est nobis, quanta ad excollendas Literas, Librosque parandos facilitas accesserit; quae eo major subinde evasit, quo plures ad Chartam conficiendam officinae per universam Europam constitutae fuerunt. Fortassis etiam ad restaurandum apud nos honorem Literarum, non parum profuit exemplum & cura Gerberti, qui Aurelianii in Gallia natus, vitamque Monasticam amplexus, primo Bobii Abbas in Italia, tum Remensis Archiepiscopus, rursus Bobiensis Abbas, deinde Archiepiscopus Ravennas, ac demum Anno Christi DCCCCXCIX. Romanus Pontifex, sub nomine Silvestri Secundi, ingenitem nominis famam inter accusatores & laudatores non paucos sibi comparavit. Vividum ac mirabile fuit illius ingenium, eloquentia ac eruditio supra sui temporis conditio-

A nem. Uti ex ejus Epistolis a Du-Chesnio, atque in Bibliotheca Patrum editis patet, quum in Italia & Germania moraretur, nihil antiquius habuit, quam Codices omnium disciplinarum cogere tum ad sua studia, tum ad Monachorum usum. In Epistola 44. ad Ecbertum Abbatem Turonensem scribit: *Bibliothecam as-
sidue comparo; & sicut Romae dudum,
ac in aliis partibus Italiae, in Germa-
nia quoque, & Belgica, Scriptores,
Auctorumque exemplaria multitudine num-
morum redemi.* Ita in Epistola 130. ad Raynaudum Monachum: *Nostri quan-
to studio Librorum exemplaria undique
conquiram.* Nostri, quot Scriptores in Ur-
bibus aut agris Italiae passim babeantur.
Age ergo fac ut mibi scribantur
Manilius de Astrologia, Victorinus de
Rhetorica &c. Id ipsum praeterea cu-
riffe, ut ex Gallia in Italiam Scholasti-
ci mitterentur, nos docet illius
Epistola 13. ad Ecbertum Archiepi-
scopum Treverensem scripta, ubi
haec verba: *Si deliberatis, an Schola-
sticos in Italiam ad nos usque dirigatis,
consilium nostrum in aperto est: quod
laudobitis laudabimus, quod feretis fe-
remus.* Quanquam Scholasticos videa-
mus appellatos, qui nunc S. bulares,
Italice Scolari, apppellantur, in prae-
laudato Capitulari Lotharii I. ac in
aliis ejus & sequentis Seculi monu-
mentis: attamen insurgere dubitatio
possit, an heic potius eâ voce Schol-
arum Magistri, quos Lettori voca-
mus, significantur, quos in Italianum
eorum indigentem adsciceret Gerber-
tus. Certe ipsem Gerbertus appella-
latur Scholasticus in ejus Epistola edi-
ta a Mabillonio inter vetera Anale-
cta. In aliis quoque Epistolis ille
se fere inscribit quondam Scholasticum, &
in Conciliabulo Remensi is habuit
Defensores Johannem Scholasticum Au-
tissio-

Sifiodorensem, & Ranulphum Abbatem Senonensem. Sigeberto etiam in Chronico memoratur ad Annum **MXLVII.** *Franco Scholasticus Leodicensum.* Praeterea in Codice Chartaceo, sed satis antiquo, Ambrosianae Bibliothecae sese mihi obtulerunt quidam Versus Honorii Scholastici ad Jordanem Episcopum, quos edere constitueram; sed consilium meum animadverti jam praeoccupatum fuisse a Clariss. Mabillonio, qui eodem evulgaverat inter Analecta sua. Atque heic obiter dicere liceat, arbitratum fuisse doctissimum virum, Honorium hunc floruisse Seculo Christi Sexto. Tunc enim is opinatur vixisse itidem Jordanem Episcopum. Ravennatem, & ad ipsum Versus illos fuisse conscriptos. Mihi contra videtur nullus unquam existisse Jordanes Ravennatis Urbis Episcopus, uti in Praefatione ad Historiam Gothorum Jordanis, Tomo I. Rer. Italicarum adnotavi. Scholastici autem titulus aequius sedet Decimo atque Undecimo Christianae Aerae Saeculo quam Sexto. Tunc certe apud Latinam gentem Scholasticos saepius commemorari videas.

Sed ut ad Scholastici vocem redeam, Gerbertus ipse dubitationis semina auget, quum in Opuscul. de Rationali, edito a P. Pezio, Tomo primo, pag. 149. Thesauri Anecdotorum, scribit ad Ottonem III. Augustum: *Meministis, adfuisse tam multos nobiles Scholasticos, & eruditos, inter quos nonnulli aderant Episcopi, sapientia praeclari, & eloquentia insignes.* Heic jam proiecti Philosophi ac Magistri significari videntur. Contra vero idem scripsit in Epistola 92. ad Bernardum Monachum, se interdum nobilissimis Scholasticis disciplinarum liberalium suavem fructum ad vescendum

A offerre: hoc est, si bene ejus mentem colligo, a se nobilissimos pueros liberalibus imbui disciplinis. Et ei quidem ante contigerat literis erudire Ottonem III. postea Augustum, ac Robertum deinde Regem Franciae. Sed five *Magistros*, five *Scholares* statuamus a Gerberto, sub *Scholasticorum* vocabulo, expeditos, ad se in Italiam mittendos, utrinque propositione a me sententiae pondus accedit, nempe homini huic, insigni Philosophero, tribuendam aliqua ex parte videri disciplinarum meliorum restorationem in Italia. Quod si haec tantum Abbas praestitit, quid praestitisse existimandus est, ubi ad Ravennatem Cathedram pervenit? quid autem effecisse putandus, ubi demum Apostolicum thronum concendit? Utique veri mihi videtur simile, ipsum tum exemplo, tum voce, tum legibus curasse, ut Literarum studia antiquum vigorem reciperent, ac Romae potissimum, ubi earum cultura Saeculo Christi Decimo friguisse videretur. Arnoldus Aurelianensis Episcopus, sive sub ejus nomine Gerbertus ipse in Conciliabulo Remensi, teste Annalium Ecclesiasticorum parente Baronio ad Annum DCCCC-XCII. in haec verba erupit: *Quum hoc tempore Romae, nullus poene sit (ut fama est) qui Literas didicerit, sine quibus (ut scriptum est) viz Ostiarivus efficitur: qua fronte aliquis docebit, quae minime didicit?* Haec certe fateor, uti & alia minime ferenda, irato, immo furenti homini tunc excidisse, ipsumque Gerbertum, famâ tantummodo innixum, facile a veritate abire potuisse. Nam contra eodem ipso Saeculo Ratherius Veronensis Episcopus in Itinerario suo scripsérat: *Quā ignorantia, quo melius e-xi, quo aptius possum, quam Romae*

P p 2 doce-

doceri? Quid enim de Ecclesiasticis dogmatibus alicubi scitur, quod Romae ignoretur? Illic summi illi totius Orbis Doctores &c. Haec Ratherius, quo tempore ipse indigebat patrocinio Apostolicae Sedis. Ad Gerbertum tamen quod attinet, vix haec ille sine aliqua specie veri protulisset; praetereaque censendum est, ipsius, postea in Apostolicam Sedem translati, studio & curâ factum fuisse, ut latius quam antea meliores disciplinae Romae & alibi rursus efflorerent. Ex ejus etiam Schola prodit Fulbertus, Anno MVII. creatus Carnotensis Episcopus, omnium suo tempore in Gallia doctissimus. Sunt quae persuadent, Fulbertum ipsum fuisse natione Italum. Certe ipsius curâ Literae in Gallia non modicum splendorem receperere, Adelmanno ejus discipulo hanc ei laudem tribuente. Successere deinde post dimidium Saeculi Undecimi in Romana Cathedra doctissimi aequae ac piissimi Pontifices, qui non Urbem tantum, sed & universam Italiam meliora sapere ac agere docuerunt; eorumque praesertim ope & consiliis accidisse puto, ut non parum dignitatis tunc Literis in Italia restitueretur: quae felicitas majora in dies incrementa suscipiens, ad nostra usque tempora constantissime perseverat. Inter ceteros Sanctus Gregorius VII. Papa, Concilium Romae habens Anno MLXXVIII. statuit ut omnes Episcopi artes Literarum in suis Ecclesiis doceri facerent.

Itaque Saeculo Christi Undecimo in aliquot Italiae locis restauratae sunt Scholae: inter quas digna in primis est, quae memoretur, Mediolanensis. Landulphus Senior, in Historia Mediolanensi editâ Tomo IV. Rer. Italicarum describens, qualis esset antea Ambrosianae Ecclesiae facies,

A haec tradit Lib. 2. Cap. 35. In atrio interiori, quod erat a latere portae respondentis ad Aquilonem, Philosophorum Scholae diversarum Artium peritiam habentium, ubi urbani & extranei Clerici Philosophiae doctrinis studiose imbuebantur, erant duae, in quibus ut Clerici, qui exercitiis tradebantur, curiose docebantur, longa temporum ordinatione Archiepiscoporum antecedentium stipendiis a Camerariis illius Archiepiscopi, qui tunc in tempore erant, annuatim eorum Magistris honorifice donatis, ipse Praesul multicries adveniens Saeculi solicitudines, a quibus gravabatur, a se depellebat, ac Magistros ac Scholares in studiis adhortans, in palatiis sese demum recipiebat Ambrosianis. Haec Landulphus circiter Annum Christi MLXXXV. literis mandabat. Quo etiam teste novimus, ante aliquot annos disputationem initam fuisse inter Sanctum Arialdum & Presbyteros in ea Urbe conjugatos, inter quos recensetur Lib. 3. Cap. 21. & 23. Andreas Sacerdos in divinis & humanis, Graecis & Latinis sermonibus virilis, & Ambrosius Biffius in Latinis literis & Graecis eruditus, atque ideo Biffavius dicitur. Jam ergo Literae apud Insubres felici aemulatione excolebantur usque a deo, ut ad exteris etiam Provincias transierit, ac per eas postea propagatus fuerit illorum amor & cultus. Italia profecto temporibus iis dedit Galliae, hoc est, Beccensi Monasterio in Nortmanniae Ducatu, ac deinde Anglorum Regno, eximios duos Viros, & sanctitatis non minus quam Literarum gloriâ celebres, Lanfrancus nempe Ticini natum, qui in Nortmanniam profectus, Cadomensis Abbas Anno MLXIII. constitutus, ac deinde Anno MLXX. Cantuariensis in magna Britannia Archiepiscopus electus est: atque Anselmum, qui An-

B

C

D

E

ne

601 D^ISSE^TAT^O QUADRAGESIMATERTIA: 602

no MLXXVIII. Beccensis Abbas renuntiatus, ac demum & ipse Anno MXCIII. Cantuariensis Antistes fuit consecratus. Ut ut Burgundionem Anselmum nonnulli appellant, ambiguum minime est, quin is Italiam parentem habuerit, quippe Augustae Praetoriae natus (*Aosta* nunc appellamus) quae Civitas quamquam Burgundiae Regibus a Langobardis olim pacto data fuerit, ut ostendit Hadrianus Valesius in Notitia Galliarum, nunquam tamen esse desit Italiae & Galliae Cisalpinae Civitas. Evulgavit celeberrimus Vir Stephanus Baluzius Miscellaneor. Lib. 4. pag. 560. Epicedion in obitu ejusdem Sancti Anselmi, a synchroño Poëta elucubratum, ubi haec legas:

*Felix Italia p̄ae cunctis partibus
Orbis,
Quae meruit talem progenuisse Vi-
rum.*

Quod est ad Beatum Lanfrancum, auctor est Milo Crispinus Cantor Beccensis, ejus aequalis, in Vita ab Henschenio editâ inter Acta Sanctor. Bolland. ad diem 28. Maij, ipsum in primaeva aetate patre orbatum, relictâ Civitate (hoc est, Papiâ) amore descendit, ad studia Literarum perrexisse. Ubi plurimo tempore demeratus, omni Scientiâ saeculari perfette imbutus rediit. Deinde patriâ egressus, & Alpes transgressus, in Gallias venit &c. Quas Scholas in Italia petierit Lanfrancus, in Dissertatione proxime sequenti investigabimus. Nunc animadverte, quanto progressu Literae apud nos caput jam extulissent, quum Gallia ipsi Lanfranco ad se profecto acceptum referat Scientiarum splendorem in suis quoque regionibus restitutum. Guilielmus Malmesburiensis Libro primo de Gest. Anglor. de Lanfran-

Tim. VIII.

A co in haec verba scribit: *Is gente Longobardus, non adeo abjectâ & obscurâ progenie oriundus erat, sed Literarum per insignis, Liberales Artes, quae jamdudum sorduerant, e Latio in Gallias vocans, acumine suo expolivit. Guitmundus Aversanus in Italia Episcopus, Auctor synchronous, in Libr. de Veritate Corpor. & Sanguin. Christi, idem confirmat, scribens: Per Domnum Lanfrancum, virum aequum doctissimum, Liberales Artes Deus recalcere atque optime reviviscere fecit. Neque diversa habet Guilielmus Gemmetiensis, Scriptor itidem coaevus Lib. 6. Histor. Normann. haec de Lanfranco scribens: Quem Latinitas in antiquum ab eo restituta Scientiae statum tota supremum debito cum amore & bonore agnoscit. Quanta quoque scriperit, & quanta egerit pro reparando Literarum & Ecclesiasticae disciplinae honore Sanctus Anselmus ejus discipulus, nihil attinet commemorare, utpote in re notissima. Meminisse sat sit, eum praecipue aperuisse aditum post Santos Patres ad Theologiam, quae deinde in Scholis viguit, ipsumque non immerito inter Ecclesiae Doctores nostra aetate fuisse numeratum.*

E Pari bonarum Artium plausu eodem Saeculo Undecimo florere Italia vidit, & nobiles ingenii ac scientiae foetus edere, Petrum Damiani, Albericum Monachum Casinensem Cardinalem, Alphanum Archiepiscopum Salernitanum, Bonizone Episcopum Sutinum, Anselmum Episcopum Lucensem, Gregorium VII. Papam, Victorem III. itidem Papam, Brunonem Episcopum Sigensem, Leonem Marsicanum Episcopum Ostiensem, Gregorium Monachum Farsensem, ut eos omittam, quorum mentionem habes in Lib. Petri Diaconi de Viris Illustrib. Casinens. & in Collectione Rerum Italicarum,

P p 3

At-

Atque heic commemoratione dignus est Iohannes ille Italus, qui circiter Annū M^{CM}XX. Constantinopolim profectus, Annā Comnenā teste Histor. Libro Quinto, in eminentissimum sapientiae, atque eruditio[n]is omnis apicem elevatus est; quippe qui ad Graecorum literas, atque Artes omnes, quas perfecte norat, etiam Chaldaeorum disciplinas adjunxerat, famamque meruerat doctissimi omnium, qui tunc essent. Sed ille, quem pravis dogmatibus sibi mentem infici passus esset, Graecorum anathemata in se concitavit: De eo Guilielmus Cave, & Pagius legendi. Neque praeteribo, Musicam quoque codem decurrente Saeculo Undecimo incrementum apud Italos accepisse curā Guidonis Arvetini, Monachi Pomposiani, qui, uti in Notis ad Donizonis Carmen de Vita Comitissae Mathildis monui, Tomo V. Rer. Italicarum, pag. 351. floruit circa Annū M^{CM}XII. Ita ibi Donizo Libro primo, Cap. quinto:

Micrologum Librum sibi dicitat Guido peritus.

Musicus, & Monachus, necnon Eremita beatus.

In eisdem Notis prodidi, Micrologum ipsum in Codice Ambrosianae Bibliothecae adhuc reperiri M^{CM}Stum. Post quem sequitur aliud Opusculum, atque haec sunt priora illius verba: *Musicorum, & Cantorum magna est diſtantia. Iſi dicunt, illi ſciunt, quas componit Musica &c.* In calce haec habentur: *Finit Regula Hencbiriadis, & Boëtii, & Domni Guidonis Monachi.* Succedit in eodem Codice Liber Hencbiriadis in Musica, cuius principium accipe: *Sicut vocis articulatae, elementariae &c.* Dividitur Libellus in duas partes. Pars prima in duos Libros. Hic idem ille Scriptor est,

A cujus meminit Sigebertus, de Scriptorib. Ecclesiast. Cap. 109. hisce verbis: *Encbiriades sub persona discipuli interrogantis, & magistri respondentis, scriptis Dialogum de ratione Musicae, & in tribus Libris multiformes Musicae regulas exposuit.* Nihil de aetate, ac patria illius habet Sigebertus. Illum tamen statuere videtur inter Saeculi Decimi Scriptores. Pone sequitur in Ambrosiano Codice Ep[istola] Marcheti de Padua magnifico Militi & potenti Domino suo Domino Raynero Domini Zachariae de Urbeveteri, illustris Principis Domini Johannis, clavac, & excelsae memoriae Domini Karli Regis Hierusalem & Siciliae gloriöſi filii, Comitis Gravinae, in Provincia Romanodiolae Vicario generali, Marchetus de Padua se ipsum &c. Tum incipit Lucidarium Marcheti de Padua in Arte Musicae planae. Tractatus I. & Cap. I. de inventione Musicae. Incipit: *Qualiter Pythagoras atinuerit Musicam &c.* Laudatur ibi Remigius quondam Artis Musicae Scriptor. In fine haec leguntur: *Explicit Lucidarium Marcheti de Padua in Arte Musicae planae, inchoatum Cesenae, perficatum Veronae, Anno MCCLXXIV.* In Ep[istola] supra laudata pater Johannis Comitis Gravinae (videlicet Carolus II. Siciliae Rex) dicitur clavac & excelsae memoriae, ita ut illum jam fato functum opinari liceat. Atqui Carolus II. anno Christi tantum M^{CC}CIX. naturae debitum solvit. Ergo Lucidarium absolutum quidem fuit anno M^{CC}LXXIV. at duntaxat post annum M^{CC}CIX. dicatum viderur Johanni Principi, Roberti Regis fratri. Fieri tamen potest, ut viventem etiam Carolum II. Marchetus iis epithetis ornaret. Vide quae de eodem Marcheto notavit Scardeonius in Libro de Claris Civib. Patavin. Post haec adne*xi*-

nectitur Pomerium Marcheti de Padua in Ars Musicae mensuratae, dicatum inscriptumque Praeclarissimo Principum Domino Roberto D:is gratia Hierusalem & Sicilias Regi: Ibi is laudat Magistrum Franconem Musice Scriptorem. Sunt autem Libri tres. Tum subsequitur Ars cantus mensurabilis edita a Magistro Francone Parisiensi. En eius exordium: Quum de plana Musica quidam Philosophi sufficienter trattaverint, ipsam quoque nobis tam theoricè quam practice efficaciter illucidaverint, theoricè præcipue Boëtius, practice præcipue Guido Monachus, & maxime de Tropis Beatus Gregorius O:cc. Ambrosianus autem Codex haec omnia complectens, membranaceus, diligenter scriptus, auro ac minio illitus, ad aetatem quadringentorum annorum accedere mihi visus est.

Non antea tamen argumentum istud dimittam, quām vitium innuam, quo barbarica Saecula non mediocriter laborarunt: nempe Criticæ artis inopiam. Ingenium certe ac judicium ne in eorum quidem temporum hominibus desiderata sunt. Sed quum in perpaucis constricta tunc foret aliqua non vulgaris Literarum peritia; non pauci verò aut semidocti aut scioli abundarent; reliquos immanis ignorantia premeret: fere tamen omnes, vel etiam Literis operam dantes, deficiebat accurata ratio internoscendi fabulas, imposturas, & quidquid aut malitia, aut simplicitas, aut supra nimis credulitas antea invexerat & fabricarat, aut identidem excudebat. Nullum enim tempus fuit, quo impostores & falsarii defuerint: nullum, quo nimia ignari rudisque vulgi credulitas, aut phantasia deliriens, figmenta non conceperit, sive ab aliis concepta non exceperit animo prono, atque ambabūs ut ajunt

A ulnis. Immo quo mirabiliora olim in vulgus efferebantur, ac potissimum si literis consignata, eo ardentius ad ea amplectenda ferebatur bona gens. Scriptores vero haec p̄ae ceteris in suos Libros veluti rariores gemmas conjiciebant, atque multiplicabant. Hinc sparsa olim Miracula, portentaque innumera, eaque stupore non vulgari digna, inter quae discernere vera a falsis facile nunc nequeas. Et fervente aestu, quo unusquisque Sanctorum Corpora & Reliquias avide venabatur, non pauca emersere figmenta: qua de re infra sermo mihi erit in Dissertatione LVIII. de Sanctorum Veneratione.. Legendæ quoque, ut ajebant, prodire sine numero. hoc est, Sanctorum Vitæ non a coævis & rerum consciis memoriae proditæ, quales multas habemus, cum veneratione & fructu legendas; sed a posteriorum Seculorum Scriptoribus efformatae, prout veri similitudo suggerebat: qui etiam nihil religioni sibi ducebant ut plurimum miranda intermisce in suo cerebro nata, per quae toedium a Lectoribus arceretur. In Historiam quoque tum sacram, tum profanam, ejusmodi commenta, ac vulgi, sive potius anicularum rumores, penetrarunt; ita ut e barbaricorum temporum Historicis, quoties ii narrant acta ab aetate suâ remota, vix ullus sit a fabulis mendaciisque hujusmodi prorsus immunis. Tunc etiam Libri conficti. & eximiis Viris falso tributi. Nulla denique Civitas est, quae apud se non aluerit, & fortassis adhuc alat aliquam ex hisce adulterinis mercibus. Neque ab ipsis cavere olim sibi posuit ipsa Urbium Regina Roma, postquam calamitatum flagellis undique afflicta, Literarum gloriam, quæ antea tantopere excelluerat, deperdidit

tam in sinu suo dolere coacta fuit. Nam tunc, idest barbarie per Italiam diffusâ, erupere acta fabulosa Silvestri Primi Papae: *Draco* nempe anhelitu suo Urbem vastans, & ab ipso Pontifice in carcerem conjectus; & *lepra* Constantini Magni; & infantium *sanguis* in lavacrum ipsius destinatus, & ejusdem Principis *Baptisma* Romae peractum; & *Imago Salvatoris* in pariete depicta, quae Populo Romano tunc apparuisse fertur. Emergere pariter *Marcellini Papae lapsus*; & *Concilium Synvesanum*; alterumque *Concilium Romanum* sub memorato Papa Silvestro, & Catholicon Patrum *Disputatio* cum Judaeis; & singularia prodigia de *Inventione Crucis Dominicae*. Longe etiam serius excogitatae sunt *Indulgentiae concessae* ab eodem Sancto Silvestro Basilicae Lateranensi, & Sancti Sebastiani extra muros. Haec ignorarunt, haec minime tradidere veteres Historici, qui cur adeo stupenda praeteriissent, si ea novissent? Justa proinde suspi-

Acio oboritur, conficta haec aut somniata a posteriorum temporum hominibus fuisse, dum quisque majorem Basilicae suae venerationem procurat, aut antiquorum monumenta pro suo ingenio interpretatur. Sed hisce exemplis alterum non leve additum volo. Celebre in Urbe aeterna est Templum in Capitolino colle antiquitus constructum, atque in honorem Deiparae Deo dicatum, quod nunc excolunt religiosissimi Patres Minores Observantes; ibique etiam Sanctissimae Virginis imago, a Sancto Luca, ut fertur, depicta visitur. Proxime praeteritis annis, dum ejusdem sacrae Aedis Odaeum effodetur, pervetussum Musivum detectum est, cuius ectyon praeclarissimus & antiquitatum amantissimus vir Pompejus Marchio Frangepanis aere incilum publici juris fecit. Illud & ego, quippe in Ciampinii Libris desideratum, inferre hoc statui.

(*Vide Tabulam sequentem Fig. I.*)

Hi Versus ibi leguntur:

LUMINIS HANC ALMAM MATRIS QVI SCANDIS AD AULAM,
CUNCTARUM PRIMA QVE FUIT ORBE SITA:
NOSCAS QVOD CESAR TUNC STRUXIT OCTAVIANUS
HANC ARA CELI SACRA PROLES DUM PATET EI.

Et Ara quidem Caeli a pluribus Saeculis appellata est sacra illa Aedes. Quo autem tempore Musivum istud opus ibi fuerit conlocatum, opinari quidem licet, decernere vero non licet. Leoninos Versus additos sensisti. Supra ego in Dissertatione XL. de Rhytmica Veter. Pœsi ostendi, ejusmodi metrorum consonantiam majori quam vulgo putetur, antiqui-

Destate constare. Attamen quum innumeris inspexerim aut Epitaphia, aut Epigrammata barbaricis Saeculis Romae posita, Leoninos Versus aut nullos, aut paucissimos reperi ante Annum a Christo nato Millesimum ibi usurpatos. Quare utut non negem, quin ante illum Annum Musivum istud strui una cum Versibus potuerit, veri tamen mihi similius videtur, post

post illud tempus efformatum fuisse. Porro audisti, hanc uti primam omnium aedem a Christi fidelibus constructam celebrari, ejusque auctorem disertis verbis affirmari *Caesarem Octavianum*, scilicet Augustum: quo imperante ex purissima Virgine Maria in lucem editus est Dei Filius Salvator noster. Jam fabulam, eamque immanem, sentis, & fortasse rideas: aedificatum videlicet Romae in ipsius Capitolii fastigio Templum, Christo ac Deiparae sacrum, idque sub Imperatore Augusto, immo eo ipso curante. At noveris, fabellam hanc olim disseminatam fuisse; ejusque mentionem fecit magnus Annalium Ecclesiasticorum parens Baronius in Apparatu num. 26. Nicephorum & Suidam memorans, qui Aram in Capitolo erectam ab Augusto tradunt, hac inscriptione signata:

ARA PRIMOGENITI DEI.

Inter Latinos Godefridus Viterbiensis, qui circiter Annum Christi MC-LXXX. scribebat, in Chronic. Part.

A XV. & ipse auctor est; Augustum consuluisse Sybillam (quum tamen nulla tunc in vivis Sybilla foret) cur Idolum Capitolinum corruisset:

*Rettulit illa: Dei Deus est de Flamine natus,
Virginis ex utero sine seminis arte creatus.*

B Quare Augustus Puerum devotus adorat;
Nunc Aras & thura parans, offerre laborat.
Prima Deo Caeli sunt ibi thura dedit.

C Habet etiam Bibliotheca Estensis vetustum membranaceum Codicem, Anno Christi MCCLXXXV. scriptum, ex quo hausi *Memoriale Pontificatum Regiensium*, a me editum Tomo VIII. Rerum Italicarum. Ibi qualibus haec eadem fabula verbis narretur, & quali coloribus illata imagine, pictisque figuris Deiparae in nubibus sedentis, sub cujus pedibus stant Augustus & Sybilla, legentium oculis repraesentetur, Lectorem, ut puto, accipere non pigebit.

D E *De Visione, quam vidit Octavianus Imperator de Beata Maria cum Christo filio suo, & Ara Caeli aperta est precibus & orationibus Sibillae, ubi praedictus Octavianus Beatam Virginem Mariam cum Christo, tenentem in brachiis Christum filium ejus, vidit in camera praedicti Imperatoris, ubi in Capitolio.*

T Empore praedicti Octaviani Imperatoris Senatores videntes cum tantae pulcritudinis, quod nemo in oculis ejus inteneri poserat, & tantae prosperitatis & pacis, quod totum Mundum sibi tributarium fecerat, dicunt: te adorare volumus, quia Deitas est in te. Si hoc non esset, non tibi omnia

E subirent prospera. Qui renuens, industrias postulavit; & ad se Sibillam Tyburninam vocavit, cui, quod Senatores dixerant, recitavit. Quae spacium trium dierum petiit, in quibus arctum jejuniunum operata est. Post tertium diem respondit Imperatori: Hoc pro certo erit, Domine Imperator.

Jacitii signum. Tellus sudore madescet.
Caelorum Rex adveniet per Seclam futurus.
Scilicet in carne praefens, ut judicet Orbem:
Unde Deum cernunt incredulus atque fidelis
Celsum cum Sanctis, cui jam termino in ipso
Sic animae cum carne aderunt, quas judicet ipse;
Cum jacet incultus densis in verbis Orbis.
Rejicient simulacula viri, curam, quoque gazam.
Exuret terras ignis, pontumque, polumque
Inquirens, tetri portas effringet Averni.
Sanctorum sed enim cunctae luxit lux libera carni.
Trudentur fontes; aeternum flamma cremabit,
Occultos ætus retegens. Te quisque loquetur;
Secreta atque Deus reserabit peitora luci.
Tunc erit & luctus, stridebunt dentibus omnes.
Eripitur Solis jubar, & solis interrit astris.
Volvetur Caelum, Lunam..... splendor, obibit.
Dejicit colles, valles extollet ab imo.
Non erit in rebus hominum sublime vel altum.
Jam aequantur campi, montes, & caerulea ponti.
Omnia cessabunt. Tellus confracta peribit.
Sic pariter fontes, torrentes, fluminaque igni.

A Et tuba cum sonitu tristem demitteret ab alto
Orbe gemens miserum facinus, vanosque labores:
Tartareumque chaos monstrabit terra deinceps.
Et coram heic Domino Reges sustentur ad unum.
Procedit..... e coelo ignisque & sulphuris * annis.

B Haec de Christi Nativitate, Passione, & Resurrectione, atque secundo Adventu tradita sunt; ut si quis in Graeco capitulo horum Versibus discernere voluerit, inveniet Ihesus Christus, Hios, Theu, Soter; quod in Latinum translati eisdem Versibus appetat; propter quod Graecarum literarum proprietas non adeo potuit observari. Credo vos, o inimici Judaei, tanti..... esse confutaturos esse ipsa veritate, ut nihil aliquid repugnare, nihil quaerere debeat.

(Vide Fig. II.)

C D E Illico apertum est Caelum, & nimius splendor irruit super Eum. Et vidit in Caelo quamdam pulcherrimam Virginem stantem super Altare, Puerum tenentem in brachiis. Et miratus est nimis: & vocem dicentem audivit: Haec Ara Filii Dei est. Qui statim precidens in terram adoravit. Quam Visionem retulit Senatoribus; & ipsi mirati sunt nimis. Haec Visio fuit in camera Octaviani Imperatoris, ubi nunc est Ecclesia Sanctae Mariae in Capitolio. Idcirco dicta est Sancta Maria Ara Caeli. Hunc locum modò inhabitant Fratres Minores. (*)

E En ergo quare conditum fuerit, & quid significet Musivum, quod nuper vidimus. Neque ego plura addam, ut ostendam, quam nullam fidem mereatur ejusmodi commentum, antiquis omnibus ignotum, & quan- diu steterit in Capitolio Templum

Jo-

(*) Haec postrema verba addita sunt charactere, manuque recentiori.

613 DISSERTATIO QUADRAGESIMATERTIA: 614

Jovis, cuius loco tandem succedit
Christianorum Aedes, *Ara Caeli* nun-
cupata. Verum haec pauca sufficient
de eruditione & credulitate tempo-
rum barbaricorum, quorum ingenium

A & mores (utinam non & fraudes)
aliqui nondum exuerunt. Ceteros Li-
terarum eventus in subsequentem Dis-
sertationem conjeci.





Fig I. Pag 608





233-51417

